ΙΑΜΒΛΙΧΟΥ

Χαλκιδέως, τῆς Κοίλης Συρίας,

ΠΕΡΙ ΒΙΟΥ ΠΥΘΑΓΟΡΙΚΟΥ ΛΟΓΟΣ.

JAMBLICHI

Chalcidenſis, ex Cœle-Syria,

DE VITA PYTHAGORICA LIBER,

Græce & Latine:

Ex Codice MS. à quamplurimis mendis, quibus Editio Arceriana ſcatebat, purgatus, Notiſque perpetuis illuſtratus à

LUDOLPHO KUSTERO.

Verſionem Latinam, Græco Textui adjunctam, confecit Vir Illuſtris ULRICUS OBRECHTUS.

Accedit

MALCHUS, ſive PORPHYRIUS, DE VITA PYTHAGORÆ:

Cum Notis

LUCÆ HOLSTENII, & CONRADI RITTERSHUSII.

Itemque

ANONYMUS apud PHOTIUM DE VITA PYTHAGORÆ.

AMSTELODAMI,

Apud Viduam SEBASTIANI PETZOLDI; & Filium ejus CHRISTIANUM PETZOLDUM.

CIↃ DCC VII.

PYTHAGORAS

Apud Fulvium Ursinum in nomismate æreo.

PLVRIMVM

REVERENDO IN CHRISTO

PATRI AC DOMINO,

D. JOANNI MORO,

EPISCOPO NORVICENSI,

MUSARUM PATRONO ET FAUTORI EGREGIO,

EIDEMQUE PRÆSULI DOCTISSIMO,

OB SINGULARIA EJUS IN SE MERITA,

LIBRUM HUNC,

GRATI ANIMI TESTANDI CAUSA,

L. M. Q. D. D.

LUDOLPHUS KUSTERUS.

AD
LECTOREM.

JAMBLICHUM Noſtrum περὶ Πυθαγορικοῦ βίου primus publici juris fecit * Arcerius Friſius; ſed partim injuria temporis, partim librariorum negligentia & imperitia adeo corruptum & deformatum, ut neſciam, an à renatis literis ullus ſcriptorum veterum pluribus mendis ſcatens in lucem unquam exierit. Quare mirum forſan cuipiam videbitur, toto illo temporis ſpatio, quod à prima editione jam effluxit, neminem inter eruditos ſcriptori huic tam male affecto ante nos medicam manum admoviſſe. Spem quidem novæ melioriſque editionis Orbi Erudito fecerant viri quondam Eruditiſſimi Ulricus Obrechtus, & Thomas Galeus: ſed illorum conatibus ineluctabile fatum interceſſit. Quare cum provinciam hanc, illorum morte vacuam relictam, à nemine occupari viderem, operæ pretium me facturum putavi, ſi novam Jamblichi editionem aggrederer; inſtructus ad id collatione MS. quam debeo ſingulari favori & humanitati Virorum Clariſſ. Clementii & Boivinii, qui inſtructiſſimæ Bibliothecæ Regiæ Pariſienſi præſunt, mihique, cum ante annos circiter octo Pariſiis verſarer, tanta comitate & facilitate aditum ad eam conceſſerunt, ut Muſarum fores, quod proverbio dicitur, nuſquam alibi magis apertas eſſe viderim. Hujus codicis ope plurimas, eaſque fœdiſſimas maculas ex Jamblicho deterſi, & lacunas non paucas in eo ſupplevi; adeo ut, qui hanc Edit. cum priore com-

* Anno 1598. in 4. apud Commelinum.

comparare voluerit, immane inter utramque diſcrimen deprehenſurus ſit. Præterea, ex Illuſtriſſ. Ezechielis Spanhemii bibliotheca, quæ Berolini eſt, nactus ſum exemplar Jamblichi, ad cujus marginem Nicol. Rigaltius, celebre quondam inter eruditos nomen, adſcripſerat varias lectiones ejuſdem, de quo dixi, MSti Pariſienſis; & præterea conjecturas quaſdam & emendationes Viri docti (Joſephi Scaligeri, ut puto,) quibus me in locis nonnullis difficilioribus non parum adjutum eſſe profiteor. Adhæc cum de conſilio meo edendi Jamblichum certior factus eſſet Vir Clariſſ. & de literis Græcis optime meritus, Joannes Hudſonus, Bibliothecæ Bodlejanæ apud Oxonienſes Præfectus; miſit ad me varias lectiones & emendationes in eundem ſcriptorem, quæ in duorum Codicum impreſſorum margine calamo exaratæ erant. Hæ autem licet ſerius aliquanto & editione pene jam abſoluta ad manus meas pervenerint; & præterea non eſſent diverſæ, cum à variis lectionibus MSti Pariſienſis, tum à cæteris conjecturis, quas Nic. Rigaltius, ut dixi, margini Codicis Spanhemiani alleverat; (ut ex uno fonte utraſque profluxiſſe appareret) non tamen ideo eruditiſſimi hujus viri voluntas & bene de me merendi ſtudium minus gratum mihi fuit. Uti vero hiſce ſubſidiis plerorumque locorum Jamblichi emendationem debeo; ſic ad cætera, ubi ea ſpem meam deſtituerent, illuſtranda & integritati ſuæ reſtituenda qualeſcunque ingenii mei vires advocavi; qua quidem in re an ſucceſſus voto meo reſponderit, penes doctiores judicium eſto. Quod ſi forte quædam diligentiam meam effugerunt, neminem id miraturum puto, qui ſciverit, me tempore breviſſimo, aliiſque urgentibus negotiis, operis hujus telam detexuiſſe.

Quoniam vero in eo ſum, facere non poſſum, quin de locis aliquot Jamblichi, de quibus poſtea cogitare cœpi, δευτέρας φροντίδας cum Lectore communicem.

Num.

AD LECTOREM.

Num. 14. pro ἐξ αἱρέσεως ἱερουργούμενα, procul dubio ſcribendum eſt, ἐξαιρέτως ἱερουργουμένας, (ſcil. τελετάς.) Id eſt, (initia) *quæ præcipue & ſingulari quadam religione* (*in multis Syriæ partibus*) *celebrabantur.*

Ibidem pro μνημάτων, ſcribendum eſt μυημάτων: quod quamvis jam ante ad marginem codicis mei correxiſſem, Operarum tamen incuria in textum rurſus irrepſit. Mendum autem hoc jam ante etiam deprehenderat Anonymus in annotationibus, quas Arcerius *Caſtigationibus ſuis* in Jamblichi *Protrepticon* ſubjecit.

Num. 17. pro ἢ ναυτιώθη, quod prior Edit. habet, auctoritate MSti reponendum monuimus ἠναντιώθη; ab ἐναντιῶσθαι, *repugnare*, *adverſari:* quæ eſt emendatio certiſſima. Nunc addo, mendum huic contrarium occurrere apud Phrynich. in *Ecloga Dict. Attic.* pag. 32. ubi ſic legitur: Μεσοδάκλυλα· ἠναντίασα τοῦτο ἀκούσας τὄνομα. Nunneſius, vir ſane doctiſſimus, τὸ ἠναντίασα illic vertit, *repugnavi*; quaſi ab ἐναντιᾶν: quam tamen vocem Hellas ignorat. Tu abſque cunctatione reſcribe, ἐναυτίασα; à ναυτιᾶν, *nauſeare*, vel *nauſeam ſentire.* Mens enim Phrynichi eſt, vocem μεσοδάκλυλα à puriore Atticiſmo adeo abhorrere, ut *nauſeam* quaſi ſibi creet, quoties eam audiat vel legat. Sic idem pag. 38. verbum σικχαίνομαι ait eſſe ναυτίας ἄξιον, id eſt, *nauſea dignum:* ob eandem ſcilicet cauſam. Simili ſenſu vocem ναυτιᾶν accepit elegantiſſimus & lepidiſſimus Lucianus, in *Rhetor. præcept.* pag. 322. Edit. Amſtelod. ubi inquit, ὡς ναυτιᾶν ἅπαντας ἐπὶ τῷ φορτικῷ τῶν ὀνομάτων, id eſt, *ut nauſea omnes afficiantur à frigidis & ineptis vocibus.*

Num. 60. pro ἀναλυτικὸν, Rittershuſius ad Porphyrium Num. 25. legit παρακλητικήν: quod non diſplicet.

Num. 154. pro σχίζειν τὰς ὀδόντας, Excerpta Hudſoniana, itemque Anonymus in annotationibus, quas Arcerius *Caſtigationibus ſuis* in Jamblichi *Protrepticon* ſubjecit, corri-

gere

gere jubent, σχινίζειν: à σχῖνος, *lentiſcus*. Non ignoro quidem Veteres lentiſcum mandere ſolitos, ad conciliandum dentibus candorem; vel cuſpides ex lentiſco confeciſſe, quibus dentes purgarent: ſed tamen exemplum deſidero, quo probetur verbum σχινίζειν non ſolum ſignificare lentiſco, ſed etiam quovis alio dentifricio vel dentiſcalpio dentes purgare. Nulla enim dicto loco mentio lentiſci præcedit, ſed aliarum arborum, veluti cedri, lauri, cupreſſi, quercus & myrti, quarum ligno Pythagoras dentes purgari vetabat. Præterea vox σχινίζειν apud neminem veterum Grammaticorum occurrit, præterquam apud Etymologum in v. Σχῖνος: qui tamen eam non explicat. En ejus verba Σχῖνον, τὴν σχίλλαν, ἣν διαμασσῶνται οἱ καλλωπιζόμενοι ἕνεκα τῆς λευκῆς τοὺς ὀδόντας· ἀφ' ἧς καὶ τὸ σχινίζεσθαι. Quæ ipſa verba, ut obiter hoc moneam, habet etiam Photius in Lexico inedito. Ex hoc autem loco certo non conſtat, utrum τὸ σχινίζεσθαι, *lentiſcum rodere*, an *cuſpide ex lentiſco facta dentes ſcalpere*, an vero *dentes lentiſco fricare*, vel aliud quid ſignificet. Occurrit quidem etiam τὸ σχινίζεσθαι apud Athen. Lib. XIV. pag. 629. ſed ſenſu metaphorico & à priori longe diverſo: dummodo non, quod ſuſpicor, vox ea mendo illic laboret. Inſpice locum Lector, & conſidera. Cæterum nec lectio vulgata σχίζειν τοὺς ὀδόντας ſana mihi videtur: (quis enim dicat *findere dentes*, pro *fodere*, vel *ſcalpere*, vel *fricare?*) Rectius ſane & clarius Jamblichus dixiſſet σμήχειν τοὺς ὀδόντας, quam vocem de frictione dentium uſurpavit Dioſcorides lib. I. cap. 98. uti idem cap. ſeq. σμῆγμα ὀδόντων, *Dentifricium* vocat.

Num. 162. Occurrit locus valde corruptus, ἐπιφυλότις, ἰσότης, &c. quem in notis reſcribendum dixi, ἡ φιλότης, ἰσότης. His nunc addo; poſt πάλιν videri quoque excidiſſe has duas voces, ἐν τῷ, ut ex iis, quæ præcedunt & ſequuntur, patet. Sic ergo totus hic locus ſcribendus erit, ἡ πάλιν

λιν ἐν τῳ, ἡ Φιλότης, ἰσότης, &c. Cæterum reſpicit hic Jamblichus ad id, quod Laërtius, & alii de Pythagora tradunt, eum *amicitiam* primum vocaſſe ἰσότητα, id eſt, *æqualitatem.*

Num. 173. Jamblichus ait: Οὐ γὰρ, καθάπερ Ἡράκλειτος γράψειν Ἐφεσίοις ἔφη τὺς νόμυς ἀπάγξασθαι τὺς πολίτας ἡδηδὸν κελεύσας, &c. Dictum hoc Heracliti refert etiam Strabo Lib. XIII. p. 642. addita inſuper cauſa, quare Philoſophus iſte tam duram de Epheſiis ſententiam pronuntiaverit; nimirum, quod Hermodorum civitate ſua expuliſſent. Sic enim ille, verbis ipſius Heracliti: Ἄξιον Ἐφεσίοις ἡδηδὸν ἀπάγξασθαι, οἵτινες Ἑρμόδωρον ἄνδρα ἑωϋτῶν ὀνηϊστὸν ἐξέβαλον, Φάντες, &c. Cicero *Tuſc.* v. cap. 36. *Heraclitus Phyſicus univerſos ait Epheſios morte multandos, quod, cum civitate expellerent Hermodorum, ita locuti ſunt*, &c. Idem dictum refert etiam Laërtius in *Heraclito*, Sect. 2. Ubi Menagius locum hunc Jamblichi, quem corruptiſſimum vocat, ſic potius legendum eſſe cenſet, ἃ γὰρ, καθάπερ Ἡράκλειτος Ἐφεσίοις ἔφη, ἀπάγξασθαι τὺς πολίτας ἡδηδὸν κελεύσας. Sed uti ſalebroſi aliquid in hoc loco eſſe fateor, ita aliter eum conſtituendum eſſe puto; verbis nempe aliquot, quæ trajecta videntur, in locum ſuum repoſitis, & paucis aliis immutatis, ad hunc modum: Οὐ γὰρ, καθάπερ Ἡράκλειτος Ἐφέσιος, ἔγραψαν τὺς νόμυς, ἀπάγξασθαι τὺς πολίτας ἡδηδὸν κελεύσαντες, ἀλλὰ μετὰ πολλῆς εὐνοίας καὶ πολιτικῆς ἐπιστήμης νομοθετεῖν ἐπεχείρησαν. Id eſt, *Non enim leges ſcripſerunt*, (ſcil. Legiſlatores illi Pythagorici, de quibus Jamblichus in præcedentibus egerat) *quibus cives univerſos, more Heracliti Epheſii ad laqueum amandarent; ſed* &c. Vel ſic: Οὐ γὰρ ἔγραψαν τὺς νόμυς, καθάπερ Ἡράκλειτος Ἐφέσιος, ἀπάγξασθαι τὺς πολίτας ἡδηδὸν κελεύσας, ἀλλὰ &c. *Non enim leges ſcripſerunt, more Heraclitus Epheſii, qui univerſos cives ad laqueum amandavit; ſed* &c. Utrovis modo ſcribas, ſenſus erit clarus &

planus. Quod autem pro ἐπεχείρησε reſcribendum diximus ἐπεχείρησαν; eſt ea emendatio certa & neceſſaria: id quod etiam monuiſſe video Rittershuſium ad Porphyrium, de *Vita Pythagoræ*, Num. 21. Non enim de Pythagora, ut Obrechtus putavit, ſed de legiſlatoribus Pythagoricis, quorum mentio præceſſit, locus hic intelligendus eſt; quod etiam vel ex iis, quæ locum hunc proxime ſequuntur, patere poteſt.

Num. 177. Jamblichus refert, Pythagoram homini, qui cædem commiſerat, convenire ſe volenti, reſpondiſſe, Οὐ θεμιτεύειν αὐτόχειρι: *Se homicidæ non dare reſponſum:* unde quoſdam eum incuſaſſe, quaſi ſe Apollinem eſſe jactaret. Nimirum Apollo ante pari modo reſponderat Sybaritis, qui occiſo Citharœdo aliquem Delphos miſerant, Oraculi conſulendi gratia: Οὔ σε θεμιτεύω· Μισῶ θεράποντα κατέκλας. Vid. Ælian. Var. Hiſt. Lib. VIII. cap. 43. Simile reſponſum Calondæ, Archilochi percuſſori, ab Apolline redditum olim fuiſſe plures teſtantur Scriptores. Vide Nos ad Suidam v. Ἀρχίλοχος. Hæc obiter Lectorem monere volui. Redeo nunc ad ea, unde digreſſus ſum.

Quod ad verſionem Latinam Arcerii, quam prior Edit. habet, attinet; ea adeo vitioſa eſt, ut tota pene lituram mereatur: cui proinde merito prætuli novam verſionem ante laudati Ulrici Obrechti, quæ ante paucos annos abſque textu Græco & Notis ſeorſim in lucem prodiit. In hac verſione concinnanda Obrechtus non ſolum adjutus fuit ope ejus, de quo dixi, MSti Pariſienſis (unde multa ante corrupta melius vertere potuit, quam Arcerius, quippe qui eo adminiculo careret) ſed etiam in cæteris, ubi MSti auxilio deſtituitur, haud vulgare judicium & ingenii acumen oſtendit; adeo ut boni & docti interpretis laude minime fraudandus ſit. In ſtilo tantum ejus majorem interdum puritatem deſidero; quippe in quo tum alia peccavit, tum præ-

præcipue, quod verbis, quæ ſecundum meliores Scriptores Latinos Infinitivo jungenda ſunt, Conjunctionem *quod* cum Subjunctivo, ut Grammatici loquuntur, ſubjicere ſoleat: veluti, ſi quis dicat, *ſcio, quod ſit doctus*, pro, *ſcio eum eſſe doctum*; vel, *dico, quod hoc ſit verum*, pro, *dico hoc eſſe verum*; & ſimilia; quæ non poſſunt non aures delicatiores offendere. Hæc autem dico, non ut de laudibus viri egregii quicquam detraham, ſed ut juniores moniti, ab hoc genere barbariſmi, quo multos recentiorum ſcripta ſua fœdare video, cavere diſcant. Porro ubi interpretem à vero ſenſu Græcorum verborum aberraſſe putavi (quidni enim homo humani aliquid interdum paſſus fuerit?) de eo in *notis* Lectorem monui; ab ipſa autem verſione manus abſtinui, ut eam, qualis ab auctore profecta eſſet, non vero interpolatam Lectori exhiberem. Antequam à Jamblicho diſcedam, id paucis addam; me ſæpius miratum eſſe, qui factum ſit, ut in hoc libello toties res eædem & ſæpe integræ paginæ diverſis in locis αὐτολεξεὶ repetantur: veluti Num. 68, 188, 225. Num. 71, 94. Num. 86, 87, 137. Num. 69, 229. Num. 133, 177. Num. 196, 224. Num. 101, 102, 230, 231. Num. 139, 140, 148, &c. Equidem, perſuadere mihi non poſſum, Jamblichum in tam brevi opere adeo ſui oblitum fuiſſe, ut neſciret, quæ antea ſcripſiſſet. Quin potius exiſtimo, Vitæ huic Pythagoricæ non eſſe à Jamblicho ultimam manum impoſitam, ſed varia tantum collectanea ad hoc argumentum pertinentia, confuſe, ut fit, in ſchedas ab eo conjecta; unde alii poſtea vitam hanc conſarcinaverint, idque tam exigua diligentia & cura, ut ſæpe eadem, ſuperiorum obliti, bis terve iterarent, & quædam in alienum prorſus locum nullo judicio infercirent. Sane vix aliam comminiſci poſſum cauſam, quare libellus hic non ſolum tam crebras, ut dixi, earundem rerum habeat repetitiones,

ſed etiam quibuſdam in locis confuſam potius materiarum congeriem, quam hiſtoriam apte compoſitam & digeſtam Lectori exhibeat.

Cum Jamblicho ob argumenti & materiæ ſimilitudinem conjunximus Porphyrium * de Vita Pythagoræ; cujus ſcrinia Noſter (quamvis tacito, quod miror, ejus nomine) identidem compilavit; ut Lectorem in Notis paſſim monemus. In Porphyrium notas uberes & amplas ſcripſerunt duo viri longe doctiſſimi Conradus Rittershuſius, & Lucas Holſtenius; quas Editio hæc integras complectitur. Notæ Rittershuſiii antea tam raro occurrebant, ut eas in variis Bataviæ bibliothecis diu fruſtra quæſiverimus: donec tandem vir excellentis doctrinæ Joh. Albertus Fabricius, pro ſingulari ſua humanitate & rem literariam juvandi ſtudio, eas ex exemplari Bibliothecæ publicæ Hamburgenſis deſcriptas ad nos miſerit. Hæc ipſa autem res Editionem hanc non parum morata eſt. Poſtea, opere ad finem jam vergente, Vir Clariſſimus Joh. Henr. Lederlinus, Ling. Oriental. in Acad. Argentoratenſi Profeſſor, ipſum exemplar Editionis Rittershuſianæ Argentorato ad nos miſit: quod citius utique miſiſſet, ſi nos eo opus habere prius ſciviſſet.

In limine Notarum ſuarum Rittershuſius, Vir accuratæ diligentiæ & diffuſæ eruditionis, confundit quidem Malchum, alias *Porphyrium* dictum, cum Malcho Philadelphenſi, rerum Byzantinarum ſcriptore, cujus Photius & Suidas mentionem fecerunt: ſed poſtea errorem illum in iiſdem notis ad Num. 27. ipſe correxit, rectèque Vitam Pythagoræ ad Malchum Tyrium, ſive Porphyrium, cele-

* Hunc primus in lucem edidit Conrad. Rittershuſius, Altorf. 1610. 8. Eam Edit. ſecuta eſt Romana, A. 1630. quam Lucæ Holſtenio debemus. Denique Cantabrigienſes Editionem Holſtenii (quæ præter Vitam Pythagoræ, & alia Porphyrii Opuſcula continet) recudi curarunt, A. 1655.

lebrem illum Philoſophum Platonicum, referendam eſſe vidit.

Idem vir Doctiſſimus ad Porphyrium Num. 30. citans locum Jamblichi ex *Vit. Pyth.* Cap. 15. Num. 65. pro κατακορεστὸν μέλος, ut Editio Arcerii habet, legendum potius exiſtimat, ἀκόρεστον, vel, ut Arcerius mavult, ἀκατακόρεστον μέλος; idque interpretatur, *melos quod audiendo ſatiari non poſſis:* prout etiam locum illum intelligendum eſſe cenſuerunt, modo laudatus Arcerius, & eo longe melior Jamblichi interpres, Ulricus Obrechtus.

Sed nos illic Jamblicho veram lectionem, quæ eſt κατακορέστερον, ex MS. reſtituimus, eamque vocem de cantu modulatiſſimo, vel maxime intenſo accipiendam eſſe probavimus. Locis eam in rem à me adductis nunc addo illum Nicomachi in *Enchirid. Harmon.* lib. 1. pag. 7. Edit. Meibom. Διὰ ἃς αἰτίας οὐκ ἐπακούομεν τῆς κοσμικῆς συμφωνίας, κατακορές τι καὶ παναρμόνιον φθεγγομένης. *Propter quas cauſas non audimus mundanum concentum, ſuave quid & omnino modulatum reſonantem.* Sed hæc ἐν παρόδῳ.

Porro Lucas Holſtenius notas ſuas in Porphyrium non abſolvit, ſed tantum uſque ad Num. 27. perduxit: cujus rei cauſam ipſe Lectori ad calcem Notarum ſuarum his verbis exponit: *Cætera abſolvere non licuit, dum longum iter in ultimam uſque Sarmatiam proficiſci cogor. Si Deus vitam & ſanitatem dederit, commodiori tempore reliqua pertexam.*

Hæc habui, Lector, quæ te monerem. Addam tantum pauciſſimis verbis; me non ſolum magnopere gaviſurum, ſi voluptatem aliquam ex lucubrationibus hiſce meis percepturus es, ſed etiam idipſum incitamento mihi fore ad ſimilia in poſterum in lucem edenda: præſertim cum tranquillo nunc fruar otio, quod vitæ inquietæ, in quam me fortuna conjectura videbatur, merito præferendum cenſui.

ſui. Malui enim privatus, & ab omni tumultu ſtrepituque aulæ remotus, meis me oblectare Muſis, ex quibus incredibilem ſemper voluptatem cepi; quam inter homines ab his deliciis alienos, ſplendidæ ſervituti obnoxius, ingloriam vitam traducere.

Ex Muſeo meo, Anno
Dom. CIↃ D CC VII.

ΙΑΜΒΛΙΧΟΥ ΧΑΛΚΙΔΕΩΣ περὶ τῦ ΠΥΘΑΓΟΡΙΚΟΥ ΒΙΟΥ ΛΟΓΟΣ.

ΚΕΦ. α'.

1 Ἐπὶ πάσης μὲν φιλοσοφίας ὁρμῆς θεὸν δήπου προκαλεῖν ἔθος ἅπασι τοῖς γε σώφροσιν· ἐπὶ δὲ τῇ τῦ θείου Πυθαγόρου δικαίως ἐπωνύμῳ νομιζομένῃ, πολὺ δήπου μᾶλλον ἁρμόττει τῦτο ποιεῖν. Ἐκ θεῶν γὰρ αὐ-

JAMBLICHI CHALCIDENSIS DE VITA PYTHAGORÆ LIBER UNUS.

Cap. I.

CUM omnibus, vel certe cordatioribus, qui de qualicunque Philosophia tractaturi sunt, in more positum sit, ut à DEI invocatione initium capiant; tum vel maxime in illa id facere par est, quam divini Pythagoræ cognomine censeri jure meritoque obtinuit. Etenim cum origo quoque

1 Περὶ τῦ Πυθαγορικῦ βίου] Liber hic *de Vita Pythagoræ* primus est ex quatuor illis, quos Jamblichus *de Secta Pythagorica* scripserat. Reliqui tres sunt, Προτρεπτικὸς εἰς φιλοσοφίαν, editus ab Arcerio una cum Vita hac Pythagoræ: Περὶ τῆς Νικομάχου ἀριθμητικῆς ἐισαγωγῆς, editus a Samuele Tennulio: Περὶ τῆς μαθηματικῆς ἐπιστήμης, qui nondum lucem aspexit. Clare hoc docet codex MS. Bibliothecæ Reg. Paris. in quo quatuor opuscula, modo laudata, continentur. Is enim talem præfert titulum: Ἰαμβλίχου Χαλκιδέως περὶ τῆς Πυθαγορικῆς αἱρέσεως λόγοι. α. Περὶ τῦ Πυθαγορικῦ βίου. β. Προτρεπτικὸς εἰς φιλοσοφίαν. γ. Περὶ τῆς κοινῆς μαθηματικῆς ἐπιστήμης. δ. Περὶ τῆς Νικομάχου Ἀριθμητικῆς εἰσαγωγῆς ἢ περὶ Γεωμετρίας, ἢ περὶ Μουσικῆς, τῆς τῶν Πυθαγορείων. Hinc apparet, quare Sopater, vel Marcellinus in Hermogenem, p. 383. Edit. Ald. historiam de adolescente quodam comessabundo referens, quæ in Vita hac Pythagoræ cap. xxv. extat, Jamblichum Nostrum laudet ἐν τῷ περὶ τῆς Πυθαγορείου αἱρέσεως. Nimirum, titulus περὶ τῆς Πυθαγορείου (vel Πυθαγορικῆς) αἱρέσεως, erat generalis, qui quatuor libellos ante dictos ambitu suo complectebatur. Nos hic primum tantum damus: quem mox, ut spero, sequetur Προτρεπτικὸς εἰς Φιλοσοφίαν, ab amicissimo, eodemque eruditissimo Joanne Alberto Fabricio, qui de re literaria tam præclare meretur, in lucem edendus. Notandum autem est, librum hunc inscribi περὶ τῦ Πυθαγορικῦ βίου, quod non simpliciter valet, *de Vita Pythagoræ*; sed, de ratione vitæ, quam Pythagoras, ejusque Sectatores, ad exemplum magistri sui, instituerunt. Sciendum enim est, Jamblichum in hoc libello non solum vitam Pythagoræ, sed etiam sectatorum ejus mores & instituta describere.

ejus à Diis promanarit, nefas fuerit eam aliter quam ipſorum ope atque auxilio capeſſere. Accedit, quod & pulchritudine ſua & majeſtate humani ingenii captum adeo ſuperat, ut uno ſtatim intuitu eam complecti nequeat; ſed tum demum paulatim inde aliquid decerpere quis poſſit, ſi quieto animo benevolam Deorum manuductionem ſequens, pedetentim in ea progrediatur. Quapropter & nos Diis ducibus cœpto advocatis noſmetipſos pariter & ſtylum permittamus; quacunque juſſerint, ſecuturi. Neque ſcrupulum nobis injiciet, quod jamdiu neglecta jacuerit hæc ſecta; peregrinis quippe diſciplinis & arcanis quibuſdam ſymbolis involuta; quodque etiamnum ſuppoſititiis atque adulterinis ſcriptis obfuſcetur, multiſque aliis id genus difficultatibus obſepiatur. Abunde enim nobis præſidii eſt in Deorum voluntate; qua propitia multo his etiám magis ardua ſuſtinere pronum fuerit. Secundum Deos autem ipſum etiam divinæ hujus Philoſophiæ Principem parentemque nobis ducem adſciſcemus. De cujus majoribus atque patria paulo altius quædam repetemus.

τῆς θεοδοθείσης τὸ κατ' ἐχὰς, οὐκ ἔνεσιν ἄλλως, ἢ μετὰ τ[2] Θεῶν ἀντιλαμβάνεσθαι. [3] πρὸς γὰρ τοῦτο καὶ τὸ κάλλος αὐτῆς καὶ τὸ μέγεθος ὑπεραίρει τὴν ἀνθρωπίνην δύναμιν, ὥστε ἐξαίφνης αὐτὴν καταδεῖν· ἀλλὰ μόνον ἂν τις τῶν θεῶν εὐμενῶς [4] ἐξηγεμόνων καταρχὰς παρασχὼν, ῥᾴδιον ἂν αὐτῆς θεασάσθαί τι δυνηθείη. * Διὰ 2 πάντα δὴ ἓν τοῦτο θεοκαλέσαντες τοὺς θεοὺς ἡγεμόνας, καὶ ὑπερείσαντες αὐτοῖς ἑαυτοὺς, καὶ τὸν λόγον, ἐπώμεθα, ᾗ ἂν πέμπωσιν, ἀδὲν ὑπολογιζόμενοι, τὸ πολὺ ἤδη χρόνον ἠμελῆσθαι τὴν αἵρεσιν ταύτην, καὶ τὰ μαθήμασιν ἀπεξενωμένοις καὶ πίσιν ἀπορρήτοις συμβόλοις ὑπικεκρύφθαι, ψεύδεσί τε καὶ νόθοις συγγράμμασιν ὑπισκιάζεσθαι, ἄλλαις τε πολλαῖς τοιαύταις δυσκολίαις θεοπρόσδεσθαι. ἐξαρκεῖ γὰρ ἡμῖν ἡ τῶν θεῶν βούλησις, μεθ' ἧς καὶ τὰ τούτων ἔτι ἀπορώτερα δυνατὸν ὑπομένειν. μετὰ δὲ θεοὺς, ἡγεμόνα ἑαυτῶν ποιησόμεθα τὸν ἀρχηγὸν καὶ πατέρα τ[5] θείας φιλοσοφίας, μικρόν γε ἄνωθεν περιλαβόντες περὶ τὰ γένη αὐτοῦ καὶ τῆς πατρίδος.

[2] Θεῶν] Hæc vox ex priore Edit. exciderat, quam ex MS. revocavimus.

[3] Πρὸς γὰρ τοῦτο] Syntaxis & ſenſus requirunt, ut legatur, πρὸς τούτῳ, vel πρὸς τούτοις, i. e. *praterea*. Deinde ſcribe ὥστε ἐξαίφνης αὐτῷ μὴ καταδεῖν quem ſenſum Interpres etiam ob oculos habuit.

[4] Ἐξηγεμένων] Sic recte MS. Male antea, ἐξηγεμένα. Refertur enim ad Θεῶν.

ΚΕΦ. β'.

3 Λέγεται δὴ ἕν Ἀγκαῖον τὸν κατοικήσαντα τ Σάμον τὴν ἐν τῇ Κεφαλληνίᾳ, γεγενῆσθ μὲν ἀπὸ Διὸς, εἴτε δι' ἀρετὴν, εἴτε διὰ ψυχῆς τι μέγεθ· ταύτην τ φήμην αὑτῷ ἀπενεγκαμένῳ· φρονήσει γὰρ δόξῃ τ ἄλλων Κεφαλληνέων διαφέρειν. Τούτῳ γὰρ χρησμὸν ἀφικέσθαι τ Πυθίας, συναγαγεῖν ἀποικίαν ἔκ τε Κεφαλληνίας, καὶ ἔκ τε Ἀρκαδίας, καὶ ἔκ τε Θετταλίας, καὶ προσλαβεῖν ἐποίκους ἀφικέσθαι τε Ἀθηναίων, καὶ ἀφικέσθαι τ Ἐπιδαυρίων, καὶ ἀφικέσθαι τ Χαλκιδέων, καὶ τούτων ἁπάντων ἡγεμόνα οἰκίσαι νῆσον, τὴν δι' ἀρετὴν τε καὶ εὐδαφείας τ γῆς [1] Μελάμφυλλον καλουμένην, προσαγορεύσαί τε τ πόλιν Σάμον, ἀντὶ τῆς 4 [2] Σαμίης τ ἐν Κεφαλληνίᾳ. * Τὸν μὲν ἕν χρησμὸν σωέβη ἡγέσασθαι τοιοῦτον·

Ἀγκαῖ', εἰναλίαν νῆσον Σάμον ἀντὶ Σάμης σε
Οἰκίζειν κέλομαι· Φυλλὰς δ' ὀνομάζεται αὕτη.

Τὰ δὲ τὰς ἀποικίας ἔκ τ τόπων τῶν προειρημένων σωελθεῖν σημεῖον ἐστὶν ἃ μόνον αἱ τ Θεῶν τιμαὶ τε θυσίαι,

[1] Μελάμφυλλον] Prior Edit. minus recte, Μελάνφυλον· quod & jam ante notaverat Luc. Holsten. ad Stephanum Byzant. v. Σάμος.

[2] Σαμίης] Scribe, Σάμης· ut recte in Oraculo, quod statim subjungitur. Vide etiam Geographos veteres, apud quos itidem urbem hanc Σάμην appellatam fuisse legas.

CAP. II.

ANcæum igitur Sami, quæ in Cephallenia sita est, incolam, Jove natum esse ferunt; sive virtute, sive animi magnitudine hanc sibi famam pepererit. Prudentia vero nominisque gloria inter cæteros Cephallenæos facile principem fuisse constat. Traditur autem, hunc à Pythia oraculo monitum, ut contractis è Cephallenia, Arcadia, & Thessalia colonis, accitisque ex Attica, Epidauro, & Chalcide demigrationis sociis, coloniam ad inhabitandam insulam deduceret, quæ à soli terræque bonitate Melamphyllos appellabatur, urbemque à se conditam pro Same Cephalleniæ, Samum nominaret. Oraculum ipsum hujusmodi fuit:

Linque Samen, Ancæ, Samum sed conde: profundo
Insula cincta mari est antiquo nomine Phyllas.

Quod autem colonia ex dictis locis adunata fuerit, non tantum Deorum cultus & sacra ex iis re-

gionibus una cum demigrantibus tranſlata; verum etiam cognatæ familiæ, ſolenneſque Samiorum feſtivitates indicio ſunt. Ex hujus igitur Ancæi, qui coloniæ conditor fuit, domo & cognatione Mneſarchum & Pythaïda Pythagoræ parentes deſcendiſſe ajunt. Hac autem inter populares jactata generis nobilitate, quidam Poeta Samius Apollinis eum filium facit, ita canens:

Pythaïs è Samiis longe pulcherrima prolem
Phœbo, amicumque Jovi Pythagoram peperit.

Unde vero ſermo iſte in vulgus dimanarit, relatu non indignum eſt: Mneſarcho ſcilicet Samio ad mercaturam Delphos cum uxore, nondum manifeſte gravida, profecto prædixit Pythia, cum reſponſum de navigatione in Syriam peteret, hanc quidem ad votum, lucroſamque fore, uxorem vero jam prægnantem, filium parituram, qui omnium quotquot unquam vixerunt, pulchritudine & ſapientia præſtantiſſimus, humanitate

διὸπ μετηγμένοις τυγχάνουσιν ἐκ τῶν τόπων, ὅθεν τὸ πλῆθος τῶν ἀνδρῶν συνῆλθεν· ἀλλὰ καὶ [3] τῶν συγγενειῶν, καὶ τῶν μετ' ἀλλήλων συνόδων, ἃς ποιέμμοι οἱ Σάμιοι τυγχάνουσι. Φασὶ τοίνυν [4] Μνήμαρχον καὶ Πυθαΐδα, τοὺς Πυθαγόραν γεννήσαντας, ἐκ ταύτης εἶναι τὸ οἰκίας, καὶ τὸ συγγενείας, τὸ ἄνω Ἀγκαίου γεγεννημένης, καὶ τὴν ἀποικίαν στείλαντος. *Ταύτης δὲ τὸ εὐγενείας λεγομένης μὲν καὶ παρὰ τοῖς πολίταις, πιστὴς τις τῶν καὶ παρὰ τοῖς Σαμίοις γεγενημένων, Ἀπόλλωνος αὐτὸν εἶναι φησὶ, λέγων ἔπος· 5

Πυθαγόραν τ', ὃν τίκτε Διὶ φίλῳ Ἀπόλλωνι
Πυθαΐς, ἣ κάλλει πλεῖστον ἔχεν Σαμίων.

Ὁπόθεν δὲ ὁ λόγος ἔτος ἐπεκράτησεν, ἄξιον διελθεῖν. Μνημάρχῳ τούτῳ τῷ Σαμίῳ κατ' ἐμπορίαν εἰς Δελφοὺς γενομένῳ, μετὰ τῆς γυναικὸς ἀδήλως ἔτι κυούσης, προεῖπεν ἡ Πυθία χρωμένῳ περὶ πλοῦ εἰς Συρίαν πλεῖν, τὸν μὲν θυμηρέστατον ἔσεσθαι καὶ ἀποκερδῆ, τὴν δὲ γυναῖκα κύειν τε ἤδη, καὶ τέξεσθαι παῖδα [5] τῶν πώποτε καλλει καὶ σοφίᾳ διοίσοντα, καὶ τῷ

[3] Τῶν συγγ. καὶ τ. μ. ἀλλ. συν.] Nihil præceſſit, ad quod genitivi hi referri poſſint. Quare ne dubites ſcribere caſu recto, αἱ συγγένειαι, καὶ αἱ μετ' ἀλλήλων σύνοδοι· quam lectionem doctus etiam Interpres in verſione ſua expreſſit.

[4] Μνήμαρχον] Paulo poſt, hoc ipſo capite, pater Pythagoræ rectius dicitur Μνήσαρχος; prout etiam vocatur à Porphyrio in *Vit. Pythag.* Laërtio, & aliis.

[5] Τῶν πώποτε] Sic recte ad marginem codicis Spanhemiani vir doctus emendaverat. Ante enim male legebatur, τὰ πώποτε.

ἀνθρωπίνῳ γένει μέγιστον ὄφελος ἐς
6 σύμπαντα τὸν βίον ἐσόμενον. * Ὁ δὲ
Μνήμαρχος συλλογισάμενος, ὅτι
οὐκ ἂν μὴ πυθομένῳ αὐτῷ ἔχρησέ τι
περὶ τοῦ τέκνου ὁ θεός, εἰ μὴ ἐξαίρετόν
τι προτέρημα ἔμελλε περὶ αὐτὸν, καὶ θεο-
δώρητον ὡς ἀληθῶς ἔσεσθαι, τότε
μὲν εὐθὺς ἀντὶ Παρθενίδος τὴν γυναῖ-
κα Πυθαΐδα μετωνόμασεν, ἀπὸ τοῦ
7 γόνου καὶ τῆς προφήτιδος. * Ἐν ᾗ Σιδόνι
τῆς Φοινίκης ἀποτεκούσης αὐτῆς, τὸν
γνώμονα υἱὸν Πυθαγόραν προσηγό-
ρευσεν· ὅτι ἄρα ὑπὸ τοῦ Πυθίου προση-
γορεύθη αὐτῷ. Ἀδαιτητέοι γὰρ Ἐ-
πιμενίδης καὶ Εὔδοξος καὶ Ξενοκράτης,
ὑπονοοῦντες τῇ Παρθενίδι τότε μιγῆ-
ναι τὸν Ἀπόλλω, [6] καὶ κυήσας αὐτῶν,
ἐκ μὴ ὄντως ἐγκύσης καταξῆσαί τε,
καὶ προαγγεῖλαι διὰ τῆς προφήτι-
δος. τοῦτο μὲν οὖν οὐδαμῶς προσιέσθω.
8 * Τὸ μέντοι τῷ Πυθαγόρᾳ ψυχὴν
ἀπὸ τοῦ Ἀπόλλωνος ἡγεμονίας εἶναι,
εἴτε σωφρονοῦν, εἴτε καὶ ἄλλως οἰκειό-
τερον ἔτι πρὸς τὸν θεὸν τοῦτον σωτε-
ταγμένον, καταπεπέμφθαι εἰς ἀν-
θρώπους, οὐδεὶς ἂν ἀμφισβητήσειε,
τεκμαιρόμενος αὐτῆ τε τῇ γνώσει
ταύτῃ, καὶ τῇ σοφίᾳ τῇ ψυχῆς αὐτοῦ
τῇ παντοδαπῇ. καὶ περὶ μὲν τῆς γνώ-
9 σεως τοσαῦτα. * Ἐπεὶ δὲ [7] ἀνεκομίσθη

no generi ad omnem vitæ ratio-
nem quam maxime profuturus eſ-
ſet. Hinc Mneſarchus colligebat, ſe non interrogantem de filio ideo reſponſum à Deo accepiſſe, quod ſingularis illi præcellentia & dona animi plane divina eſſent affutura. Et uxorem quidem ſtatim mutato Parthenidis nomine, à filio vateque Delphica Pythaïdem, ipſumque infantem mox Sidone in Phœnicia natum, Pythagoram appellavit; à Pythio ſcilicet eum ſibi prædictum eſſe ſignificans. Non enim audiendi ſunt Epimenides, Eudoxus & Xenocrates, qui ſuſpicantur, tum temporis Apollinem cum Parthenide congreſſum, gravidamque ex non gravida factam per Pythiam pronuntiaſſe: id enim nullatenus admittendum videtur. Cæterum nemini, qui quidem ex ipſa viri nativitate & multiplici animi ſapientia conjecturam fecerit, dubium erit, quin anima Pythagoræ, Apollinis ſubdita imperio, vel perpetim ejuſdem Dei aſſecla, vel alio proximiori commercio eidem conjuncta, ad homines delapſa ſit. Et hæc hactenus dicta ſint de ejus procreatione. Pater vero è Sy-

[6] Καὶ κυήσας αὐτῶν, ἐκ μὴ ὄντ.] Deſid. Heraldus in *Animadverſ.* in Jamblichum noſtrum, recte legendum monuit, καὶ κυήσαν αὐτῷ &c. i. e. *Eamque gravidam ex non gravida feciſſe*, Arcerius, quamvis & in MS. ſuo ἐκ μὴ ſcriptum reperiſſet, tamen in textu repoſuerat, εἰ μὴ, ſenſu omnino repugnante.

[7] Ἀνεκομίσθη] Sic rectius MS. quam prior Editio, quæ habebat, ἀπεκομίσθη.

ria cum magnis opibus, quas ex lucro navigationis illius cumulaverat, Samum redux, Apollini templum, cum PYTHII inſcriptione, extruxit, puerumque variis & optimis diſciplinis innutriendum Creophilo, Pherecydi Syrio, omnibuſque fere ſacrorum præfectis dedit commendavitque, ut in rebus divinis etiam pro virili ſua proficeret. Ille vero ita educatus eſt, ut nulli cujuſcunque ætatis aut memoriæ forma ſecundus, Deoque quam digniſſimus feliciter evaderet. Patre dein mortuo nihil ſibi ad ſummam gravitatem temperantiamque fecit reliquum: ut adoleſcentem natu admodum grandes honorifice reverenterque colerent: imo viſus modo auditusque, in ſe cunctos convertebat, & quoſcunque adſpexerat, ſui ſtatim admiratione implebat. Hinc evenit, ut multi eum Dei filium eſſe merito aſſeverarent. Tanta igitur gloria conjuncta cum ſtudiis à puerili ætate cultis, divina formæ naturalis dignitate fretus,

εἰς Σάμον ἀπὸ Συρίας ὁ Μνήσαρχος μετὰ πομπῆς κέρδους ἐκ βαθείας θαλάσσης, ἱερὸν ἐδήματι τῷ Ἀπόλλωνι, Πυθίῃ ἐπιγράψας. τόν τε παῖδα ποικίλοις παιδεύμασι καὶ ἀξιολογωτάτοις ἐνέτρεφε, νῦν μὲν Κρεοφίλῳ, νῦν δὲ Φερεκύδῃ τῷ Συρίῳ, νῦν δὲ σχεδὸν ἅπασι τοῖς [8] τῶν ἱερῶν προεστηκόσι θαυμαζόμενον αὐτὸν ἐγχειρίζων, [9] ὡς ἂν καὶ τὰ θεῖα αὐτάρκως ἐκδιδαχθείη. ὁ δὲ ἀνετρέφετο εὐμορφότατός τε τῶν πώποτε ἱστορηθέντων, καὶ θεοπρεπέστατος εὐτυχηθείς. * ἀποθανόντος τε τοῦ πατρὸς, σεμνότατος, σωφρονέστατός τε ἡλίκων, κομιδῇ τε νέος ἔτι ὑπῆρχον, ἐντροπῆς πάσης ἐκ παίδων ἠξιοῦτο ἤδη, καὶ ὑπὸ τῶν πρεσβυτάτων ὀφθείς τε καὶ φθεγξάμενος [10] ἐπέστρεφε πάντας, καὶ ᾧ τινι ἂν προσβλέψας θαυμαστὸς ἐφαίνετο, ὥστε ὑπὸ τῶν πολλῶν εἰκότως βεβαιοῦσθαι, τὸ θεοῦ παῖδα αὐτὸν εἶναι. ὁ δὲ ἀπορρωννύμενος καὶ ὑπὸ τῶν τοιούτων δοξῶν καὶ ὑπὸ τῆς ἐκ βρέφους παιδείας, καὶ ὑπὸ τῆς φυσικῆς θεοειδείας, ἔτι μᾶλλον ἑαυτὸν

[8] Τῶν ἱερῶν προῖς.] Antea male, τὸ ἱερρὸν προῖς.

[9] Ὡς ἂν καὶ τὰ θεῖα αὐτ.] Inſignem hujus loci lacunam ex MS ſupplevi. In priore enim Edit. deſunt hæc verba, καὶ τὰ θεῖα αὐτάρκως ἐκδιδαχθείη. ὁ δὲ ἀνετρέφετο.

[10] Ἐπέστρεφε] Prior Edit. ἐπίστρεφε, & προβλέψας, & θαυμαστῶς· quorum loco ἐπέστρεφε, & προσβλέψας, & θαυμαστὸς vel abſque MStorum auctoritate reponendum eſſe, quis dubitet?

[11] κατέπαυσεν ἄξιον τῶν παρόντων προτερημάτων ἀποφαίνων, καὶ διακόσμῳ θρησκείαις τε ἐν μαθήμασι, καὶ ἀβάσεις ἐξαιρέτοις, εὐσταθείᾳ τε ψυχῆς [12] καὶ κατασολῇ σώματος· ὧν τε ἐλάλει, ἢ ἔπραττεν εὐδία καὶ ἀμιμήτῳ τινὶ γαλήνῃ, μήτε ὀργῇ ποτε, μήτε γέλωτι, μήτε ζήλῳ, μήτε φιλονεικίᾳ, μήτε ἄλλῃ παραχῇ ἢ προπετείᾳ ἀλισκόμενος· [13] ὡς ἦ δαίμων τις ἀγαθὸς ἐπιδημῶν τῇ Σάμῳ. * Διόπερ ἔτι ἐφήβῳ αὐτῷ ὄντι πολλὴ δόξα εἰς τε Μίλητον

magis magisque præsentibus bonis dignum se ostendit. Ornabant illum & religio & doctrina & peculiaris victus ratio, & animi firmitudo, corpusque ad modestiam compositum. In dictis factisque ejus comparebat interna quies, & immutabilis tranquillitas: non iræ, non risui, non æmulationi aut contentionis studio, aut alii perturbationi & proterviæ unquam vel tantillum indulsit: adeoque, tanquam bonus quidam Dæmon in Samiorum urbe peregrinabatur. Quapropter ejus adhuc ephebi insignis celebritas Miletum ad Tha-

11 Σάμῳ. * Διόπερ

[11] Κατέπαυσεν] Antea, κατέγασεν· corrupte. Hic repræsentavi quidem lectionem Codicis Paris. sed nec sic oratio recte procedit. Quare, sensu exigente, scribendum erit, ἐπιμᾶλλον ἑαυτὸν ἄξιον τ. παρ. προτερημάτων ἀπέφαινε· omissa voce κατέπαυσεν, quæ quomodo locum hic habere possit, non video.

[12] Καὶ κατασολῇ] Sic MS. Antea vero tantum legebatur κατασολῇ, vocula καὶ male omissa.

[13] Ὡς ἦ δαίμων τις ἀγαθὸς ἐπιδημῶν τ.] Qui considerabit, Jamblichum non solum fuisse gentilem, sed etiam Ethnicæ religionis antistitem suo tempore primarium, non mirabitur, eum de Pythagora tam magnifice sensisse & scripsisse. Nimirum, Pythagoram Christo opponere voluit, quod videret religionem nostram nulla alia ratione magis subrui posse, quam si hominibus persuaderet, extitisse etiam aliquos inter gentiles, qui Christum Dominum nostrum tam sanctitate vitæ & doctrinæ, quam miraculis non solum æquassent, sed etiam vicissent. Hoc autem Jamblichi fuisse propositum, clarius patet ex iis, quæ leguntur infra, Num. 30. Ἄλλοι ἦ ἄλλον τῶν Ὀλυμπίων θεῶν ἐφήμιζον, εἰς ὠφέλειαν καὶ ἐπανόρθωσιν τοῦ θνητοῦ βίου λέγοντες ὡς ὠφρωπίνῃ μορφῇ φανῆναι τοῖς τότε, ἵνα τὸ τῆς εὐδαιμονίας σωτήριον ἔναυσμα χαρίσηται τῇ θνητῇ φύσει. i. e. *Alii alium ex Diis Olympicis* (Pythagoram) *ferebant, qui mortalem vitam emendaturus, ejusque commodis consulturus, isti seculo humana forma apparuerit, ut mortalibus beatitudinis & philosophiæ salutare lumen donaret.* Habes hic *Deum humana forma indutum*: quod cum Christiani de Servatore suo recte prædicarent, Jamblichus id impie ad Pythagoram transtulit. Confer Nostrum infra Num 92. ubi idem legas. Uti autem Jamblichus Pythagoram; ita Philostratus impostorem Apollonium Tyaneum, ob divinam, qua eum præditum fingebat, virtutem, ultra reliquorum hominum sortem longe evexit: de quo etiam Eunapius, religioni nostræ infensissimus, tam magnifice sensit, ut dixerit, Philostratum non debuisse opus suum inscribere, Ἀπολλωνίου βίου, sed Θεοῦ εἰς ἀνθρώπους ἐπιδημίαι, i. e. *Dei ad homines adventus*: ne scilicet Christo Deo nostro minor videretur. Locus ipse Eunapii

lem, & Prienen ad Biantem, viros ſapientes delata, urbes etiam circumjectas peragrabat: jamque multi de juvene proverbium SAMII COMATI paſſim divulgaverant, eumque ſparſis in vulgus laudibus, Deum fecerant. Poſtea jam duodeviceſimum annum egreſſus, cum, quo tenderet tyrannis Polycratis tum primum ſubnaſcens, animo proſpiceret, & inde aliquod impedimentum ſuo propoſito, diſcendique ſtudio, cui unice deditus erat, metueret, noctu clam omnibus cum Hermodamante, cui cognomen erat Creophili, ejus ſcilicet nepote, qui olim Homeρωὸς Θαλλῶ, καὶ εἰς Πριήνην πρὸς Βίαντα διεκομίσθη σοφὸς, καὶ τὰς ἀσυγκίτους πόλεις ἐξεφοίτησε· καὶ [14] τὸν ἐν Σάμῳ κωμήτην ἤδη ἐν παροιμίᾳ πολλοὶ πολλαχῆ τὸν νεανίαν ἐπᾴροντες ἐξεθείαζον καὶ διεθρύλλουν. Ὑποφυομένης ἤ ἄρτι τῆς Πολυκράτους τυραννίδος ἐπὶ ὀκτωκαιδέκατον μάλιστα ἔτος γεγονὼς, προορώμενός τε οἷ χωρήσει, καὶ ὡς ἐμπόδιον ἔσται τῇ αὐτοῦ προθέσει, καὶ τῇ ἀντὶ πάντων αὐτῷ προκειμένῃ φιλομαθείᾳ, νύκτωρ λαθὼν πάντας μετὰ τοῦ Ἑρμοδάμαντος μὲν τὸ ὄνομα, [15] Κρεοφύλου δὲ ἐπικαλουμένου, ὃς ἐλέγετο Κρεοφύλου ἔκγονος εἶναι, [16] Ὁμήρου ξένου

exſtat in Proœmio libri, quem ſcripſit de vitis Sophiſtarum. Adeo verum eſt, gentilium philoſophos, præcipue qui expirante jam gentiliſmo vixerunt, ob eam, quam dixi, rationem, impoſtores quoſdam Servatori noſtro opponere conatos eſſe.

[14] Τὸν ἐν Σάμῳ κωμ.] Auctor Vaticanæ Appendicis proverbium hoc non ad Pythagoram Philoſophum, ſed ad Pythagoram pugilem Samium refert. Heſychius quoque, v. Ἐν Σάμῳ κωμήτας, tradit, falli eos, qui proverbium hoc de Pythagora Philoſopho intelligendum eſſe dicant. Eadem de re controverſia interceſſit inter duos viros longe clariſſimos & doctiſſimos, Richardum nempe Bentleium, & Henr. Dodwellum; quorum ille in egregia ſua Diſſertat. de Phalaridis Epiſtolis, pag. 52. 53. proverbium hoc de Pythagora Philoſopho, eodemque pugile, intelligendum eſſe contendit: Dodwellus vero in Exercit. de ætate Pythag. Philoſophi, pag. 153. & ſeqq. Pythagoram pugilem, ad quem proverbium illud ſpectet, a Pythagora Magno, ſive Philoſopho, diſtinguit. Nos nobis non ſumimus, ut controverſiam illam, inter viros tam doctos agitatam, decidamus.

[15] Κρεοφύλου] Hunc alii rectius vocant Κρεώφιλον, per ω, & ι. Vide Menag. ad Laërt. lib. VIII. num. 2.

[16] Ὁμήρου ξένου.] Hæc corrupta ſunt, nec ullam prorſus habent ἀκολουθίαν; quæ proinde rectius ſic legeris, ὅτι Ὁμήρου ἔφη τοῦτο ξένους μνείας λέξαι, καὶ φίλους, καὶ διδάσκαλους, &c. Ξένος hic ſumitur pro eo, qui aliquem hoſpitio excipit; cujus ſignificationis exempla apud alios etiam Scriptores occurrunt; quamvis rarius. Suidas quidem clare teſtatur, ξένος etiam interdum ſumi pro ξενοδόκος, quem vide. Homerum autem a Creophylo hoſpitio quondam exceptum fuiſſe, præter alios aperte tradit Strabo, lib. XIV.

τοῦ

τῷ ποιητῇ ἡγέσθαι φίλον ⸗ διδάσκαλος τ ἁπάντων· μετὰ τάτε πρὸς τ Φερεκύδην διεπερθμεύσε, καὶ πρὸς Ἀναξίμανδρον τὸν Φυσικὸν, καὶ πρὸς Θαλῆν εἰς Μίλητον.

12 * καὶ ὁμιλητικῶς πρὸς ἕκαστον αὐτῶν ἀνὰ μέρος ἔτως ὡμίλησεν, ὥσε πάντας αὐτὸν ἀγαπᾶν, καὶ τὴν φύσιν αὐτε θαυμάζειν, καὶ ποιεῖσθαι τ λόγων κοινωνόν. καὶ δὴ καὶ ὁ Θαλῆς [17] ἀσμένως αὐτὸν προσήκατο, καὶ θαυμάσας τὴν πρὸς ἄλλες τότ νέες πολλαγῆ, ὅτι μείζων τε καὶ ὑπερβεβηκυῖα ἦν τὴν προφοιτήσασαν [18] ἤδη δόξαν, μεταδὲς ὅσων ἠδύνατο μαθημάτων, τὸ γῆρας τε τὸ ἑαυτε αἰτιασάμενος, καὶ τὴν ἑαυτε ἀσθένειαν, προετρέψατο εἰς Αἴγυπτον πλεῦσαι, καὶ τοῖς ἐν Μέμφει καὶ Διοσπόλει μάλιστα συμβαλεῖν ἱερεῦσι. πολὺ γὰρ ἐκείνων ⸗ ἑαυτὸν ἐφοδιάσασθαι ταῦτα, [19] δι' ἃ σοφὸς πολὺ τοῖς πολλοῖς νομίζε). ἐ μὴν τοσάτων γε προπαρασκευασμάτων, ἅτε φυσικῶς, ἅτε ὑπ' ἀσκήσεως ἐπιτυχηκέναι ἑαυτὸν ἔλεγεν, ὅσων τὸν Πυθαγόραν [20] καθορᾶν. ὥσε ἐκ παντὸς

ri Poetæ hoſpes, amicus, & in omnibus præceptor fuiſſe dicebatur, ad Pherecydem, ad Anaximandrum Phyſicum, & denique Miletum ad Thaletem trajecit: cumque ſingulis horum alio atque alio tempore ita verſatus eſt, ut omnes eum amarent, & ingenium ejus ſuſpicerent, ſuæque participem philoſophiæ redderent. Inprimis vero Thales, eo libenter in familiaritatem recepto, admiratus eſt, quod tanto intervallo poſt ſe alios juvenes relinqueret, famamque de ſe proditam præſentiâ ſuâ augeret; communicatiſque quantum potuit diſciplinis, & ſenectute corporiſque imbecillitate excuſata, ut in Ægyptum navigaret, & maxime ſacerdotibus Memphiticis & Dioſpolitanis ſe dederet, hortatus eſt. Nam ſe ipſum quoque ab illis ea collegiſſe præſidia, quæ opinionem ſingularis ſapientiæ ſibi perperiſſent: nec tamen ſe iis à natura & exercitatione dotibus fuiſſe præditum, quibus abundare Pythagoram cerneret. Ideoque ex omnibus ei ſe

[17] Ἀσμένως] Sic repoſui auctoritate MS. pro ἄσμενον.

[18] Προφοιτήσασαν] Sic potius, quam πρόσφοιτήσασαν, quod prior Edit. habet, ſcribendum eſſe, quis non videt? MS. Regius habet, πρόφητήσασαν, η pro οι poſito, quod librariis ſolenne eſt.

[19] Δι' ἃ σοφὸς] MS. Regius habebat, δι' ἄσοφον: pro quo δι' ἃ σοφὸς reſcribendum eſſe, ſenſus manifeſto ſuadet. Arcerius, cum in codice MS. quo uſus eſt, διὰ ſcriptum inveniſſet, ejus loco δὲ in ſua Editione infeliciter repoſuit.

[20] Καθορᾶν] Sic codex MS. At ſenſus & conſtructio potius requirunt, καθεώρα· quod etiam vir doctus ad marginem codicis Spanhemiani notaverat.

hoc lætum jam præſagium denuntiare, quod ſapientior reliquis mortalibus diviniorque futurus eſſet, ſi cum iſtis ſacerdotibus vitam ageret.

CAP. III.

PRæter alia igitur, plurimum quoque ſibi profuturam temporis præcipue parſimoniam à Thalete edoctus, & propterea vini carniſque uſu, omnique ingurgitatione abdicatis, intra tenues facileſque digeſtu cibos ſe continuit, & hinc ſomni modicus, ac excitatior, tum animæ puritatem, tum corpori exactiſſimam & indeflexam ſanitatem comparavit; atque ita Mileto Sidonem ſolvit: illam ſibi majorem patriam eſſe perſuaſus, & inde facile in Ægyptum tranſiturus. Ibi verſatus cum prophetis, qui Mochi, naturæ interpretis, poſteri erant,

[1] Ἐπαγείαν] Vox corrupta: pro qua ἀχρυπνίαν ſcribendum eſſe Arcerius recte, ut puto, cenſet. Conjungitur enim cum ὀλιγοϋπνίαν.

[2] Μώχῳ] *Mochi* reddit eruditus interpres. At Schefferus *Philoſ. Italic.* cap. v. bene monuit, ſcribendum hic eſſe, Μώσχῳ, & deſignari a Jamblicho antiquiſſimum illum philoſophum Sidonium, cujus Strabo & Sextus Empir. mentionem faciunt. Verba Strabonis libro XVI. hæc ſunt: *Εἰ δὲ δεῖ Ποσειδωνίῳ πιστεύειν, καὶ τὸ παρὰ τῶν ἀτόμων δόγμα παλαιόν ἐστιν, ἀνδρὸς Σιδονίου Μώσχου, τοῦ τῶν Τρωϊκῶν χρόνων γεγονότος. Si vero Poſidonio credendum eſt, antiquum de*

εὐηγγελίζετο, εἰ τοῖς δηλεμβίοις ἱερεῦσι συγγίνοιτο, θειότατον αὐτὸν καὶ σοφώτατον ὑπὲρ ἅπαντας ἔσεσθαι ἀνθρώπους.

ΚΕΦ. γ'.

ΩΦεληθεὶς οὖν καὶ Θάλεω 13
τά τε ἄλλα, καὶ χρόνῳ μάλιστα φείδεσθαι, καὶ χαίρειν τότε οἰνοποσίᾳ τε, καὶ κρεωφαγίᾳ, καὶ ἔτι πρότερον πολυφαγίᾳ ὁποτιοῦν, τῇ δὲ τῶν λεπτῶν καὶ εὐαναδότων ἐδωδῇ συμμετρηθεὶς, καὶ τότε ὀλιγοϋπνίαν, καὶ [1] ἐπαγείαν, καὶ ψυχῆς καθαρότητα κἠσαύμιος, ὑγιείαν τε ἀκριβεστάτην καὶ ἀπαρέγκλιτον τοῦ σώματος, ἐξέπλευσεν εἰς τὴν Σιδόνα, φύσει τε αὐτῷ πατρίδα πεπεισμένος εἶναι, καὶ καλῶς οἰόμενος ἐκεῖθεν αὖπω ῥᾴονα τὴν εἰς Αἴγυπτον ἔσεσθαι διάβασιν. * Ἐνταῦθα δὲ 14
συμβαλὼν τοῖς τε [2] Μώχῳ καὶ φυσιολόγοις προφήταις ὑπογόνοις,

atomis dogma Moſchi eſt, hominis Sidonii, qui ante Trojani belli tempus vixit. Sextus Empir. Δημόκριτος δὲ καὶ Ἐπίκουρος ἀτόμους ἔλεγον στοιχεῖα· ἐμήτι δ' ἂν καὶ οὕτως ἔχειν πιστεύσαιμεν ἧττον τῶν δόξαν, καὶ ὡς ἔλεγεν ὁ Στωϊκὸς Ποσειδώνιος, ὑπὸ Μόσχου τινὸς ἀνδρὸς Φοινικίου καταγομένων. *Democritus & Epicurus atomos principia dixerunt: niſi hæc opinio ponenda ſit antiquior, &, ut Stoicus dicebat Poſidonius, deducta a Moſcho quodam Phœnice.* Arcerius etiam quidem Μόσχῳ, vel Μώσχῳ, legendum eſſe conjecerat, ſed nomine illo Moſen deſignari haud ſane verisimiliter ſtatuebat.

καὶ τοῖς ἄλλοις, & [3] Φοινικικῆς ἱεροφάνταις, καὶ πάσας τελεσθεὶς τελετὰς, ἔν τε Βύβλῳ & Τύρῳ, καὶ κατὰ πολλὰ τῆς Συρίας μέρη ἐξ αἰρέσεως ἱερουργήματα, καὶ ἐκ δεισιδαιμονίας ἕνεκα τοῦ τοιούτου ὑποφύεται, ὡς ἄν τις ἁπλῶς ὑπολάβοι· πολὺ δὲ μᾶλλον ἔρωτι καὶ [4] ὀρέξει θεωρίας καὶ εὐλαβείας, ἵνα μήτι αὐτὸν τῶν ἀξιομαθήτων λάθοι, ἐν θεῶν ἀπορρήτοις καὶ τελεταῖς [5] φυλαττόμενα, πομαθών τε, ὅτι ἄπωκα ποτὲ τινὰ & ἀπόγονα τῶν ἐν Αἰγύπτῳ ἱερῶν τὸ αὐτόθι ὑπάρχει, ἐκ τούτου τε ἐλπίσας καλλιόνων καὶ θειοτέρων καὶ ἀκραιφνῶν μεθέξειν μνημάτων ἐν τῇ Αἰγύπτῳ, [6] ἀγαθεὶς, καὶ τὰς Θάλεω τοῦ διδασκάλου ὑποθήκας, διεπρεμάσθη ἀμελλητὶ ὑπό τινων Αἰγυπτίων πρεμιέων, καιρίαπαλα πεσπερμισσίντων τοῖς ὑπὸ Κάρμηλον τὸ [7] Φοινικὸν ὄρος αἰγιαλοῖς· ἔνθα ἐμόναζε τὰ πολλὰ ὁ Πυθαγόρας καὶ τὸ ἱερόν· οἵπερ ἄσμενοι ἐδέξαντο αὐτὸν, τήν τε ὥραν αὐτὸ κερδῆσαι, καὶ εἰ δοθοῖντο, τὸ πολυτιμίαν προεισδόμενοι. * Ἐπεὶ μέν τοι καλὰ τὸν

& cum cæteris Phœniciæ hierophantis; cunctisque initiis Bybli & Tyri, ac iis, quæ in multis Syriæ partibus singulari modo celebrantur, sacrorum cerimoniis initiatus est. Id quod non fecit superstitione inductus, ut quis simplicior suspicari posset: sed potius ex amore contemplationis; veritusque ne quid ipsum præteriret, quod in Deorum arcanis sacris mysteriisque sciri dignum, observaretur. Cum autem jam antea Phœnicum sacra ab Ægyptiis, coloniæ soboliſque instar, propagata nosset, adeoque pulchriora magisque divina & illibata in Ægypto sibi initia promitteret, Thaletis insuper præceptoris sui monita suspiciens, confestim è Phœnicia eo trajecit; portitorum quorundam Ægyptiorum ope, qui ad littus Carmelo Phœnicum monti subjectum opportune appulerant: ubi nimirum Pythagoras sæpe in templo solus versabatur. Eum nautæ lubentes receperunt; ob formositatem ejus lucrum pretiumque ingens, si venumdarent, sibi augurati. Cum au-

[3] Φοινικικῆς] Φοινικικῆς lege.

[4] Ὀρέξει] Ex MS. hanc vocem revocavimus, cujus loco antea male legebatur ὀρείᾳ.

[5] Φυλαττόμενα] Imo, φυλαττομένων, ut constructio salva sit. Pendet enim a præcedenti ἀξιομαθήτων. Et mox, ὑπάρχει reſcripsi pro ὑπάρχοντας; non solum sensu hoc exigente, sed etiam auctoritate codicis MS.

[6] Ἀγαθεὶς] Sic Codex MS. pro voce nihili ἀγαθεὶς, quæ in priore Edit. reperitur. At nec ἀγαθεὶς sensui loci hujus convenit: pro quo proinde ἄγαν ἡδεὶς lubens reſcripserim. Sic enim sensus erit planus, Pythagoram nempe, *valde lætum*, secundum Thaletis magistri sui præceptum, in Ægyptum trajecisse.

[7] Φοινικὸν] Φοινικικὸν scribendum est.

tem inter navigandum animadverterent, quanta cum continentia gravitateque, pro vitæ, cui insueverat, conditione ageret; jam aliter erga ipsum animati, & in pueri modestia aliquid homine majus notantes, memoria repetebant, quam ex insperato appellentibus apparuisset, cum à summo Carmeli vertice, quem præ aliis montibus sacrum vulgoque inaccessum noverant, lento gradu, & nunquam respiciens descenderet, nullo præcipitio, vel etiam invio saxo eum morante; quodque, cum ad scapham venisset, nihil aliud dixerit, quam, *in Ægyptum cursus est?* & annuentibus ipsis navem con-

πλεῖν ἐγκρατῶς αὐτὸ καὶ σεμνῶς, ἀκηλήθως τε τῇ σωτερόφῳ ὑπηδοῦσι [8] διαλάπτοντος, ἄμεινον δὲ αὐτὸ διατεθέντες, καὶ μεῖζόν τι ἢ κατ' ἀνθρωπίνην φύσιν ἐνιδόντες τῇ τοῦ παιδὸς εὐκοσμίᾳ, [9] ἀναμνησθέντες, ὡς προσορμίσαιεν εὐθὺς αὐτοῖς ὤφθη καπὼν [10] ἀπ' ἄκρας τῆς Καρμήλου λόφου, ([11] ἱερώτατον δὴ τῶν ἄλλων ὀρῶν ἡπίστευντο αὐτὸ, καὶ τοῖς πολλοῖς ἄβατον) χολαίως τε καὶ ἀνεπιστρεπτὶ βαίνων, ἔτε κρημνώδες τινὸς, ἔτε [12] δυσβάτου πέτρας ἐνισταμένης, καὶ ὑπιοῦς τῷ σκάφει, μόνον τε ὑπιφθεγξάμενον, εἰς Αἴγυπτον ὁ δρόμος; καταινούντων αὐτῶν ἐνέβη, καὶ

[8] Διαλάπτοντος] Nisi vox mendo laborat, subintelligendum est ἑαυτὸν, idque vertendum, *cum se componeret.* Alias etiam non inepte legere possis, διάγοντος: quam lectionem Obrechtus ob oculos habuisse videtur.

[9] Ἀναμνησθέντες] Ne oratio sit ἀνακόλουθος, scribendum est ἀνεμνήσθησαν. Nullum enim aliud deinceps sequitur verbum, ad quod participia illa præcedentia, διατεθέντες, & ἐνιδόντες, referri possint.

[10] Ἀπ' ἄκρας τῆς Καρμήλου λόφου] Hoc loco Jamblichi Carmelitæ quidam abutuntur, ad persuadendum aliis, Pythagoram etiam fuisse Carmelitam. Ajunt enim, ordinem suum ab ipso Elia, qui Pythagoræ utique antiquior fuit, institutum, a monachis, sive eremitis in monte Carmelo degentibus, continua successione per plura secula propagatum fuisse: cumque ordo iste sanctitatis fama celebris fuerit, Pythagoram ad montem Carmelum accessisse, ut sacris ejus initiaretur. Sane, Philippus Tessiere Carmelita, anno 1612. Biteris in provinciali ordinis sui conventu, coram urbis ejusdem Episcopo, non dubitavit inter alias *Historiæ Carmelitanæ Theologice propugnandæ Theses* etiam hanc proponere, *Valde esse probabile, Pythagoram Philosophum etiam fuisse Carmelitam, sicque discipulos suos instituisse, ut victu, conversatione, & vestitu discipulos Eliæ omnino referrent.* Sed hanc sententiam nullo rationis nixam fundamento merito refellit Papebrochius in *Responsione ad R. P. Sebastianum a S. Paulo*, Part. II. Artic. XVI. ubi prolixe de hoc argumento agitur.

[11] Ἱερώτατον δὴ τῶν ἄλλων ὀρ. ἡπ.] Sic recte MS. Paris. In Editione vero Arcerii corrupte legitur, ἱερῷ δὴ τῷ τῶν ἄλλων ὀρῶν ἀπίστευτο.

[12] Δυσβάτου] Pessime antea legebatur ἐυοφάτου: pro quo δυσβάτου auctoritate codicis MS. reposui.

σιωπῇ ἐκάθισεν, ἔνθα μάλιστα οὐκ ἔμελλεν αὐτοῖς ἐμποδὼν ἔσεσθαι ναυτιλλομένοις παρ' ὅλον τὸν
16 πλοῦν. * Ἐφ' ἑνός τε καὶ τοῦ αὐτοῦ σχήματος διέμεινε δύο νύκτας καὶ τρεῖς ἡμέρας, μήτε τροφῆς μήτε ποτοῦ μεταλαβών, μήτε ὕπνου, ὅτι εἰ μὴ λαθὼν ἅπαντας, ὡς εἶχεν ἐν τῇ ἐδραίᾳ καὶ ἀσυλλύτῳ ἁρμονίᾳ, κατέδαρθε βραχύ. [13] καὶ ταῦτα διηνεκῶς ἐς σεσυρμένα ἀφ' ἁρπαγὴν προσδοκίαν, εὐθυτενῶς τε συμβάντος αὐτοῖς τοῦ πλοῦ, ὡσάν τινος παρουσίας θεοῦ, πάντα σωπήσαντες τὰ τοιάδε, καὶ ὑπισυλλογιζόμενοι δαίμονα θεῖον, ὡς ἀληθῶς ἐπείθοντο, σὺν αὐτοῖς ἀπὸ Συρίας εἰς Αἴγυπτον μεπέναι, καὶ τόν τε πρόσθεν εὐφημότατον τοῦ πλοῦ διεξήνυσαν, καὶ σεμνοτέροις, εἴπερ εἰώθεσαν, ὀνόμασί τε ἐς πράγμασιν ἐχρήσαντο πρός τε ἀλλήλους καὶ πρὸς αὐτόν, μέχρι τῆς εὐτυχεστάτης συμβάσης αὐτοῖς ἐς ἀκυμάντου παρόδου [14] εἰς τὴν Αἰγυπτίαν ἠόνα τοῦ
17 σκάφους προσοχῆς. * Ἔνθα δὴ σκεδαίνοντος [15] ὑπερέσοντες σεβασικῶς ἅπαντες, καὶ δεξάμενοι, σκάσcenderit, tacituſque toto navigationis tempore conſederit, ubi miniſteriis nautarum nihil impedimenti erat allaturus. Permanſit autem in eodem habitu duas noctes triduumque integrum, non cibum, non potum, non ſomnum capiens; niſi forte cunctis non advertentibus, uti erat in ſede ſua conſtanter compoſitus immotuſque, pauliſper dormitavit. Adhæc, cum præter expectationem continuo nec interrupto tractu rectus ipſis curſus eſſet, quaſi Deus aliquis præſens interveniſſet; hæc omnia inter ſe nautæ comparantes concluſerunt, Dæmonem vere divinum ſecum in Ægyptum è Syria tranſire: unde male ominatis verbis abſtinentes, quod reliquum fuit navigationis abſolverunt, & ſermone factiſque uſi ſunt tum inter ſe, tum erga ipſum, honeſtioribus quam ſolebant, donec feliciter, per ſummam maris tranquillitatem, ad littora Ægypti navem applicuerunt. Ibi vero exſcendentem alternis exceptum manibus honorifice navi extulerunt,

[13] Καὶ ταῦτα] Puto excidiſſe μή: ut legendum ſit, καὶ μὴ ταῦτα. Sic enim ſenſus omnino erit planus.

[14] Παρόδου] Hæc vox videtur loco ſuo mota eſſe, & ponenda poſt συμβάσης αὐτοῖς: ut totus hic locus ſic legatur, μέχρι τῆς εὐτυχεστάτης συμβάσης αὐτοῖς παρόδου, καὶ ἀκυμάντου εἰς τὴν Αἰγυπτίαν &c. Niſi enim ſic ſtatuas, vox παρόδου omnino erit ſupervacanea, nec locum hic habere poterit.

[15] Ὑπερέσοντες] Sic MS. cujus loco antea minus recte legebatur, ὑποίσοντες. Ὑπερέσοντες autem veram eſſe lectionem, vel ex iis patet, quæ paulo poſt ſequuntur, τῶν τοῦ ναυτῶν ὑπήρεσιν, &c.

& poſtquam illum in puriſſima arena collocaſſent, tumultuariam coram eo aram congeſſerunt, eaque fructibus arboreis pro præſenti copia cumulata, & mercis, quam vehebant, primitiis appoſitis, inde provecti, eum, quem antea deſtinaverant, portum petiverunt. Ille vero tam longo jejunio imbecillior, nec inter trajiciendum, nec cum à nautis per manus in terram tranſportaretur, nauſea correptus eſt; ſed nec poſt eorum diſceſſum ſe diutius à fructibus abſtinuit, quin ſumeret quod alendis viribus eſſet. Inde ad vicina habitacula incolumis pervenit; habitu oris tranquillo modeſtoque ſemper ſibi ſimilis.

θεσιν ἅτε καθαρωτάτης ἄμμου, καὶ αὐτοχέιρόν τινα βωμὸν περὶ αὐτὸ πλάσαντες, [16] ἐπικινήσαντές τε ὅσον εἶχον ἀκροδρύων, καὶ οἷον ἀπαρχάς τινας καταπλήσαντες καὶ φόρτου, μεθώρμισαν τὸ σκάφος, ὅπερ καὶ πρόκειτο αὐτοῖς ἐπλεῖν. ὁ δὲ μὲν τοσήνδε ἀσιτίαν ἀπηνώτερον τὸ σῶμα ἔχων, ἅτε πρὸς τὴν ἀποβίβασμὸν καὶ τὴν [17] τῶν ναυτῶν ὑπέρεισιν καὶ χειραγωγίαν [18] ἠναυτιώθη πως· ἔτι ἀπαλλαγέντων, ἀπέχετο μὲν πολὺ τῶν ἐσχαμμένων ἀκροδρύων· ἀλλὰ ἐφαψάμενος χρησίμως αὐτῶν, καὶ ὑποθρέψας τὴν δύναμιν, εἰς τὰς ἐγγὺς [19] διέσωσε σωοικίας, τὸ αὐτὸ ἦθος ἐν παντὶ ἀπέραντον καὶ ἀπεικὲς διαφυλάττων.

CAP. IV.

INterea dum obeundis templis omnibus maximum ſtudium

ΚΕΦ. δ'.

Ἐκεῖθέν τε εἰς πάντα ἐφοίτησεν ἱερὰ μετὰ πλείστης σπουδῆς καὶ 18

[16] Ἐπικινήσαντες] Eſt vox Lexicis ignota, & mihi merito ſuſpecta: pro qua proinde nullus dubitem reſcribere, ἐπινήσαντες, i. e., *cum accumulaſſent*; ab ἐπινέω, vel ἐπινήω, quæ eſt vox nota, & ab optimis quibuſque Scriptoribus, tum in proſa, quam ligata oratione, uſurpata. Vide Suidam. v. Ἐπινήσαντες.

[17] Τῶν ναυτῶν] Sic recte MS. At prior Editio, τῶν αὐτῶν: nullo omnino ſenſu.

[18] Ἠναυτιώθη] Prior Editio male ἠναυτιώθη: in cujus locum veram lectionem ex MS. repoſui. Senſus enim eſt, Pythagoram, quod propter longam inediam corpore eſſet infirmo & imbecilli, non repugnaſſe nautis, qui ipſum, ad exſcenſum ex navi faciliorem reddendum, manibus ſuis levatum in terram exponere volebant. Hoc cum omnino clarum ſit, miror eruditum Obrechtum in verſione ſua, alioqui accuratiſſima, priorem lectionem ναυτιώθη, quæ procul omni dubio corrupta eſt, præ altera illa amplexum eſſe. Vertit enim, *nauſea correptus eſt*. Sed quis mortalium ab erroribus prorſus immunis eſt?

[19] Διέσωσε] Imo, διεσώθη, i. e. *incolumis pervenit*. Vel ſubintelligendum eſt, ἑαυτόν.

ἀκριβῆ ἐξέτασεως, θαυμαζόμενός τε & σεβόμενος ὑπὸ τῶν συγγνωμένων ἱερέων καὶ προφητῶν, καὶ ἐκδιδασκόμενος ἐπιμελέστατα περὶ ἑκάστα, ἃ ἐφθόνησεν ἄν τις ἀκέσασθαι τῶν καθ' ἑαυτὸν ἐπαινουμένων, ἄτε ἄνδρα τῶν ἐπὶ σοφίᾳ γνωριζομένων, ἄτε τελετὴν τῶν ἐπισταμένως πεπομένων, ἄτε τόπον ἀθεώρητον, εἰς ὃν ἀφικόμενος φήθη τι πειπότερον εὑρήσειν. ὅθεν πρὸς ἅπαντας σοφοὺς ἱερέας ἀπεδήμησεν, ὠφελούμενος παρ' ἑκάστῳ, ὅσα ἦν σοφὸς ἕκαστος.

19 * Δύο [1] δὴ & εἴκοσιν ἔτη κατὰ τὸ Αἰγύπτιον ἐν τοῖς ἀδύτοις διετέλεσεν ἀστρονομῶν, καὶ γεωμετρῶν, καὶ μυούμενος, οὐκ ἐξ ἐπιδρομῆς, ἀλλ' ὡς ἔτυχε, πάσας θεῶν τελετὰς, ἕως ὑπὸ τῶν ἐν Καμβύσου αἰχμαλωτισθεὶς εἰς Βαβυλῶνα ἀνήχθη, κἀκεῖ τοῖς Μάγοις [2] ἀσμένοις συνδιατρίψας, καὶ ἐκπαιδευθεὶς παρ' αὐτοῖς σεμνὰ, καὶ θεῶν θρησκείαν ἐντελεστάτην ἐκμαθὼν, ἀριθμῶν τε καὶ μουσικῆς καὶ τῶν ἄλλων μαθημάτων ἐπ' ἄκρον ἐλθὼν παρ' αὐτοῖς, ἄλλα τε δώδεκα συνδιατρίψας ἔτη, εἰς Σάμον ὑπέστρεψε, σχεδὸν ἔτος ἤδη γεγονώς.

examenque accuratum impendit, prophetas & ſacerdotes, quibus uſus eſt, in ſui amorem admirationemque excitavit, & ſingulis exacte perceptis non prætermiſit noſſe etiam quidquid ſua ætate celebre foret, ſive viri eſſent ſapientia nobiles, ſive initia quomodocunque culta: nec loca inviſere abnuebat, in quibus ſe inventurum aliquid amplius putaverat. Qua de cauſa ad omnes profectus eſt ſacerdotes; apud quemque horum cum fructu eruditus, in ea, quam quiſque tradebat, diſciplina. Ita viginti duo anni in Ægypto abſumpti; dum in adytis templorum Aſtronomiam, Geometriam, & omnium deorum initia, non per tranſennam, aut perfunctorie addidicit: donec à Cambyſis milite inter captivos Babylonem abduceretur; ubi cum Magis lubentibus ipſe lubens verſatus, illorum ſtudia religionemque perfecte imbibit, & numerorum muſicæque artis & aliarum diſciplinarum faſtigium aſſecutus, poſt annos duodecim Samum rediit, jam circiter ſexaginta annos natus.

[1] Δύο δὴ καὶ εἴκ.] Locum hunc ad examen revocat, & cum chronologicis rationibus minus bene convenire oſtendit Illuſtris Bentleius in Diſſert. de Phalar. Epiſt. pag. 69. quem ut Lector adeat ſuadeo.

[2] Ἀσμένοις] Malim, ἄσμενος, i. e. libens. Vel dicendum eſt, poſt ἀσμένοις excidiſſe ἄσμενος, ut legatur, τοῖς μάγοις ἀσμένοις ἄσμενος συνδιατρίψας, &c. quam lectionem ob oculos habuit eruditus interpres.

CAP. V.

IBi à quibuſdam ſenioribus agnitus, non minus quam antea in admiratione fuit. Videbatur enim à peregrinatione plus pulchritudinis & ſapientiæ, majoraque divinitatis argumenta domum reportaſſe. Ideoque patria publice illum invitavit, ut omnibus participatione inventorum ſuorum prodeſſe vellet. Nec renuebat ille: ſed viam docendi per ſymbola ingredi cœpit, eodem modo quo ipſe in Ægypto doctus erat: quamvis Samii hanc docendi rationem minus amplecterentur, neque ſatis prompte, ut par erat, ejus lateri adhæreſcerent. Utut igitur nemo docenti accederet, nemo ſincere ſatageret proficere in diſciplinis, quibus omni modo inter Græcos domicilium ſtatuere annitebatur, non tamen Samum, eo quod patria ſibi eſſet, contemnere, curamque ejus abjicere ſuſtinuit; quin civibus ſuis, vel invitis aliquem pulcherrimarum arrium guſtum daret. Quare technam hujuſmodi methodum-

ΚΕΦ. ε'.

Ἀναγνωρισθεὶς δὲ ὑπὸ τινῶν πρεσβυτέρων, καὶ οὐκ ἔλαττον ἢ πρόσθεν θαυμασθείς, καλλίων τε γὰρ καὶ σοφώτερος καὶ θειοτέρως αὐτοῖς ἐφάνη, παρεκαλέσας αὐτὸν δημοσίᾳ τῆς πατρίδος ὠφελεῖν ἅπαντας, καὶ μεταδιδόναι τῶν ἐνθυμιῶν, οὐκ ἀνατείνων, τὸν τῆς διδασκαλίας τρόπον συμβολικὸν ποιεῖν ἐπεχείρει, καὶ πάντη ὅμοιον τοῖς ἐν Αἰγύπτῳ διδάγμασι, [1] καθ' ἃ ἐπαιδεύθη, εἰ καὶ μὴ σφόδρα προσίεντο τὸν τοιοῦτον τρόπον οἱ Σάμιοι, μήδε ἁρμονίως, καὶ ὡς ἐχρῆν, προσεφύησαν αὐτῷ. * Μηδενὸς ἂν αὐτῷ προσέχοντος [2], μήδε γνησίως ὀρεγομένου τῶν μαθημάτων, [3] ἃ τοῖς Ἕλλησιν ἐνοικίζειν παντὶ τρόπῳ ἐπειρᾶτο, μὴ φειδόμενον, μηδὲ ὀλιγωροῦντος τὴν Σάμον, διὰ τὸ πατρίδα εἶναι, γοῦν μὲν πάντως ἐβούλετο τῆς τῶν μαθημάτων καλλονῆς τοὺς πατριώτας, εἰ καὶ μὴ ἑκόντας. ἀλλ' [4] ἦν ὀπτικὸς καὶ μεθόδῳ τινὶ θαυ-

[1] Καθ' ἃ ἐπαιδεύθη] Prior Edit. male, κατ' ἐπαιδεύθη: pro quo Rittershuſius in notis ad Malchum *de Vit. Pyth.* & Schefferus *de Philoſ. Ital.* pag. 25. emendant, καθ' ὃν reſpicientes ſcilicet ad præcedens τρόπον. Sed nos repræſentavimus hic lectionem codicis MS. quæ utique recte ſe habet.

[2] Προστρέχοντος] Antea minus recte, παρατρέχοντος. Deſider. Heraldus Animadverſ. in Jambl. cap. III. legendum potius ſuadet, προσέχοντος· quod non diſplicet.

[3] Ἃ τοῖς Ἕλλησιν ἐνοικ.] Sic locum hunc ante mutilum ex codice MS. ſupplevimus. In priore enim Edit. legitur, τῶν μαθημάτων αὐτοῖς ἐνοικίζειν: nullo omnino ſenſu.

[4] Ἀλλ' ἦν] Particula hæc connexionis loco huic non quadrat, ſed potius τιγαροῦν,

τηρήσας εὐφυῶς τινὰ καὶ εὐκινήτως ἐν τῷ γυμνασίῳ σφαιρίζοντα τῶν φιλογυμναστούντων μὲν καὶ σωματούντων, πενήτων δ' ἄλλως καὶ ἀπορωτέρων, λογισάμενός τε ὅτι εὐπειθῆ ἕξει, εἰ τὰ ἀπιτήδεια ἔκπλεά τις αὐτῷ ἀμερεμνεῖ παρέχοι, προσκαλεσάμενος μετὰ τὸ λουτρὸν τὸν νεανίαν, ἐπηγγείλατο αὐτάρκη αὐτῷ ἐφόδια εἰς τὴν τῶν σωματούντων ἀποτροφὴν καὶ ἀπιμέλειαν διηνεκῶς παρέξειν, εἰ δεξαίατο αὐτὸν καταβραχύ τε καὶ ἀπόνως, ἐνδελεχῶς τε, ὥστε μὴ ἀθρόως φορτωθῆναι, μαθήματά τινα, ἃ αὐτὸς Βαρβάρων μὲν ἐξέμαθεν αὐτὸς νέος ὤν, ἀπολέλοιπε δ' αὐτὸν παῖδα ἤδη ἀπὸ τοῦ γήρως
22 καὶ τὴν τότε ἀμνημοσύνην. * Ὑποχωρήσας δὲ ὁ νεανίας, καὶ τῇ τῶν ἀπιτηδείων ἐλπίδι ἀποκείναντος, τὴν δ' ἀριθμῶν μάθησιν καὶ γεωμετρίας ἀναγεῖν αὐτὸν ἐπειρᾶτο, ἐπ' [7] ἄμβακος τὰς ἑκάστοις ἀποδείξεις ποιούμενος· καὶ διδάσκων, παντὸς σχήματος, ὅ ἐστι [8] διὰ

que commentus est. Vidit nempe juvenem quendam palæstræ corporisque exercitiis deditum, sed pauperem & cum re angusta domi colluctantem, in gymnasio apte facileque pila ludere. Hunc sibi dicto audientem fore reputabat, si ei de paupertate securo, vitæ necessaria abunde suppeditaret: statim itaque à balneo ad se vocat hominem, eique promittit alimoniam, ad corpus exercendum curandumque suffecturam se submini straturum, dummodo accipere voluerit à se paulatim labore facili, & ea tenus ne obruatur continuato, quasdam disciplinas; quas se adhuc juvenem à Barbaris hausisse, jam vero sibi seni per oblivionem excidere, ajebat. Juvenis spe subsidiorum allectus, operam promittit. Primo itaque illum in Arithmeticam & Geometriam introduxit, demonstrationibus in abaco propositis, & pro singulis figuris, quas delineaverat, juveni mercedem laboris

ρᾶν, vel ὄνυκα. Deinde, quæ sequuntur, commodius sic legerentur, ἐπινοίᾳ δὲ μεδόδωτιαὐτῇ ἐχρήσατο. Θεωτηρήσας. Vide, Lector, & attende.

[5] Εἰ διαδέξαιτο] Sic MS. At Editio Arcerii corrupte, ἐνδιαδέξατο. Deinde pro αὐτὸν, quod itidem Edit. Arcerii habet, rescripsi, αὐτῷ, sensu manifeste eam lectionem flagitante. Sic paulo post recte, διαδέχισθαι τὰ μαθήματα.

[6] Τὴν δ' ἀριθμ. μάθ. καὶ γεωμ. ἐναγεῖν] Hæc utique sana esse non possunt. Quis enim sic Græce loquatur? Quare puto Jamblichum scripsisse, εἰς τὸν δ' ἀριθμ. μάθησιν δὲ γεωμετρίαν εἰσάγειν αὐτὸν ἐπειρᾶτο.

[7] Ἄμβακος] Pro ἄβακος. Et sic paulo post, ἄμβακι pro ἄβακι.

[8] Διὰ γράμματος] Διὰ γραμμῶν notaverat vir doctus ad marginem codicis Spanhemiani; quod probo.

tres obolos dedit; idque per tempus ſatis longum continuatum eſt, intenta cura ſtudioque, nec non cum bono ordine & ad contemplandum manuductione: ita ut juvenis tres obolos ferret, ſimul ac figuram Geometricam apprehendiſſet. Deinde cum vir ſapiens obſervaret, quod diſciplinarum elegantia & dulcedo ac connexio animo juvenis concinno ordine viaque deducti jam ſe altius inſinuaſſent, nec in curriculo diſcendi ſubſtiturum, aut manum de tabula retracturum illum ſciret, etiamſi extrema pateretur; paupertatem cauſatus, ſe amplius quos daret obolos habere negavit. Quo audito juvenis, Ego vero, inquit, etiam ſine iſtis diſcere potero quod doces. Reſpondit autem Pythagoras, neque ſibi ipſi jam ſuppetere, unde vivat: cum igitur de quotidie neceſſariis

γράμματος, μισθὸν δ' [9] ἀντίπονον [10] παρεῖχε τῷ νεανίᾳ τριώβολον. καὶ τοῦτο μέχρι πολλοῦ χρόνου διετέλεσε ποιῶν, φιλοτιμότατα μὲν καὶ σπουδαίως, τάξει τε βελτίστῃ ἐμβιβάζων εἰς τὴν θεωρίαν, καθ' ἑκάστην δὲ γράμματος προσφιλεστέραν τριώβολον ἀποδιδούς. * Ἐπεὶ δὴ ὁ 23
νεανίας ὁδῷ τινι ἐμμελεῖ ἀγόμενος, τῆς σκεψεπείας ἤδη ἀντιλαμβάνετο, καὶ τὴν ἡδονὴν καὶ τὴν ἀκολουθίαν τῆς ἐν τοῖς μαθήμασι, σωιδὼν τὸ γενόμενον ὁ σοφὸς, καὶ ὅτι οὐκ ἂν ἑκὼν ἔτι ἀποστείη οὐδὲ ἀπόσχοιτο τῆς μαθήσεως, [11] ἀλλ' εἰ πάντα πάθοι, πενίαν ὑπεπιμήσατο καὶ ἀπορίαν τῶν τριωβόλων. * Ἐκείνου δὴ εἰπόντος, 24
ἀλλὰ καὶ χωρὶς τούτων οἷός τ' εἰμὶ μανθάνειν, καὶ παραδέχεσθαί σε τὰ μαθήματα, ἐπήνεγκεν, Ἀλλ' ἀλλ' αὐτὸς τὰ πρὸς τροφὴν ἀποτίθεια ἔχω ἔτι ἀλλ' εἰς ἐμαυτόν.

[9] Ἀντίπονον] Id eſt, *quod pro labore datur*. Sed eſt vox inſolens. Vir doctus ad marginem codicis Spanhem. reſcripſerat, ἀντίποινον.

[10] Παρεῖχε τῷ νεανίᾳ τριώβολον] Ad hunc locum Jamblichi reſpexit Euſtathius ad Il. N. pag. 951. Ed. Rom. ubi ait: Οἴδαμεν δὴ ὁ τοῦ Ἰαμβλίχου, καὶ ὅτι ἀπὸ Πυθαγόρου εἴληπται αὕτη, ὃς μαθητῇ δεξιῷ μὲν, ὀκνηρῷ δὲ εἰς μάθησιν, καθ' ἕκαστον μαθηματικὸν χρῆμα τριώβολον ἐδίδου, ἐξωνούμενος ἕτω τὸν τὰ παιδευομένου μάθησιν.

[11] Οὐδ' εἰ πάντα πάθοι, πεν.] Deſiderius Heraldus in Animadverſ. in Jambl. cap. 3. locum hunc, qui in priore Edit. mala interpunctione laborat, & ab Arcerio interprete peſſime acceptus erat, recte expoſuit & diſtinxit. Nimirum, Arcerius ſic legendum & diſtinguendum cenſebat, οὐδ' εἰ πᾶσαν πάθοι πενίαν, ὑπεπιμήσατο καὶ ἀπορ. quod vertit, *etſi vel omnem paupertatem foret ſubiturus, honoravit indigentiam ejus etiam triobolis*. Poterat ne quicquam dici a mente Jamblichi alienius? Sed talia ſexcenta ſunt in verſione Arcerii. Ὑποτιμήσασθαι hic eſt, προφασίζεσθαι, *cauſari, prætexere*: quod notandum, quia Lexica vulgata nullum ejus ſignificationis exemplum afferunt. Opportune Heſychius, Ὑποτιμήσεως, προφάσεως· quem locum adduxit etiam Heraldus.

[12] δέον ἂν σχολάζειν εἰς πλεῖσμὸν τῶν καθ' ἡμέραν ἀναγκαίων, καὶ τῆς ἐφημέρου τροφῆς, ἃ καλῶς ἔχειν [13] ἄμβακι καὶ ἀνονήτοις [14] ματαιοπονήμασιν ἑαυτὸν ἀντιπερισπᾶν. ὥστε τὸν νεανίαν δυσαποσπάστως ἔ σωείρειν τὴν θεωρίαν ἔχοντα, καὶ ταῦτ' εἰπεῖν· Ἐγώ σοι λοιπὸν πορίζω, καὶ ἀντιπελαργήσω τρόπον τινά. κατὰ γὰρ ἕκαστον σχῆμα τριώβολον κ' αὐτός σοι ἀντιπα-
25 ρέξω. * καὶ τὸ ἀπὸ τῆδε ἕτως ἐάλω ὑπὸ τ̃ μαθημάτων, ὥστε μόνος Σαμίων [15] συναπῆρε Πυθαγόρᾳ, ὁμώνυμος ὢν αὐτῷ, Ἐρατοκλέους δὲ υἱός. τάτε δὴ καὶ τὰ ἀλειπτικὰ συγγράμματα φέρεται, [16] ἧ ἡ ἀντὶ ἰσχάδων τοῖς τότε ἀθληταῖς κρεώδους τροφῆς ἀξίωσις, ἃ καλῶς εἰς Πυθαγόραν [17] τὸν Μνημάρχε τάτων ἀναφερομένων. λέγεται δὲ ποθ' ἡ αὐτὸν χρόνον θαυμασθῆναι αὐτὸν ποθ' τῷ Δήλῳ, προσελθόντα αὐτὸν πρὸς τὸν ἀναίμακτον λεγόμενον, [18] καὶ τὸ Γενέτορος Ἀπόλλωνος βωμόν, καὶ τὸν θεραπόντα· ὅθεν εἰς ἅπαντα τὰ μαντεῖα παρέβαλε. καὶ ἐν Κρήτῃ

victuque diurno laborandum ſit, imtempeſtivum videri, abaco incumbere, animumque ſterili & vano opere diſtrahere. Tum denique juvenis ægre ferens ſe à continuandis diſciplinis avelli, Ego, inquit, in poſterum alimenta tibi ſuppeditabo, & ciconias imitatus, te mutuo ſuſtentabo; nam in ſingula ſchemata tres obolos viciſſim tibi dabo: tantoque exinde diſciplinarum amore captus eſt, ut ſolus inter Samios cum Pythagora è patria diſcederet, ipſi cognominis, filius autem Eratoclis. Hujus ſunt libri de re Athletica: idemque ordinavit, ut Athletæ pro caricis carnibus veſcerentur; quæ non recte Pythagoræ Mneſarchi filio tribuuntur. Eodem tempore & Delus admirabatur Pythagoram; cum ille ſcilicet ad aram incruentam Apollinis Genitoris accederet, eamque coleret. Hinc profectus eſt ad omnia oracula. In Creta quoque & Lacedæmone le-

[12] Δέον ἂν] Sic MS. At prior Edit. male, διὸ νῦν· quod Arcerio fraudi fuit.

[13] Ἄμβακι] Pro ἄβακι· ut paulo ſuperius, ἄμβακος pro ἄβακος.

[14] Ματαιοπονήμασιν] Antea male, ματαιονήμασιν.

[15] Συναπῆρε] Sic recte legendum monuit Cl. Dodwellus in Exercit. *de Pythag. ætate*, pag. 145. Prior enim Edit. male habet, συνεπῆρε.

[16] Καὶ ἡ ἀντὶ ἰσχάδ.] Vide Menagium ad Laërtium in *Pythag.* Num. 12. qui loca auctorum huc ſpectantia collegit.

[17] Τὸν Μνημάρχε] Μνησάρχε ſcribendum eſſe etiam ſupra monuimus.

[18] Καὶ τὸ Γενέτορος] Καὶ τ̃ τὸ Γενέτορος rectius legas: ut monuit etiam Menag. ad Laërt. VIII. 13. Cæterum, conferendus eſt cum hoc loco Noſter infra, Num. 35.

gislatorum cognoſcendorum cupidus moratus, illiſque auditis, domum redux ad prætermiſſa inveſtiganda ſe contulit. Et primo quidem ſcholam condidit, etiamnum Pythagoræ HEMICYCLIUM dictam, in qua Samii de Republica conſilia ineunt; rati, eo potiſſimum loco de rebus bonis, juſtis, utilibuſque agendum eſſe, quem conſtituerat communis omnium patronus. Præterea extra urbem ſuæ philoſophiæ antrum quoddam paraverat, ubi maximam noctis dieïque partem degebat, & profutura in diſciplinis meditatus, Minoi Jovis filio paria mente conceperat. Et eos quidem, qui poſtea ejus dogmatibus uſi ſunt, in tantum ſuperavit, quod illi contemplationibus exigui momenti ſe plurimum jactitarint: Pythagoras vero omnem rerum cœleſtium cognitionem abſolvit, orbemque hujus ſcientiæ demonſtrationibus Arithmeticis & Geometricis complexus eſt. Nec minus admirationis

δὲ καὶ ἐν Σπάρτῃ τῶν νόμων ἕνεκα διέτριψε· καὶ τούτων ἁπάντων ἀκροατὴς μὲν μαθητὴς γνώμῃ, εἰς οἶκον ἐπανελθὼν, ὥρμησεν ἐπὶ τὴν ἀναλελειμμένων ζήτησιν. * Καὶ 26
πρῶτον μὲν Δικαιαρχίᾳ ἐν τῇ πόλει κατεσκεύασεν, [19] Πυθαγόρου ἔτι καὶ νῦν καλούμενον ἡμικύκλιον, ἐν ᾧ νῦν Σάμιοι περὶ τῶν κοινῶν βουλεύονται, νομίζοντες περὶ τῶν καλῶν καὶ τῶν δικαίων καὶ τῶν ξυμφερόντων ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ πιείσθαι τὴν ζήτησιν, [20] ἐν ᾧ κατεσκέασεν ὁ πάντων πανσόφωτος τὴν ἐπιμέλειαν. * Ἔξω 27
τε τῆς πόλεως οἰκείως αὐτῷ φιλοσοφίας ἄντρον πανσόφωτον, ἐν τούτῳ τὰ πολλὰ τῆς νυκτὸς καὶ τῆς ἡμέρας διέτριβε, καὶ τὴν ζήτησιν ἐποιεῖτο τῶν ἐν τοῖς μαθήμασι χρησίμων, τὸν αὐτὸν τρόπον Μίνῳ τῷ τοῦ Διὸς υἱῷ Δαιδαλείοις. καὶ τοσοῦτον διήνεγκεν ὕστερον τῶν τοῖς ἐκείνοις μαθήμασι χρησαμένων, ὥστε ἐκεῖνοι μὲν ἐπὶ μικροῖς θεωρήμασι μέγιστον ἐφρόνησαν· Πυθαγόρας δὲ συνετέλεσε τὴν περὶ τὰ οὐράνια ἐπιστήμην, [21] καὶ τοῖς ἀποδείξεσιν αὐτῆς ὅλαις ταῖς Ἀριθμητικαῖς καὶ ταῖς γεωμετρικαῖς διέλασεν. * Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ 28

[19] Πυθαγόρου ἔτι καὶ νῦν καλούμενον ἡμ.] Sic recte codex MS. itemque Porphyrius, Num. 9. Ante vero corruptiſſime hic legebatur, Πυθαγόρου καλούμενον ἔτη καὶ νῦν ἡμικύκλιον.

[20] Ἐν ᾧ κατεσκεύασεν] Si me audias, leges, ὃν κατεσκεύασεν, i. e. *quem* (locum, nempe) *ſtruxerat*, vel, *condiderat*.

[21] Καὶ ταῖς ἀποδείξ.] Corrupta hic quædam & tranſpoſita, quæ ſic emendare & in ordinem redigere poteris, καὶ αὐτὸν ὅλην ταῖς ἀποδείξεσιν Ἀριθμητικαῖς, &c. Id eſt, *Et totam eam* (nempe, ſcientiam rerum cœleſtium) *demonſtrationibus Arithmeticis & Geometricis emenſus eſt*. Sic clara omnia.

[22] Διὰ τῶν ὕστερον ὑπ' αὐτοῦ πραχθέντων ἔτι μᾶλλον αὐτὸν θαυμαστέον. ἤδη γὰρ μεγάλῳ ἐπιδόσει τὴν φιλοσοφίας ἐχούσης, καὶ τῆς Ἑλλάδος ἁπάσης θαυμάζειν αὐτὴν προσιεμένης, καὶ τῶν ἀρίστων καὶ τὴν φιλοσοφωτάτων εἰς τὴν Σάμον δι' ἐκεῖνον συρρεόντων, καὶ βελομένων κοινωνεῖν τῆς παρ' ἐκείνου παιδείας, ὑπὸ τῶν αὐτοῦ πολιτῶν εἰς τὰς πρεσβείας πάσας ἐλκόμενος, καὶ μετέχειν ἀναγκαζόμενος τῶν αὐτῶν λειτουργιῶν, καὶ σωφρονῶν, [23] ὅπερ τοῖς τῆς πατρίδος νόμοις πειθομένοις χαλεπὸν αὐτοῦ μένοντος φιλοσοφεῖν, καὶ διότι πάντες οἱ πρότερον φιλοσοφήσαντες ἐπὶ ξένης τὸν βίον διετέλεσαν· ταῦτα πάντα παρ' αὐτῷ διανοηθεὶς, καὶ φεύγων τὰς πολιτικὰς ἀσχολίας, ὡς δ' ἔνιοι λέγουσι, τὸν περὶ παιδείας ὀλιγωρίαν τῶν τότε τὴν Σάμον οἰκούντων θαυμάσεν, ἀπῆρεν εἰς τὴν Ἰταλίαν, πατρίδα ἡγησάμενος, [24] τὴν πλείονας εὖ ἐχόντων πρὸς τὸ μανθάνειν [25] οἰκείως ἔχουσαν χώραν. * Καὶ ἐν πρώ-

merentur, quæ deinceps perfecit. Cum enim jam tum ingens Philosophiæ acceſſio facta eſſet, tota Græcia in ejus admirationem conſenſit, & Philoſophorum optimi lectiſſimique propter eum Samum commeabant, ut aliquid de ejus eruditione in uſus ſuos decerperent. Cives vero eum ad omnes legationes trahebant, ſecumque muneribus publicis fungi cogebant. Unde facile deprehendit, legibus patriæ obſequi, domique ſedere, & ſimul philoſophari perdifficile eſſe, quodque cuncti, qui ante ſe Philoſophiam excoluerant, vitam inter peregrinos exegerint. Iſta omnia animo volvens, politicas ſtatuit declinare adminiſtrationes, vel, ut alii volunt, Samiorum id temporis in literis ſocordiam aſpernatus, in Italiam profectus eſt; eam ſibi patriam eſſe exiſtimans regionem, quæ plurium diſcendi cupidorum ferax eſſet. Et ut primum in urbe no-

[22] Διὰ τῶν] Sic quidem codex MS. At ratio Helleniſmi requirit, ut ſcribatur, vel, Διὰ τὰ ὕστερον ὑπ' αὐτοῦ πραχθέντα· vel, τῶν ὕστερον ὑπ' αὐτοῦ πραχθέντων, omiſſo διά. Nam verbum θαυμάζειν cum genitivo rei apud Græcos conſtrui ſolere, ſubintellecto ἕνεκα, vel tyrones norunt.

[23] Ὅπερ τοῖς τῆς πατρ.] Hic corrupta nonnulla, & turbata, quæ ſic expedio, ὅπερ τοῖς τῆς πατρίδος νόμοις πειθόμενον, καὶ αὐτοῦ μένοντα, χαλεπὸν φιλοσ. Sic omnia clara. Hinc autem & ex pluribus aliis locis patet, quam male liber hic Jamblichi a librariis acceptus ſit.

[24] Τὴν πλείονας ἐν ἐχόντων πρ.] Eſt locus corruptiſſimus, quem ſic refingo, τὴν πλείονας τῶν ἐνοικούντων ἢ μανθάνειν ἐρασὰς ἔχουσαν· *quæ plures ex incolis diſcendi cupidos habeat.* Nihil pote clarius. Τὸ ἐν ἐχόντων eſt ex MS. Sed prior Edit. habet ἐνεχόντων, quod propius ad τὸ ἐνοικούντων accedit.

[25] Οἰκείως] Arcerius legendum cen-

biliſſima Crotone hortatus eſt homines ad Philoſophiam, multos in ſuas partes traduxit. Sunt qui tradant, ſexcentos fuiſſe, quos non tantum ad capeſſendam Philoſophiam ſuam oratione moverat, verum etiam, qui mandato ejus inita bonorum vitæque communione inter ſe victitabant, cœnobitæ inde nominati.

τῇ Κρότωνι ἐπισημοτάτῃ πόλει συνεψάψω, πολλὰς ἔσχε ζηλωτὰς, ὥστε ἱστορεῖται ἑξακοσίους αὐτὸν ἀνθρώπους ἐσχηκέναι, οἳ μόνον ὑπ' αὐτοῦ κεκινημένους εἰς τὴν φιλοσοφίαν, ἧς μετεδίδου· ἀλλὰ καὶ τὸ λεγόμενον [26] κοινοβίους, καθὼς προσέταξε, γνωρίμους.

CAP. VI.

ET hi quidem genuini Philoſophiæ ſtudioſi; ſed maxima pars auditores erant, qui Acuſmatici dicebantur; qui, cum primum Italiam attigiſſet, una ſolum publice habita oratione capti, duorum millium numerum excedebant. Hi una cum liberis & uxoribus in unum commune auditorium, homacoïon vocant, congregati, illam ab o-

ΚΕΦ. ϛ.

ΚΑὶ ὅπι μὲν ἦσαν οἱ φιλοσοφοῦντες. οἱ δὲ πολλοὶ ἀκροαταὶ, οὓς Ἀκουσματικοὺς καλοῦσιν, [1] ἐν μιᾷ μόνον ἀκροάσει, [2] ὡς φασιν, ἣν πρωτίστην καὶ πάνδημον μόνον ἐπιβὰς τὴν Ἰταλίας ὁ ἄνθρωπος ἐποιήσατο, πλείονες ἢ διχίλιοι τοῖς λόγοις ἐνεχρήσθησαν. [3] ἀλλὰ σὺν αὐτῷ παισὶ καὶ γυναιξὶν [4] ὁμακόειον παμμέγεθες ἱδρυσάμενοι, καὶ πολίσαντες

ſebat, ἠθικῶς· haud ſane ad rem. Vir doctus ad marginem codicis Spanhemiani notaverat, ὀικειακῶς. Sed nec hoc placet. Nos, ut jam diximus, ſcribendum exiſtimamus, ἐρωτικῶς· que vox ſenſui convenientiſſima eſt.

[26] Κοινοβίους] Non eſt audiendus Schefferus *de Philoſ. Ital.* pag. 154. qui κοινόβιον legendum eſſe cenſet. Locus enim hic nulla emendatione indiget: quem optime interpretatus eſt Obrechtus.

[1] Ἐν μιᾷ μόνον ἀκροάσει, ὡς φ.] Hæc, & quæ ſequuntur, pene totidem verbis leguntur etiam apud Porphyr. *de Vita Pyth.* Num. 20. unde ea Jamblichus mutuatus eſt.

[2] Ὡς φασὶν] Porphyrius, ὡς φησι Νικόμαχος· unde Jamblichum emendabis & ſupplebis.

[3] Ἀλλ' ὁμῶς] Particula ἀλλὰ locum hic habere nequit: ſed ejus loco, ut ſenſus recte procedat, ſcribendum eſt, ὅπερ, vel ὅτοι. Apud Porphyrium quidem legitur etiam, ἀλλ' ὁμῶς, ſed præcedunt iſta, ὡς μηκέτι ὅικοθεν ἀπιέναι, quæ hic omiſſa ſunt. Quare, vel ex Porphyrio iſta addenda ſunt, ſi ἀλλὰ hic retinere velis; vel ſic, ut diximus, ſcribi oportebit.

[4] Ὁμακόειον] Sic dictam fuiſſe Pythagoreorum ſcholam notum eſt. Vide quæ notavit Luc. Holſtenius ad Porphyr. de Vit. Pyth. Num. 20.

αὐτοῖς τ' παρὰ πάντων ἐπικληθῆναι μεγάλην Ἑλλάδα, νόμους τε παρ' αὐτὰ δεξάμενοι & προστάγματα, ὡσανεὶ θείας ὑποθήκας, ὧν ἐκ τοῦ ὀλίγου ἔπεραίνον, παρέμειναν ὁμονοοῦντες ὅλῳ τῷ τῶν ὁμιλητῶν ἀθροίσματι, εὐφημούμενοι, καὶ παρὰ τῶν πέλας μακαριζόμενοι. πάς τε ὑσίας κοινὰς ἔθεντο, ὡς προελέχθη· καὶ μὴν τ' θεῶν τ' Πυθαγόραν λοιπὸν κατηρίθμουν, ὡς ἀγαθόν τινα δαίμονα & φιλανθρωπότατον· οἱ μὲν τὸν Πύθιον, οἱ δὲ τ' ἐξ Ὑπερβορέων Ἀπόλλωνα, οἱ δὲ τὸν Παιῶνα, οἱ δὲ τῶν τὴν σελήνην κατοικόντων δαιμόνων ἕνα· [f] ἄλλοι δ' ἄλλον τ' Ὀλυμπίων θεῶν ἐφήμιζον, εἰς ὠφέλειαν & ἐπανόρθωσιν τοῦ θνητοῦ βίου λέγοντες ἐν ἀνθρωπίνῃ μορφῇ φανεῖσθαι τοῖς τότε, ἵνα τὸ τ' εὐδαιμονίας τε & φιλοσοφίας σωτήριον ἔναυσμα χαρίσηται τῇ θνητῇ φύσει· ἧς μεῖζον ἀγαθὸν ἔτε ἦλθεν, ἔτε ἥξει ποτέ, δωρηθὲν ἐκ θεῶν διὰ τοῦτον & Πυθαγόραν. διόπερ ἔτι καὶ νῦν ἡ παροιμία [g] τὸν ἐκ Σάμου κομήτην ἐπὶ τῷ σεμνοτάτῳ διακηρύττει. *Ἱστορεῖ δὲ καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς περὶ τ' Πυθαγορικῆς φιλοσοφίας, διαίρεσίν τινα τοιάνδε ὑπὸ τ' ἀνδρῶν ἐν τοῖς πάνυ ἀπορ-

mnibus celebratam MAGNAM GRÆCIAM condiderunt. Hique acceptis legibus & mandatis, quasi cœlo missis præceptis, a quibus latum unguem non discedebant, cum summa totius cœtus concordia, una manebant, laudati undiquaque à vicinis & inter beatos habiti; opes etiam, ut jam ante dictum, in commune contulerant, ipsumque Pythagoram, ut bonum quendam dæmonem hominibusque amicissimum jam in Deorum referebant numerum: quidam enim illum celebrabant Pythium, alii Hyperboreum Apollinem, nonnulli Pæonem: erant, qui censebant dæmonem esse ex iis, qui Lunam incolunt: alii alium ex Diis Olympicis ferebant; qui mortalem vitam emendaturus, ejusque commodis consulturus, isti seculo humana forma apparuerit, ut mortalibus beatitudinis & philosophiæ salutare lumen donaret: quo munere nec venit nec veniet ullum aliud majus, quam quod dii per hunc ipsum Pythagoram dederunt. Quapropter hodieque proverbium, Comatum Samium, tanquam gravissimum honestissimumque deprædicat. Tradit verò Aristoteles etiam in libris de Pythagorica philosophia, quod hujusmodi divisio à viris illis inter

31 Διακηρύττει.

[f] Ἄλλοι δ' ἄλλον τ'.] Vide, quæ de hoc loco observavimus supra, ad Num. 10.

[g] Τὸν ἐκ Σάμου κομ.] Proverbium hoc occurrit etiam supra, Num. 18. ubi vide, quæ notavimus.

præcipua arcana ſervata ſit : animalium rationalium aliud eſt Deus, aliud homo, aliud quale Pythagoras. Nec ſine ratione tanti eum fecerunt, per quem de Diis, de Heroibus, de Dæmonibus, de Mundo, de Sphærarum & aſtrorum omnigeno motu, oppoſitionibus, eclipſibus & inæqualitatibus, eccentricitatibus, epicyclis, & de omnibus in univerſo cœlo terraque & intermediis naturis, ſive apparentibus, ſive occultis, recta quædam ipſiſque rebus conformis notio obvenit, nulli vel in oculos incurrenti, vel intellectu comprehenſæ rei contraria : tum diſciplinæ & contemplationes aliaque ſcientifica omnia, quæ mentis oculos maxime acuunt, & ab aliis ſtudiis profectam cæcitatem abſtergunt, ut vera totius univerſi principia & cauſſas poſſit perſpicere, inter Græcos locum invenerunt. Ne dicam, quod per illum in lucem exierint, optima Rerumpublicarum forma, populi concordia, bonorum inter amicos communio, deorum cultus, religio erga manes defunctorum, legum ferendarum ratio, eruditio, ſilentium, abſtinentia ab animalibus,

ῥήτοις Δ|αφυλάττεσθ. τὸ λογικὸν ζῶον τὸ μὲν ἐστὶ θεὸς, τὸ δ' ἄνθρωπος, [7] τὸ δὲ οἷον Πυθαγόρας. καὶ πάνυ εὐλόγως τοιοῦτον αὐτὸν ὑπελάμβανον, δι' ὃ περὶ θεῶν μὲν καὶ ἡρώων καὶ δαιμόνων καὶ κόσμου σφαιρῶν τε καὶ ἀστέρων κινήσεως παντοίας, ἐπισκοτήσεών τε, καὶ ὑπολείψεων, καὶ ἀνωμαλιῶν, ἐκκεντροτήτων τε, καὶ ἐπικύκλων, καὶ τῶν ἐν κόσμῳ πάντων, ὁρατῆς τε καὶ γῆς, καὶ τῶν μεταξὺ φύσεων, ἐκδήλων τε καὶ ἀποκρύφων, ὀρθή τις τε ἐοικυῖα τοῖς ὅσοι παρεισῆλθεν ἔννοια, μηδενὶ τῶν φαινομένων, ἢ δ' ἐπινοίας λαμβανομένων, μηδαμῶς ἀντιπαίουσι· μαθήματά τε, καὶ θεωρία, καὶ τὰ ἐπιστημονικὰ πάντα, ὅσα τὰ εἰλικρινέστατα τῆς ψυχῆς ὡς ἀληθῶς, καὶ καθαρτικὰ τοῦ τῶν ἄλλων ἐπιτηδευμάτων τὸ νῦν τυφλώσεως, πρὸς τὸ καταδεῖν δυνηθῶσι τὰς ὄντως τῶν ὅλων ἀρχὰς καὶ αἰτίας, ἐνῳκίσθη τοῖς Ἕλλησιν. * Πολιτεία δὲ ἡ βελτίστη, καὶ ὁμοδημία, καὶ κοινὰ τὰ τῶν φίλων, καὶ θρησκεία θεῶν, καὶ ὁσιότης [8] πρὸς τοὺς κατοιχομένους, νομοθεσία τε, καὶ παιδεία, καὶ ἐχεμυθία, καὶ φειδὼ τῶν

32

[7] Τὸ δ' οἷον Πυθαγ.] Huc ſpectat verſus ille, apud Pythagoreos olim uſitatus, Ἄνθρωπος δίπους ἐστὶ, καὶ ὄρνις, καὶ τρίτον ἄλλο. *Homo bipes eſt, & avis, & tertium quid.* Per *tertium quid* intelligebant Pythagoram. Vide Noſtrum infra cap. XXVIII.

[8] Πρὸς τοὺς κατοιχομένους] Sic emendavi; cum ante male legeretur, πρὸς κατοικομένην. Κατοιχομένους autem notare *defunctos*, notum eſt.

ἄλλων

ἄλλων ζώων, καὶ ἐγκράτεια, καὶ σωφροσύνη, καὶ ἀγχίνοια, καὶ θειότης, καὶ τὰ ἄλλα ἀγαθὰ, ὡς ἑνὶ ὀνόματι συλλαβεῖν, ταῦτα πάντα τοῖς φιλομαθῆσιν ἀξιέρασα καὶ φιλοσπούδασε δι' αὐτὸν ἐφάνη. εἰκότως δὴ ἂν ἀπὸ πάντα ταῦτα, ὃ δὴ νῦν ἔλεγον, ἔτως ὑπερφυῶς ἐθαύμαζον τὸν Πυθαγόραν.

continentia, temperantia, mentis ſolertia, divinitas, & alia, ut uno verbo complectar, bona omnia diſcendi cupidis amanda ſtudioſeque expetenda. Propterea, ut paulo ante dictum, jure merito homines Pythagoram ſupra modum ſuſpexerunt.

ΚΕΦ. ζ.

CAP. VII.

33 Δεῖ τοίνυν μὴ τοῦτο εἰπεῖν, πῶς ἐπεδήμησε, καὶ τίσι πρώτοις, τίνας τε λόγους ἐποιήσατο, καὶ περὶ τίνων, καὶ πρὸς τίνας. ἔτω γὰρ ἂν γένοιτο εὔληπτα ἡμῖν τὰ τῆς διατριβῆς αὐτῷ τίνα ἦν, καὶ ὁποῖα ἐν τῷ τότε βίῳ. λέγεται τοίνυν, ὡς [1] ὑπεδημήσας Ἰταλίᾳ, καὶ Σικελίᾳ, ἃς κατέλαβε πόλεις δεδουλωμένας ὑπ' ἀλλήλων, τὰς μὲν πολλῶν ἐτῶν, τὰς δὲ νεωστὶ, πάσας φρονήματος ἐλευθερίας ἐνέπλησας, διὰ τῶν ἐφ' ἑκάστης ἀκουσμάτων αὐτὰ ἀνερρύσατο, καὶ ἐλευθέρας ἐποίησε Κρότωνα, καὶ Σύβαριν, καὶ Κατάνην, καὶ Ῥήγιον, καὶ Ἱμέραν, καὶ Ἀκράγαντα, καὶ [2] Ταυρομενάς, καὶ ἄλλας τινὰς, αἷς καὶ νόμους ἔθετο διὰ

Porro reſtat ut perſequamur, quo pacto inter peregrinos, & cum quibus primum verſatus ſit, tum quas, & quibus de rebus, & ad quos orationes habuerit. Sic facile nobis erit intelligere, qualis tum inter homines vivendo docendoque extiterit. Primo itaque in Italiam & Siciliam adventu, quas urbes à ſe invicem, vel jam olim, vel nuper in ſervitutem redactas deprehendit, illis animum ad libertatem erexit, & in priſtinum ſtatum per ſuos auditores illarum cives aſſeruit: adeoque liberas fecit Crotonem, Sybarim, Catanem, Rhegium, Himæram, Agrigentum, Tauromenas, & alias quaſdam, qui-

[1] Ἐπεδημήσας Ἰταλίᾳ καὶ Σικ.] Hæc, & quæ ſequuntur uſque ad verba illa, ἐμοὶ δὲ πάντων ἀμετρίαν, leguntur etiam apud Porphyrium, Num. 21. 22. unde ea Jamblichus ſumpſit.

[2] Ταυρομενάς] Sic MS. At prior Edit. corrupte, Ταρομενάς· pro quo Arcerius infeliciter Τερβηπάν reſcribendum cenſebat. Apud Porphyrium eſt, Ταυρομένην. Alii vero Scriptores urbem hanc vulgo Ταυρομένιον appellant.

bus per Charondam Catanæum & Zaleucum Locrenſem etiam leges tulit, quarum beneficio & ipſæ bene ſe habuerunt, & aliis vicinis exemplum quod imitarentur diutiſſime præbuerunt. Suſtulit autem funditus ſeditionem & diſcordiam, & omne partium ſtudium, non tantum inter ſuos diſcipulos, eorumque poſteros, uſque ad multas, ut ajunt, ætates; verum etiam ab omnibus Italiæ Siciliæque urbibus domi foriſque turbatis. Sæpe enim illi & omni in loco, ad quoſvis ſive multos, ſive paucos, in ore erat apophthegma, Dei reſponſum dantis oraculo ſimile, & placitorum ſuorum velut epitome & ſumma quædam; idque ita habebat: Profligandum eſſe omnibus machinis, & igne ferroque, ac variis modis reſecandum, à corpore morbum, ab anima inſcitiam, à ventre ſumptus nimis magnos, ab urbe ſeditionem, à domo diſſidia, & ſimul ab omnibus exceſſum: quibus tanquam pater liberorum amantiſſimus, cuivis ſuorum placitorum refricabat memoriam. Talis erat tum temporis communis vitæ character, quo in dictis factiſque utebatur. Si vero etiam ſingillatim ea quæ fecit dixitque enarranda ſunt, tum in-

Χαρώνδα & Καταναίᾳ, καὶ Ζαλεύκᾳ & Λοκρῷ, δι' ὧν εὐνομώτατα & ἀξιοζήλωτοι & [3] περιοίκοις μέχρι πολλοῦ διετέλεσαν. * Ἀνεῖλε γὰρ ἅπασι, καὶ δίχοφωνίαν, καὶ ἀπλῶς ἐπιφροσύνην, ἀ μόνον ἀπὸ τῶν γωρεμόντων, καὶ τῶν ἀπογόνων αὐτῶν, μέχρι πολλῶν, ὡς ἱστορεῖται, γλυεῶν· ἀλλὰ & καθόλου ἀπὸ τῶν ἐν Ἰταλίᾳ & Σικελίᾳ πόλεων πασῶν, κατά τε ἑαυτὰς, καὶ πρὸς ἀλλήλας. πυκνὸν γὰρ ἦν αὐτῷ πρὸς ἅπαντας παντοχῆ πολλὰς & ὀλίγας ἀποφθεγμα, χρησμῷ θεῷ συμβολικῷ ὅμοιον, ἐπιτομή τις ὡσπερεί, καὶ ἀνακεφαλαίωσίς τις τῶν αὐτῷ δοκούντων, τὸ τοιοῦτον ἀπόφθεγμα· Φυγαδευτέον πάσῃ μηχανῇ, καὶ πελεκητέον πυρὶ & σιδήρῳ, καὶ μηχαναῖς παντοίαις, ἀπὸ μὲν σώματος, νόσον· ἀπὸ δὲ ψυχῆς ἀμάθειαν· κοιλίας δὲ, πολυτέλειαν· πόλεως δὲ, στάσιν· οἴκου δὲ διχοφροσύνην· ὁμοῦ δὲ πάντων [4] ἀμετρίαν· δι' ὧν φιλοστοργότατα ἀνεμίμνησκεν ἕκαστον τῶν ἀρίστων δογμάτων. * Ὁ μὲν οὖν κοινὸς τύπος αὐτοῦ τῆς ζωῆς ἔν τε τοῖς λόγοις καὶ ταῖς πράξεσι τοιοῦτος ἦν ἐν τῷ τότε χρόνῳ. εἰ δὲ δεῖ & τὰ καθ' ἕκαστον ἀπομνημονεῦσαι, ὧν ἔπραξε & εἶπε, ῥητέον,

[3] Περιοίκοις] Sic recte Codex MS. At prior Edit. male, ὑπερβίοις.

[4] Ἀμετρίαν] Sic recte MS. itemque Porphyrius. At prior Edit. vitioſe ἀμεί-

ειαν, quod Arcerius interpretandum putabat de eo, qui nullo partium ſtudio teneretur.

ὡς [1] παρεγένετο μὲν ἐς Ἰταλίαν κ᾽ τὴν Ὀλυμπίαδα τ᾽ δευτέραν ἐπὶ ταῖς ἑξήκοντα, καθ᾽ ἣν Ἐρυξίδας ὁ Χαλκιδεὺς στάδιον ἐνίκησεν. εὐθὺς δὲ περιβλεπτος & περίσκεπτος ἐγένετο, καθάπερ & πρότερον, ὅτε εἰς Δῆλον κατέπλευσεν. ἐκεῖ τε γὰρ πρὸς μόνον [6] τὸν βωμὸν τ᾽ τοῦ Γενέτορος Ἀπόλλωνος προσηύξατο, ὃς μόνος ἀναίμακτός ἐστιν, ἐθαυμάσθη παρὰ τοῖς ἐν τῇ νήσῳ.

dicandum erit, quod in Italiam venerit Olympiade ſexageſima ſecunda, cum ſtadio viciſſet Eryxidas Chalcidenſis. Et ſtatim in oculis ferebatur, ingenſque ad eum factus eſt hominum confluxus: ut & ante cum Delum appulit. Nam inſulæ illius incolis admirationem ſui injecit, cum ad ſolam aram Apollinis Genitoris, quæ unica incruenta erat, adoraſſet.

ΚΕΦ. Θ'.

36 Καὶ κατ᾽ ἐκεῖνον τ᾽ καιρὸν πρὸς ὁμόμορος ἐκ Συβαρίδος εἰς Κρότωνα, [1] παρὰ τὸν αἰγιαλὸν ἁλιευομένοις ἐπέστη, [2] ἔτι τῆς σαγήνης κ᾽ βυθοῦ ἐμφόρτου ἑρωμένης, [3] ὅσον τε πλῆθος ἰχθύων ἐφράσατο εἶπεν ἰχθύων ὁρίσας ἀριθμῷ. καὶ τῶν ἀνδρῶν ὑπομενόντων, ὅ, τι ἂν κελεύσῃ πράξειν, εἰ τοῦθ᾽ ἅτως ἀποβαίη, ζῶντας ἀφεῖναι πάλιν κελεύσας οὕτ᾽ ἰχθῦς, πρότερόν γε ἀριθμήσαντας. καὶ τὸ

CAP. VIII.

EO tempore cum Sybaride Crotonem iret, circa littus piſcatoribus ſupervenit, adhuc in profundo maris ſagenam piſcibus onuſtam attrahentibus, quantaque piſcium multitudo, numero etiam definito, capta eſſet prædixit. Illis pollicentibus, ſe quicquid imperaturus eſſet, facturos, ſi eventus prædictis reſpondiſſet, mandavit ut omnes ad unum piſces vivos dimitterent, poſtquam ſingulos dinumeraſſent: quodque

[1] Παρεγένετο μὲν ἐς Ἰταλ.] Vide Rich. Bentlejum in præclara Diſſert. de Phalar. Epiſt. pag. 68.

[6] Τὸν βωμὸν, τὸν Γ Γενέτορος] Vide Noſtrum ſupra, Num. 25.

[1] Παρὰ τ᾽ αἰγιαλὸν ἁλιευ.] Hiſtoriam hanc totidem pene verbis narrat etiam Porphyrius, Num. 25. unde Jamblichus ſua mutuatus eſt. Tangit etiam Plutarch. *Sympoſ.* VIII. 8. Βόλον ἰχθύων πλήσαντ᾽ ποτέ φασι τ᾽ Πυθαγόραν, εἶτα ἀφεῖναι κελεῦσαι τὸν σαγήνην. Item Apulejus in docta ſane *Apologia*, p. m. 294. *Pythagoram memoriæ prodiderunt, cum animadverſiſſet proxime Metapontum in littore Italiæ a quibuſdam piſcatoribus everriculum trahi, fortunam jactus ejus emiſſe: & pretio dato juſſiſſe illico piſces eos, qui capti tenebantur, ſolvi retibus, & reddi profundo.*

[2] Ἔτι τ᾽ σαγήνης κατὰ βυθ. ἐμφ.] Eſt locus corruptus, qui apud Porphyrium melius ſic legitur, ἐπὶ τ᾽ σαγήνης ἐκ βυθοῦ πολὺν φόρτον ἐπισυρομένης. Pro ἐκ βυθοῦ tamen Jamblichus rectius habet, κ᾽ βυθοῦ.

[3] Ὅσόν τε πλῆθος ἐπισπ. εἶπ.] Corrige ex Porphyrio, ὅσον τε πλῆθος ἐπισπ. προεῖπεν, τῶν ἰχθύων ὁρίσας τ᾽ ἀριθμόν.

inprimis admirandum, piſcium ne unus quidem, multo inter numerandum elapſo tempore, diuque piſcibus extra aquam detentis, extinctus eſt, quamdiu ille præſens adſtitit. Poſtea piſcatoribus pretium ſolvit & Crotonem contendit. Illi vero quod acciderat hinc inde divulgarunt, nomenque ejus, quod ex pueris audiverant, notum reddiderunt omnibus. Quo facto cupido inceſſit audientes videndi illum hoſpitem: idque erat obtentu non difficile. Quilibet enim vultum ejus intuens quaſi obſtupeſcebat, & dein eum talem conjiciebat eſſe, qualis reipſa erat. Paucis interjectis diebus gymnaſium intravit, & circumfuſæ ſtatim juvenum coronæ orationem habuiſſe fertur, qua ad cultum ſeniorum eos incitabat, dictitans: In mundo æque ac rebus humanis, ut & in urbibus, ipſaque natura, honore præferri id, quod tempore præcedit, ei quod ſequitur: ortum occaſui; auroram veſperæ; principium fini; generationem corruptioni: ſimiliter aborigines advenis: eodem modo inter advenas, duces coloniarum, urbiumque conditores; & univerſe Deos Dæmonibus; Dæmones Semi-

θαυμασιώτερον, ὀδεὶς, ἐν τοσούτῳ τῆς ἀριθμήσεως τοῦ χρόνου, τῶν ἰχθύων ἐκ τοῦ ὕδατος μεινάντων, ἀπέπνευσεν, [4] ἑστῶτός γε αὐτοῦ. δοὺς δὲ ὁ τῶν ἰχθύων τιμὴν τοῖς ἁλιεῦσιν, ἀπῆλθεν εἰς Κρότωνα. οἱ δὲ τὸ πεπραγμένον διήγγειλαν, καὶ τὄνομα μαθόντες παρὰ τῶν παίδων, εἰς ἅπαντας ἐξήνεγκαν. οἱ δὲ ἀκούσαντες ἐπεθύμουν ἰδεῖν τὸν ξένον· ὅπερ ἐν ἐπίμοιρον κατέσχε. [5] τοῦ τε γὰρ ὄψιν ἦν, οἷον ἐξεπλάγη τις ἂν ἰδών· καὶ ὑπανοῆσαι εἶναι τὸν τοιοῦτον, οἵῳ ὡς ἀληθῶς ἦν. * Καὶ μετ' ὀλίγας 37
ἡμέρας εἰσῆλθεν εἰς τὸ γυμνάσιον. περιχυθέντων δὲ τῶν νεανίσκων, παραδέδοται λόγους τινὰς προσλεχθῆναι πρὸς αὐτοὺς, ἐξ ὧν εἰς τὸν σπουδὴν παρεκάλει τοῦ πρεσβυτέρους, ἀποφαίνων, ἔν τε τῷ κόσμῳ, καὶ τῷ βίῳ, καὶ ταῖς πόλεσι, καὶ τῇ φύσει [6] μᾶλλον τιμώμενον τὸ προηγούμενον, ἢ τὸ τῷ χρόνῳ ἐπόμενον· οἷον τὸν ἀναπολοῦν τοῦ δύσεως· τοῦ ἕω τοῦ ἑσπέρας· τοῦ ἀρχὴν τῆς τελευτῆς· τοῦ γένεσιν τοῦ φθορᾶς. σχεδὸν δὲ καὶ οὗτοι αὐτόχθονας τῶν ἐπηλύδων. ὁμοίως δὲ αὐτῶν τῶν ἐν ταῖς ἀποικίαις οὗτοι ἡγεμόνας, καὶ οὗτοι οἰκιστὰς τῶν πόλεων· καὶ καθόλου, οὗτοι μὲν θεοὺς τῶν δαιμόνων·

[4] Ἑστῶτος] Porphyrius rectius, ἑφεστῶτος.

[5] Τοῦ τε γὰρ ὄψιν ἦν, οἷον ἐξεπλ.] Lego, τοῦ τε γὰρ ὄψιν ἦν, ἣν ἐξεπλάγη, &c. Τὸ ἦν eſt ex MS. pro quo antea male legebatur νῦν.

[6] Μᾶλλον τιμώμενον τὸ προηγ.] Idem legas apud Laërt. lib. VIII. Num. 22. 23.

ἐκείνας ἢ τῶν ἡμιθέων· οὐ γὰρ ἥρωας δὲ τῶν ἀνθρώπων. ἐκ τούτων δὲ οὐ αἰτίας τ γνώσεως τοῖς νεωτέροις. * Ἐπαγωγῆς [7] δὲ ἕνεκα πᾶσι ἔλεγε, ὡς τὸ ὠφέλιμον πλείονος ποιεῖσθαι τοὺς γονεῖς ἑαυτῶν· οἷς ἔφη τηλικαύτην ὀφείλειν αὐτοὺς χάριν, ἡλίκην ἂν ὁ τελευτηκὼς ἀποδοίη τῷ διωκηθέντι πάλιν αὐτὸν εἰς τὸ φῶς ἀγαγεῖν. ἔπειτα δίκαιον μὲν εἶναι οὐ πρώτους, ἢ οὐ τὰ μέγιστα εὐεργετηκότας ὡς ἅπαντας ἀγαπᾶν, ἢ μηδέποτε λυπεῖν. μόνους ἢ οὐ γονεῖς προτέρους τ γνώσεως τ εὐεργεσίας, καὶ [8] πάντων καταρθέντων ὑπὸ τῶν ἐγγόνων αἰτίους εἶναι οὐ προγόνους, ἐν οἷς ἥδιστον ἑαυτοὺς εὐεργετεῖν ἀποδεικνύοντες, εἰς οὓς ἐκ οἷόν τε ἐστὶν ἐξαμαρτάνειν. καὶ γὰρ οὐ θεοὺς εἰκὸς ἐστι συγγνώμην ἂν ἔχειν τοῖς μηδενὸς ἧττον τιμῶσι οὐ πατέρας. καὶ γὰρ τὸ θεῖον παρ' αὐτῶν
39 μεμαθήκαμεν τιμᾶν. * Ὅθεν καὶ τ Ὀλύμπιον τὴν αὐτὴν προσηγορίαν τ Βασιλέα τῶν θεῶν αὔξειν, ὀνομάζοντα πατέρα τῶν θεῶν ϛ τῶν θνητῶν. πολλοὺς δὲ ϛ τῶν ἄλλων μυθολογοῦντας ἀποδεδωκέναι οὐ βασιλεύοντας τῶν θεῶν τ μεμιγμένην φιλοστοργίαν ἀπὸ τῶν τέκνων πρὸς τ

deis; Semideos hominibus; & ex his antecellere, qui junioribus authores vitæ extiterint. Hæc autem dixit, ut inductione quadam juvenibus persuaderet, ut parentes suos plurimi facerent. Tantam enim illis ajebat gratiam deberi, quantam mortuus deberet illi, qui ipsum ab orco in lucem faceret reducem. Deinde justum esse, ut eos qui primi maximis nos affecerunt beneficiis, ante omnes alios diligamus, nec unquam illis tristitiam conflemus; solos autem parentes bene meritis nativitatem antevertere, quæque à posteris bene geruntur, ea ad majores tanquam ad autores referenda esse omnia; nihilo secius in iis beneficentiæ suæ documentum exhibentes, in quos delinquere non possunt. Nam & Deos verisimile esse, iis veniam dare, qui non minori honore parentes prosequuntur; cum ipsum divini Numinis cultum etiam à parentibus acceperimus. Unde & Homerum eodem nomine Regem deorum insigniviſſe, *Deorum hominumque Patrem* eum salutando. Insuper alios multos Mythologos tradidisse, Deorum principes amorem illum naturalem, quem liberi inter parentes

[7] Ἐπαγωγῆς ἢ ἕνεκ.] Desider. Heraldus Animadv. in Jambl. cap. III. versionem Arcerii recte hic reprehendit, simulque docet, ἐπαγωγὴν Græcis esse id, quod Dialectici Latini *Inductionem* vocent. Res est vel tironibus notissima.

[8] Πάντων καταρθέντων] Scribe, πάντων τ καταρθεμένων.

conjugii vinculo colligatos partiuntur, ſibi in ſolidum vindicare annixos eſſe, eaque de cauſa patris ſimul & matris perſonam induiſſe, dum alter Minervam, altera vero Vulcanum, adverſæ inter ſe naturæ, progenuit; eo tantum fine, ut amicitiæ longius etiam diſcrepantis fierent participes. Cumque ab omnibus, qui aderant, obtinuiſſet, ut concederent, immortalium judicia eſſe quam ſolidiſſima; Crotoniatis ſe demonſtraturum dixit exemplo Herculis, conditoris Coloniæ Crotonem deductæ, quod ſponte parentibus debeant eſſe dicto audientes: utpote cum traditione acceperint, illum ipſum Deum alteri natu majori obſecundantem, tot labores exantlaſſe; ſuoque Patri, rebus ex ſententia geſtis, victoriæ nomine ludos Olympicos inſtituiſſe. Effatus eſt inſuper, talibus inter ſe moribus agerent, quibus aſſequi poſſint, ut amicis nunquam inimici, inimicis autem quam citiſſime amici evaderent; & per modeſtiam erga ſeniores, benevolum in parentes animum, atque ex humanitate aliis præſtita, fraternam conjunctionem conciperent. Deinceps diſſeruit de temperantia; dicens, quod juvenilis ætas

ὑπάρχουσιν συζυγίαν τῶν γονέων, καθ' ἑαυτὸς ποιήσασθαι περιλοπιμηθέντες. καὶ διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν ἅμα τοῦ μὲν πατρὸς καὶ τῆς μητρὸς ὑπόθεσιν λαβόντας, τὸν μὲν τοῦ Διὸς Ἀθηναῖον, τοῦ δὲ τοῦ Ἡφαίστου γυναῖκα, ἐναντίαν φύσιν ἐχούσας τῇ ἰδίᾳ, ἕνεκα τοῦ καὶ τὸ πλεῖον ἀφεστάναι φιλίας μεταλαχεῖν. * Ἁπάντων δὲ 40
τῶν [9] ὄντων τοῦ τῶν ἀθανάτων κρίσιν ἰσχυροτάτην εἶναι συγχωρησάντων, ἐπιδείξειν τοῖς Κροτωνιάταις, διὰ τὸ τὸν Ἡρακλέα τοῖς κατῳκισμένοις οἰκεῖον ὑπάρχειν, διότι δεῖ τὸ προσηκόντως ἐκγόνοις τοῖς γονεῦσιν ὑπακούειν, παρειληφότας αὐτὸν τὸν θεὸν, ἑτέρῳ πρεσβυτέρῳ πειθόμενον, ἆθλα θεῖναι τοῦ πόνους, καὶ τῷ πατρὶ θεῖναι τὰ κατειργασμένα ἐπινίκιον, τὸν ἀγῶνα τὸν Ὀλύμπιον. ἀπεφαίνετο δὲ καὶ τοὺς πρὸς ἀλλήλους ὁμιλίαις ἅτοις ἂν χρωμένους ἐπιτυγχάνειν, ὡς μέλλοντι τοῖς μὲν φίλοις μηδέποτε ἐχθροὶ καταστῆναι· τοῖς δὲ ἐχθροῖς, ὡς τάχιστα φίλοι γίνεσθαι. καὶ μελετᾶν ἐν μὲν τῇ πρὸς τοὺς πρεσβυτέρους εὐκοσμίαν τὸν πρὸς τοὺς πατέρας εὔνοιαν· ἐν δὲ τῇ πρὸς ἄλλους φιλανθρωπίαν, τὸν πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς κοινωνίαν. * Ἐφεξῆς δὲ ἔλεγε δεῖ σωφροσύ- 41
νης, φάσκων, τὸν τῶν νεανίσκων

[9] Ὄντων] Legendum eſſe παρόντων, vir doctus ad marginem codicis Spanhemiani notaverat: uti & ἀπιδείξειν, pro ἀποδείξειν.

ἡλικίαν πεῖραν τῆς φύσεως λαμβάνειν, καθ' ἣν καιρὸν ἀκμαζούσας ἔχουσι τὰς [10] ἐπιθυμίας. εἶτα προετρέπετο [11] θεωρεῖν ἄξιον, ὅτι μόνης ταύτης τῆς ἀρετῶν παιδὶ καὶ παρθένῳ καὶ γυναικὶ καὶ τῇ τῶν πρεσβυτέρων τάξει ἀντιποιεῖσθαι πρόσηκε· καὶ μάλιστα [12] τοῖς νεωτέροις. ἔτι δὲ μόνῃ αὐτῇ ἀποφαίνων ἀμφοτέραις ὠφελημένην καὶ τὸ τοῦ σώματος ἀγαθὸν, καὶ τὸ τῆς ψυχῆς, διατηροῦσαν τὴν ὑγείαν, καὶ τῶν βελτίστων ἐπιτηδευμάτων ἐπιθυμίαν. * Φανερὸν δὲ εἶναι καὶ διὰ τῆς ἀνταπειρθείσης ἀντιθέσεως. Τῶν γὰρ Βαρβάρων καὶ τῶν Ἑλλήνων περὶ τὴν Τροίαν ἀντιπαξαμένων, ἑκατέρους δὴ ἐνὸς ἀκρασίαν ταῖς δεινοπάθειαις περιπεσεῖν συμφοραῖς, τοὺς μὲν ἐν τῷ πολέμῳ, τοὺς δὲ καὶ τὴν ἀνάπλουν. καὶ μόνης τῆς ἀδικίας τὴν θεὸν δεκετῆ καὶ χιλιετῆ τάξαι τὴν τιμωρίαν, ζητησάντων τήν τε τῆς Τροίας ἅλωσιν, καὶ [13] τὴν τῶν παρθένων ἀποστολὴν τῶν ἐκ τῶν Λοκρῶν εἰς τὸ τῆς Ἀθηνᾶς τῆς Ἰλιάδος ἱερόν. παρεκάλει δὴ τοὺς νεανίσκους καὶ πρὸς τὴν παιδείαν, [14] ἐνθυμεῖσθαι κελεύων, ὡς ἄτοπον ἂν

42

naturæ ſuæ eo tempore experimentum ſumat, quo cupiditatibus adhuc integris pollet vigetque: deinde hortabatur, ut animum adverterent, contemplantes, quod ſola inter virtutes temperantia & puero, & virgini, & fœminæ, & ſeniorum ordini congruat; imprimis vero junioribus expetenda ſit: unamque illam tam animæ, quam corporis bona complecti aſſerebat; dum ſanitatem conſervat, rerumque optimarum ſtudium alit fovetque: & hoc ipſum clarius ex oppoſito eluceſcere. Cum enim Barbari & Græci circa Trojam adverſis aciebus concurrerent, utraque pars ex unius hominis incontinentia in graviſſimas incidit calamitates, partim in ipſo bello, partim poſt reditum in patriam. Illi quippe injuriæ Deum ſtatuiſſe pœnam, integro decennio, & per mille annos duraturam; cum Trojam exciſum iri, & virgines à Locrenſibus in Minervæ cognomento Iliadis templum quotannis mitti oportere, oraculo moneret. Hortabatur etiam juvenes, ut animos ad eruditionis culturam ap-

[10] Ἐπιθυμίας] Prior Edit. male, ἐνθυμίας, pro quo ἐπιθυμίας auctoritate Codicis MS. repoſui. Et ſic legendum hic eſſe, jampridem etiam monuit Deſid. Herald. Animadv. in Jambl. cap. IV.

[11] Θεωρεῖν ἄξιον] Oratio & ſenſus rectius procederet, ſi ἄξιον deleatur. Eſt enim ſupervacaneum, nec ad locum hunc quicquam facit.

[12] Τοῖς νεωτέροις] Imo, τοῖς νεωτέροις: ut reſpondeat dativis præcedentibus.

[13] Τὴν τῶν παρθένων ἀποστολὴν.] Tangitur hic hiſtoria celebris & notatu digna; de qua plura diximus ad Suidam. v. Ποιή.

[14] Ἐνθυμεῖσθαι] Antea male, ἐνθυμεῖσθαι.

pellerent; abſurdum eſſe docens, mentem ſtudio præ omnibus dignißimam cenſere, eamque de cæteris rebus in conſilium adhibere, & ad eam expoliendam nihil temporis, nihil laboris inſumere: cum tamen diligentia, quæ in curando corpore adhibetur, malis amicis ſimilis exiſtat, & cito ſeneſcat; eruditio vero inſtar boni honeſtique viri, ad mortem uſque perduret, & quibuſdam poſt fata etiam immortalem gloriam afferat. Aliaque id genus ex hiſtoria placitiſque Philoſophiæ adſtruxit, oſtenditque eruditionem eſſe quandam communem eorum ingeniorum præſtantiam, quæ quaque ætate primas tenuerint. Horum enim inventa aliis materiam eruditionis dediſſe. Adeo vero iſtud natura honeſtum appetendumque eſſe, ut cum cætera laudabilia partim ita comparata ſint, ut in alterum transfundi nequeant; uti robur, pulchritudo, ſanitas, fortitudo: partim, ſi ea è manibus emiſeris, non amplius habeas; ut divitiæ, magiſtratus, & alia multa, quæ præterimus; eruditio ab alio ita poſſit accipi, ut qui eam alteri impertitus eſt, adhuc ejus compos maneat. Similiter, quædam bona non eſſe in poteſtate noſtra peculioque; doceri autem nos poſſe, quandocunque voluerimus:

εἴη, πάντων μὲν ἀγαθαιότατον κρίνειν τ' ἀξίωσιαν, καὶ ταύτῃ βαλλόμενον πρὸς τ' ἄλλων· εἰς ἣ τὴν τούτου ἄσκησιν [15] τὴν τοιούτου μηδένα χρόνον, μηδὲ πόνον ἀνηλωκέναι. καὶ ταῦτα, τῆς μὲν τ' σωμάτων ἐπιμελείας τοῖς φαύλοις τ' φίλων ὁμοιουμένης, καὶ ταχέως ἀπολειπούσης· τῆς ἣ παιδείας, καθάπερ οἱ καλοὶ τ' ἀγαθοὶ τῶν ἀνδρῶν, μέχρι θανάτου συμμένουσης· ἐνίοις ἣ καὶ μετὰ τ' τελευτὴν ἀθάνατον δόξαν περιποιούσης. * Καὶ τοιαῦθ' ἕτερα τὰ μὲν ἐξ ἱστορικῶν, τὰ δὲ καὶ ἀπὸ δογμάτων κατεσκεύασε, τὴν παιδείαν ἐπιδεικνύων κοινὴν ἅπαν εὐφυΐαν τῶν 43
ἐν ἑκάστῳ τῷ γένει πεπεισμένων. τὰ γὰρ ἐκείνων εὑρήματα, ταῦτα τοῖς ἄλλοις γεγονέναι παιδείαν. ἅτε δ' ἐν τῇ φύσει ἀγαθαῖον τὸν, ὥστε τῶν μὲν ἄλλων τ' ἐπαινουμένων τὰ μὲν οὐχ οἷόν τε εἶναι παρ' ἑτέρου μεταλαβεῖν, οἷον τ' ῥώμην, τὸ κάλλος, τὴν ὑγείαν, τὴν ἀνδρείαν· τὰ δὲ τ' προσόντων οὐκ ἔχειν αὐτὸν, οἷον τ' πλοῦτον, τὰς ἀρχάς, καὶ ἕτερα πολλὰ τῶν ἀγαθοποιουμένων· τὴν δὲ δυνατὸν εἶναι καὶ παρ' ἑτέρου ἀγαθοῦσθαι, καὶ τ' δόντα μηδὲν ἧττον αὐτὸν ἔχειν. * Παραπλησίως δὲ τὰ μὲν οὐκ ἐπὶ τοῖς ἀνθρώποις εἶναι κεκτῆσθαι· παιδευθῆναι ἣ ἐνδέχεσθαι κατὰ τ' ἰδίαν προαίρεσιν· 44

[15] Τὴν τοιούτου] Lege, τὴν τοιαύτης: ſcilicet, διανοίας.

εἰθ'

εἶθ' ὕτως προσιόντα φανῆναι πρὸς τὰς τῶ πατρίδω πράξεις οὐκ ἐξ ἀναιδείας, ἀλλ' ἐκ παιδείας. κρεῖττον γὰρ τῶ ἀγωγαῖς διαφέρειν τοὺς μὲν ἀνθρώπους τῶ θηρίων, τοὺς δὲ Ἕλληνας τῶν βαρβάρων, τοὺς δὲ ἐλευθέρους τῶν οἰκετῶν, τοὺς δὲ φιλοσόφους τῶν τυχόντων. ὅλως γὰρ τηλικαύτην ἔχοντας ὑπερογὴν, ὥστε τοὺς μὲν θᾶττον τρέχοντας τῶν ἄλλων, [16] ἐκ μιᾶς πότερον τῶν ἐκείνων ἑπτὰ κζ' τῶν Ὀλυμπίαν εὑρεθῆναι· τοὺς δὲ τῇ σοφίᾳ προέχοντας ἐξ ἁπάσης τῆς οἰκουμένης ἑπτὰ συναριθμηθῆναι. ἐν δὲ τοῖς ἐξῆς χρόνοις, ἐν οἷς ἦν αὐτὸς, ἕνα φιλοσοφίᾳ προέχειν τῶν πάντων. καὶ γὰρ τοῦτο τὸ ὄνομα ἀντὶ τῦ Σοφῦ ἑαυτὸν ἐπωνόμασε.

ΚΕΦ. Θ'.

45 ΤΑῦτα μὲν ἐν τῷ γυμνασίῳ τοῖς νέοις διελέχθη. ἀπαγγελθέντων δ' ἃ ὑπὸ τῶν νεανίσκων πρὸς τοὺς πατέρας τῶν εἰρημένων, ἐκάλεσαν οἱ Χίλιοι τὸν Πυθαγόραν εἰς τὸ συνέδριον, καὶ ἐπαινέσαντες ὅτι τοῖς πρὸς τοὺς γονεῖς ῥηθεῖσιν, ἐκέλευσαν, εἴ τι συμφέρον ἔχοι λέγειν τοῖς Κροτωνιάταις, ἀποφήναιτο

& qui ita inſtructus ad res patriæ adminiſtrandas accedit, illum non id facere ex impudentiæ, ſed ex eruditionis ſuæ conſcientia. Nam inſtitutione effici, ut homines beſtiis, Barbari Græcis, liberi ſervis, & Philoſophi plebejis præſtent. Omnino vero in tantum excellere bene inſtitutos, ut curſu velociores aliis, elapſo tempore ex una illorum patria ſeptem Olympiæ inventi ſint; ex toto vero orbe in vnum collecti numerum, etiam ſeptem modo fuerint ſapientia celebres: poſtea ſuo tempore unicus philoſophia excelluerit: hoc enim ſibi cognomen indidit, ut loco *Sapientis*, diceretur *Philoſophus*.

CAP. IX.

HÆC ad juvenes in Gymnaſio diſſeruit Pythagoras: quæ cum ab iis ad parentes delata eſſent, mille viri in curiam evocatum laudarunt propter ea, quæ juventuti ſuggeſſerat; ſimulque ſi quid ipſis Crotoniatis utile haberet, apud Reip. gubernatores ex-

[16] Ἐκ μιᾶς πότερον τῶν ἐκ.] Eſt locus corruptus: quem Heraldus *Animadv.* in Jamblich. cap. IV. ſic legendum eſſe cenſet, ἐκ μιᾶς πόλεως τῶν ἐκείνων. Hanc lectionem, quia ſenſui optime convenit, Obrechtus etiam in verſione ſua expreſſit. Pulchre huc facit locus Strabonis lib. VI. quem adduxit etiam Heraldus: Δοκεῖ δ' ἡ πόλις (de Crotone loquitur) τὰ τε πολέμια ἀσκῆσαι, καὶ τὰ πρὸς τὸν ἄθλησιν. Ἐν μιᾷ γὰρ Ὀλυμπιάδι οἱ τῶν ἄλλων πρωτεύσαντες τῷ σταδίῳ ἦσαν ἄνδρες ἅπαντες ὑπάρξαι Κροτωνιάται.

promere juſſerunt. Tum ille primum author illis fuit, ut Muſis fanum extruerent, quo præſens concordia ſalva & incolumis inter eos maneret. Illas enim deas uno omnes nomine venire, colligataſque invicem eſſe, & mutuis inter ſe honoribus gaudere; atque omnino unum Muſarum chorum exiſtere: Præterea continere in ſeipſis concentum, harmoniam, numerum, & omnia quæ ad concordiam faciunt. Reapſe vero jam oſtenderent, vim ſuam non tantum circa pulcherrimas contemplationes diſciplinarum verſari, verum etiam ad rerum conſonantiam, harmoniamque pertinere. Deinde ipſis, ait, exiſtimandum eſſe, quod à multitudine civium patriam acceperint tanquam commune depoſitum: Quapropter ita illam gubernent, ut depoſiti fidem ad poſteros quaſi hæreditariam tranſmittere poſſint: idque certo eventurum eſſe, ſi ſe omnibus exæquent civibus, & nulla re magis quam juſtitia præ cæteris emineant. Unde & homines, gnaros nullum non locum indigere juſtitia, in

πρὸς δὴ τῆς πολιτείας προκαθημένους. ὁ δὲ πρῶτον μὲν αὐτοῖς συνεβάλετο ἱδρύσασθαι Μουσῶν [1] ἱερὸν, ἵνα τηρῶσι τὴν ὑπάρχουσαν ὁμόνοιαν. ταῦτας γὰρ τὰς θεὰς καὶ τιμᾶν προσηγόρευεν τὴν αὐτὴν ἁπάσας ἔχειν, καὶ μετ' ἀλλήλων διαδιδόναι, καὶ τὴν κοινὴν τιμὴν μάλιστα χαίρειν, καὶ τὸ σύνολον, ἕνα εἶναι τὸν αὐτὸν ἀεὶ χορὸν τῶν Μουσῶν. ἔτι δὲ συμφωνίαν, ἁρμονίαν, ῥυθμὸν, καὶ ἅπαντα συνειληφέναι, τὰ διδασκαλίαν τε ὁμόνοιαν. [2] ἐπιδείκνυσι δὲ αὐτῶν τὴν δύναμιν ἀεὶ τὰ κάλλιστα θεωρήματα μόνον ἀνήκειν· ἀλλὰ καὶ τὴν συμφωνίαν καὶ ἁρμονίαν τῶν ὄντων. * Εἶπεται ὑπολαμβάνειν αὐτὰς [3] ἔφη δεῖν, κοινὴν διδασκαθήκην ἔχειν τὴν πατρίδα διδοὺς δὲ πλήθους τῶν πολιτῶν. δεῖν δὲ τοὺτων διοικεῖν ἕτω, ὡς μέλλουσι τὴν πίστιν διδόσιμον τοῖς ἐξ αὐτῶν ποιεῖν. ἔσεσθαι δὲ τοῦτο βεβαίως, ἐὰν ἅπασιν ἴσοι τοῖς πολίταις ὦσι, καὶ μηδενὶ μᾶλλον, ἢ τῷ δικαίῳ [4] προέχωσι. τοὺς γὰρ ἀνθρώπους εἰδότας, ὅτι τόπου ἅπας προσδεῖται δικαιοσύνης, μυθο-

46

[1] Ἱερόν] Vocem hanc ex MS. revocavi, quæ in priore Edit. deeſt.

[2] Ἐπιδείκνυσι] Antea male, ἐπιδείκνυται.

[3] Ἔφη δεῖν] In priore Edit. inepte, ἐφηδεῖν: quod Arcerius bona fide *delectari* verterat. Sed hujus erroris Lectorem jampridem etiam admonuit Deſid. Herald. in Jambl. cap. v.

[4] Προέχωσι· τοὺς δὲ ἀνθρώπους εἰδ.] Sic locum hunc auctoritate Codicis MS. emendavi & diſtinxi. Antea enim male legebatur, προέχωσι τοὺς ἀνθρώπους, εἰδότας, &c.

πιεῖν, τὸ αὐτὸ τάξιν ἔχειν ὃ δὲ τῷ Διὶ τ Θέμιν, καὶ ὃ δὲ τῷ Πλούτωνι τ [5] Δίκλω, καὶ κ τὰς πόλεις τ νόμον· ἵν' ὁ μὴ δικαίως, ἐφ' ἃ [6] τέτακται, πιὼν, ἅμα φαίνηται [7] πάντα τ κόσμον ἀδικῶν.

47 * Προσήκειν δ τοῖς σωφρόσι, μηδενὶ καταχρήσασθαι τῶν θεῶν εἰς ὅρκον, ἀλλὰ τοιούτους παρέχειν λόγους, ὥστε ἐ χωρὶς ὅρκων εἶναι πιστούς. καὶ τὸ ἰδίαν οἰκίαν ὕτως οἰκονομεῖν, [8] ὥστε τὸ ἀναφορὰν ἔχειν τ προαιρέσεως εἰς ἐκείνο ἀνενεγκεῖν. πρός τε τὰς ἐξ αὐτῶν γιγνομένας ἡδονὰς μακρὸν εἶναι γνῶσιν, ὡς κ τῶν ἄλλων ζώων μόνας ταύτης τ ἐννοίας αἴσθησιν εἰληφότας. καὶ πρὸς τ γυναῖκα τ τοῦ βίου μετέχουσαν [9] ὁμιλοῦντας, ὡς τῶν μὲν πρὸς τὰς ἄλλας σωμάτων πεφυκότων ἐν γραμματιδίοις ἐ σήλαις· τῶν δ πρὸς τὰς γυναῖκας ἐν τοῖς

fabulis finxiſſe, Jovi Themidem, Plutoni Ditem aſſidere, & in Urbibus Legem regnare; ut qui non bona fide munus, quod obeundum habet, accuraverit, in totum pariter mundum injurius videatur. Inſuper Senatum eorum decere, ut in jurejurando nullius Dei nomine abutantur; ſed ita ſe gerant, & loquantur, ut vel injurati fidem mereantur: rem autem domeſticam ſic adminiſtrent, ut proventum ejus animi ſui propoſito tueri liceat. Illis vero, qui ex ipſis nati ſint, ſincerum amorem exhiberent; memores quod inter alia animalia ſoli intelligant, quid hic affectus ſibi velit. Cum uxore vitæ ſocia ita agerent, ut reputent, alia quidem pacta tabulis columniſve; quod vero cum uxore initur fœdus, liberis ſtatuendum.

[5] Δίκλω] Quare *Ditem* verterit eruditus interpres, ignoro. *Juſtitiam* oportebat, vel *Dicam*.

[6] Ἐφ' ἃ τέτ.] Rectius, ἐφ' ὧν.

[7] Φαίνηται] Corrupte antea, φαίνητον.

[8] Ὥστε τὸ ἀναφορὰν ἐξεῖναι τ.] Eſt locus paulo obſcurior, quem interpretes non intellexerunt. Arcerius reddidit, *Domum cuique ſuam ita gubernandam eſſe, ut in eam inferre liceat propoſiti ſubſidium.* Sed in Arcerio non miror, qui ſexcenta alia æque infeliciter vertit. At nec doctiſſimi Obrechti verſionem hic probare poſſum. Quid enim ſibi volunt illa, *ut proventum ejus animi ſui propoſito tueri liceat?* Tu verte, *ut conſilii ſui rationem eo referre liceat.* Id eſt, ut conſilia noſtra in adminiſtranda re aliena, vel publica, ad normam quaſi adminiſtrationis domeſticæ referre nobis liceat: ſive, ut exemplo adminiſtrationis domeſticæ, tanquam argumento, uti nobis liceat, ad probandum aliis, nos non minori fide & prudentia res alienas curaturos eſſe, quam qua noſtras curavimus. Nam, ut recte ait Iſocrates Orat. ad Demonicum, p. m. 16. Ὁ κακῶς διανοηθεὶς ὑπὲρ τῶν ἰδίων, οὐδέποτε καλῶς βουλεύσεται περὶ τῶν ἀλλοτρίων. *Qui rebus propriis male conſulit, nunquam bene conſulet alienis.* Confer etiam Noſtrum infra, Num. 196.

[9] Ὁμιλοῦντας] Propter ἀκολουθίαν orationis mallem, ὕτως ὁμιλεῖν.

biliri. Efficerent etiam ut prolis ſuæ àmorem in ſe derivarent, non vi naturæ, cujus ipſi non ſint authores, ſed deliberato animo: illam enim eſſe ſpontaneæ benignitatis uſuram. Et hoc inprimis curæ haberent, tum ut ipſi non alias quam uxores ſuas cognoſcant, tum ne ex negligentia vitioque maritorum uxores ſtirpem adulterent; ſibique ante oculos ponant, quod inter libationes, uxores à foco acceptas tanquam ſupplices, ipſis diis inſpectantibus domum duxerint; adeoque exemplum præberent privatim domeſticis, & publice civibus vitæ bene compoſitæ moderatæque. Providerent etiam, ne quiſquam vel in minimis peccet, neve metu legum pœnarumque delicta tegant; ſed honeſtatis morumque bonorum reverentia ad colendam juſtitiam contendant. Jubebat inſuper omnem à rebus gerendis ignaviam profligare: unice enim præſtabilem eſſe temporis opportunitatem in quolibet negotio. Nullum aliud injuſtius eſſe facinus aſſerebat, quam liberos & parentes à ſe invicem divellere. Illum habendum eſſe op-

τέκνοις. καὶ πειρᾶσθαι ποιεῖσθαι τοὺς ἐξ αὐτῶν ἀγαπᾶσθαι, μὴ διὰ τὴν φύσιν, ἧς οὐκ αἴτιοι γεγόνασιν, ἀλλὰ διὰ τὴν προαίρεσιν. πρώτην γὰρ εἶναι τιμὴν εὐεργεσίαν ἑκουσίαν. * Σωφρονίζειν δὲ καὶ τοῦτο, ὅπως αὐτοί τε μόνας ἐκείνας [10] εἰδήσουσιν· αἵ τε γυναῖκες μὴ νοθεύσωσι τὸ γόνιμον ὀλιγωρίᾳ καὶ κακίᾳ τῶν συνοικούντων. ἔτι δὲ τὴν γυναῖκα νομίζειν ἀπὸ τῆς ἑστίας εἰληφότας μὴ ἀπονδῶν, καθάπερ ἱκέτην ἐναντίον τῶν θεῶν [11] εἰσηχθαι πρὸς αὐτόν· καὶ τῇ τάξει καὶ τῇ σωφροσύνῃ παράδειγμα γενέσθαι, τοῖς τε κατ' οἰκίαν, ἣν οἰκεῖ, καὶ τοῖς κατὰ πόλιν, καὶ προνοεῖν, τὰ μηδένα μήθ' ὁπῶν ἐξαμαρτάνειν, ὅπως μὴ φοβούμενοι τὰ κατὰ νόμων ζημίαν, ἀδικοῦντες λανθάνωσιν· ἀλλ' αἰσχυνόμενοι τὰ τῆς τρόπου καλοκαγαθίαν, εἰς τὴν δικαιοσύνην ὁρμῶσι. * Διεκελεύετο δὲ καὶ τὰς πράξεις ἀποδοκιμάζειν τὴν ἀργίαν. εἶναι γὰρ ἀκαίρου τι ἀγαθὸν, ἢ τὸν ἐν ἑκάστῃ τῇ πράξει καιρόν. ὠρίζετο δὲ, μέγιστον εἶναι τῶν ἀδικημάτων, παῖδας καὶ γονεῖς ἀπ' ἀλλήλων διαφθεῖραι. νομίζειν δὲ, [12] κρεῖττον μὲν

48

49

[10] Εἰδήσουσιν] Nota τὸ εἰδέναι honeſte hic dictum pro συνοικεῖν: quo ſenſu & τὸ γινώσκειν apud Scriptores, præcipue ſacros, interdum ſumitur. Exempla vide apud Henr. Steph. in *Theſauro*, & Deſid. Heraldum ad hunc locum.

[11] Εἰσηχθαι πρὸς αὐτόν] Senſus potius requirit, ut ſcribatur, εἰσαγαγεῖν εἰς οἰκίαν αὐτῶν, i. e. *in domum ſuam introduxiſſe.* Confer Noſtrum infra, num. 84.

[12] Κρεῖττον μὲν εἶναι τ.] Videtur ſumptum ex loco illo Heſiodi ἐν Ἔργ. v. 293.

εἶναι τὸν καθ' αὑτὸν δυνάμενον προϊδεῖν τὸ συμφέρον· δεύτερον δὲ, τὸν ἐκ τῶν τοῖς ἄλλοις συμβεβηκότων κατανοοῦντα τὸ λυσιτελοῦν· χείριστον δὲ, τὸν ἀναμένοντα μέχρι τοῦ κακῶς παθεῖν αὐτὸν τὸ βέλτιστον. ἔφη δὲ, καὶ τοὺς φιλοτιμεῖσθαι βουλομένους οὐκ ἂν ἁμαρτάνειν μιμουμένους τοὺς ἐν τοῖς δρόμοις στεφανουμένους. καὶ γὰρ ἐκείνους μὴ τοὺς ἀνταγωνιστὰς κακῶς ποιεῖν, ἀλλ' αὐτοὺς τῆς νίκης ἐπιτυγχάνειν. καὶ τοῖς πολιτευομένοις ἁρμόττειν, μὴ τοῖς ἀντιλέγουσι δυσαρεστεῖν, ἀλλὰ τοὺς ἀκούοντας ὠφελεῖν. παρεκάλει δὲ τῆς ἀληθινῆς ἀντιποιουμένους εὐδοξίας ἕκαστον εἶναι τοιοῦτον, οἵους ἂν βούλοιτο φαίνεσθαι τοῖς ἄλλοις. μᾶλλον γὰρ ἔστιν ὑπάρχειν τὸ συμβουλεῖον ἱερὸν, ὡς τὸ ἔπαινον· ἐπειδὴ τὸ μὲν ἡ χρεία θεοῖς μόνοις ἐστὶ τοῖς ἀνθρώποις· τοῦ δὲ πολὺ μᾶλλον θεοῖς τοῖς θεοῖς. *Εἰθ' ὅτως ὑπὸ πᾶσιν εἶπεν, ὅτι τὴν πόλιν αὐτῶν [13] οἰκεῖσθαι συμβέβηκεν [14] Ἡρακλέα, ὅτε τὰς βοῦς ἀπὸ τῆς Ἰταλίας ἤλαυνεν, ὑπὸ [15] Λακινίου μὲν ἀδικηθέντος,

timum, qui pro se quid conducat prævidere posset; secundum ab illo, qui ex aliis exemplum caperet, sibi quod ex usu foret; pessimum vero, qui expectet, donec suo malo didicerit, quid sit optimum. Dixit quoque, non aberraturos esse, qui honores ambiunt, si imitandos sibi proponerent eos, qui in stadio coronantur; nam illos non lædere adversarios, sed totos id agere, ut ipsi victoriam consequantur. Similiter convenire iis, qui rem tractant publicam, ne contradicentibus succenseant, sed ut obedientibus prosint. Monebat etiam, ut quilibet veræ gloriæ cupidus, talis revera esset, qualis aliis videri vellet: Laudem enim rem esse magis sacram, quam consilium: siquidem hoc inter homines tantum habet usum, illa vero maximam partem ad Deos refertur. His omnibus subjecit, quod urbs ipsorum tum temporis ab Hercule condita esset, cum boves per Italiam ageret, & à Lacinio injuria affectus, Croto-

Οὕτως μὲν πανάριστος, ὃς αὐτὸς πάντα νοήσει·
Ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος, ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται.
Ὃς δέ κε μήτ' αὐτὸς νοέῃ, μήτ' ἄλλου ἀκούων
Ἐν θυμῷ βάλληται, ὁ δ' αὖτ' ἀχρήιος ἀνήρ.

[13] Οἰκεῖσθαι] Ne dubites rescribere, οἰκίζω, i. e. *conditam esse*: ab οἰκίζω. Τὸ οἰκεῖσθαι enim est ab οἰκέω, *incolo*, *inhabito*: quod hic locum non habet. Sic paulo post κατοικίσαι rescripsi pro κατοικήσαι.

[14] Ἡρακλέα] Manifestum est, scribi debere, ὑπὸ Ἡρακλέους, tum propter sensum, tum etiam propter genitivos sequentes, ἀδικηθέντος, & διαφθείραντος.

[15] Λακινίου] Holstenius ad Stephanum, v. Λακίνιον, legit, Λακίνου: quem vide.

nem ſibi noctu opem laturum, per ignorantiam pro hoſte occideret, cognitoque errore promitteret, ſe circa ſepulcrum urbem Crotoni cognominem conditurum, cum ipſe immortalitatem conſecutus eſſet. Ea ratione æquum eſſe ajebat, ut ipſi gratiam penſandorum beneficiorum probe juſteque diſpenſarent. Quibus auditis, & Muſis templum erexerunt Crotoniatæ, & quas habere conſueverant, pellices dimiſerunt; atque ut ſeorſim in Pythii Apollinis æde ad pueros, in Junonis vero ad uxores verba faceret, Pythagoram rogarunt.

CAP. X.

ILle vero voluntati eorum obſecutus, pueris hæc, ut ajunt, præcepit: Ut neminem convitiis laceſſerent, nec convitiantibus reſponderent: quin potius operam darent pædiæ, id eſt, literarum doctrinæ, quæ ab ætate puerorum nomen habet. Deinde monuit, à puero ad modeſtiam facto perfacile in omni vita ſalvum illibatumque ſtudium honeſtatis retineri: hoc vero difficile eſſe id

Κρότωνα δὲ βοηθήσαντα τῆς νυκτὸς ὥραν τὴν ἄγνοιαν, ὡς ὄντα τῶν πολεμίων, διαφθείραντα, καὶ μετὰ ταῦτα ἐπαγγειλάμενον θεὶ τὸ μνῆμα συνώνυμον ἐκείνῳ κατοικίσεσθαι πόλιν, ἄν περ αὐτὸς μετάσχῃ τῆς ἀθανασίας. ὥστε τὴν χάριν τῆς ἀποδόσεως [16] εὐεργεσίας προσήκειν αὐτὸς ἔφη δικαίως οἰκονομεῖν. οἱ δὲ ἀκούσαντες, τό τε Μουσεῖον ἱδρύσαντο, καὶ τὰς παλλακίδας, ἃς ἔχειν ἀπεχώρουν ἦν αὐτοῖς, ἀφῆκαν. καὶ διαλεχθῆναι χωρὶς αὐτὸν ἐν μὲν τῷ Πυθαίῳ πρὸς τὰς παῖδας, ἐν δὲ τῷ τῆς Ἥρας ἱερῷ πρὸς τὰς γυναῖκας ἠξίωσαν.

ΚΕΦ. ι'.

Τὸν δὲ πειθήνια λέγουσιν ἠμήσασθαι τοῖς παισὶ παίδε· ὥστε μήτε ἄρχειν λοιδορίας, μηδὲ ἀμύνεσθαι τοὺς λοιδορουμένους. καὶ θεὶ τὴν παιδείαν, τὴν ἐπώνυμον τῆς ἐκείνων ἡλικίας, κελεῦσαι φυλάζειν. ἔτι δὲ ὑποθέσθαι, τῷ μὲν ἐπιεικεῖ παιδὶ ῥᾴδιον πεφυκέναι πάντα τὸν βίον τηρεῖν τὸ καλοκἀγαθίαν· [1] τῷ δὲ μὴ εὖ πεφυκότι χαλε-

[16] Εὐεργεσίας] Haud dubitem ſcribere, ἀντ' εὐεργεσίας. Deinde pro οἰκονομεῖν, quod ſtatim ſequitur, Deſid. Heraldus διακονομεῖν non abſurde etiam legi poſſe, cenſebat: ſed cui cave aſſentiaris.

[1] Τῷ δὲ μὴ εὖ πεφυκότι] Sic vel abſque auctoritate Codicis MS. locum hunc emendavi. Ante enim male legebatur, ὃ δὲ μὴ ἐυπεφυκότι.

τὸν τ καιρὸν χαλεπὸν καθεστάναι· μᾶλλον δὲ ἀδύνατον ἐκ φαύλης ἀφορμῆς ὀρθὴ τὸ τέλος εὐδαιμονεῖν. πρὸς ἃ τούτοις, θεοφιλεστάτους αὐτοὺς ὄντας ἀποφαίνει, καὶ διὰ τοῦτο φῆσαι καὶ τοὺς αὐχμοὺς ὑπὸ τῶν πόλεων ἀποστέλλεσθαι, διὰ τῶν θεῶν ὕδωρ αἰτησομένους, ὡς μάλιστα [2] ἐκείνους ὑπακούσαντος δαιμονίᾳ, καὶ [3] μόλις διὰ τέλους ἀγνοῦσιν ἐξουσίας ὑπαρχούσης ἐν τοῖς ἱεροῖς διατρίβειν. * Διὰ τοῦτο δὲ καὶ αἰτίαν ἔχειν τοὺς φιλανθρωποτάτους τῶν θεῶν, τὸν Ἀπόλλω, καὶ τὸν Ἔρωτα, πάντας ζωγραφεῖν καὶ ποιεῖν τοὺς τῶν παίδων ἔχοντας ἡλικίαν. συγκεχωρῆσθαι δὲ καὶ τῶν φανερῶν ἀγώνων τινὰς τιθῶσθαι διὰ παῖδας· τὸν μὲν Πυθικὸν, κρατηθέντος τοῦ Πύθωνος ὑπὸ παιδός. ὀρθὴ παιδὶ δὲ τὸν ἐν Νεμέᾳ, καὶ τὸν ἐν Ἰσθμῷ, τελευτήσαντος Ἀρχεμόρου καὶ Μελικέρτου. χωρὶς δὲ τούτων εἰρημένων, ἐν τῷ κατοικισθῆναι τὴν πόλιν τὴν Κροτωνιατῶν, ἐπαγγείλασθαι τὸν Ἀπόλλω τῷ ἡγεμόνι τοῦ οἰκισμοῦ δώσειν ἥλεως, ἐὰν ἀγάγῃ τοὺς εἰς Ἰταλίαν ἀποίκους. * Ἐξ ὧν ὑπολαβόντας [4] δεῖν, τῆς μὲν ἡλέσεως αὐτῶν πρόνοιαν πεποιῆσθαι τὸν Ἀπόλλω, τῆς δὲ ἡλικίας ἅπαντας τοὺς θεοὺς, [5] ἀξίους εἶναι τῆς ἐκείνων φι-

ætatis aliter affecto; imo ne quidem fieri posse, ut qui à malo principio profectus sit, inoffenso pede ad finem usque decurrat. Adjecit, ipsos diis esse dilectissimos; ideoque siccitate invalescente, pueros à civitatibus ad pluviam à Diis impetrandam mitti, tanquam quos maxime dii exaudiant: cum sacris operandi vix etiam hi facultatem consequantur, qui jugiter & absque intermissione sanctimoniæ litant: ideoque & hominum amantissimos deos, Apollinem scilicet & Cupidinem, puerili specie pictos repræsentari. Propter pueros etiam ludos quosdam, in quibus victores coronantur, edi, in confesso esse: Pythicos quidem propterea, quod Pythonem puer occidit; Nemeos vero & Isthmicos ob mortem Archemori & Melicertæ. Præterea cum urbs Crotoniatarum in eo esset ut conderetur, Apollinem duci coloniæ sobolem promisisse, si novos in Italiam colonos deduceret: unde inferentes, quod nativitatis ipsorum Apollo, ætatis autem omnes pariter dii curam gesserint, par esse, ut se

[2] Ἐκείνους ὑπακούσαντος] Scribe absque cunctatione, ἐκείναν ὑπακούσαντος, vel ἐπακούσαντος.

[3] Μόλις] Desider. Herald. Animadv. in Jambl. cap. v. μόνοις legendum censet. Sed nulla hic correctione opus est.

[4] Δεῖν] Vocula hæc est supervacanea; nec video, quid ad loci hujus sensum faciat.

[5] Ἀξίους εἶναι τῆς ἐκ.] Est oratio hiul-

dignos eorum amicitia præſtent. Porro meditentur audire, ut poſſint loqui. Qua dein via ad ſenectutem ituri ſint, illam ſtatim ingreſſi, imitentur eos, qui præceſſerunt, nec unquam ſenioribus obloquantur: Ita inpoſterum jure merito ipſos quoque exacturos, ut ne à junioribus injuria afficiantur. His præceptis meruit, ut nemo illum ſuo nomine, ſed *Divum* omnes appellarent.

λίας. καὶ μελετᾶν ἀκύειν, ἵνα δύνωνται λέγειν. ἔπι δὲ, ἢν μέλλωσιν εἰς τὸ γῆρας βαδίζειν, ταύτῃ εὐθὺς ἐξορμῶντας τοῖς ἐληλυθόσιν ἑπακολουθεῖν, καὶ τοῖς πρεσβυτέροις μηδὲν ἀντιλέγειν. ἅτω γὰρ εἰκότως ὕστερον ἀξιώσειν, μηδὲ [6] αὐτὰς τὰς νεωτέρας ἀδικεῖν. Διὰ δὴ τὰς ὠφελημένους ὁμολογεῖται ὠφελησκόμενα, μηδένα τ' ἐκείνῳ προσηγορίαν ὀνομάζειν, ἀλλὰ πάντας θεῖον αὐτὸν καλεῖν.

CAP. XI.

ΚΕΦ. ια'.

APud uxores verò de ſacrificiis diſſeruiſſe fertur: Primum quidem, ſicut alium qui pro ipſarum ſalute vota conciperet, bonum honeſtumque eſſe velint, quia Diis tales acceptiores credunt; ita ipſas debere plurimi facere animum æquitati modeſtiæque deditum; ut eo magis à Diis exaudirentur. Deinde Diis offerrent, quæ ſuis ipſæ manibus elaboraſſent, eaque ſine miniſteſterio ſervorum aris admoverent; ſcilicet placentas, liba, favos & thura: cæde vero & ſanguine Deum ne colerent: nec tam multa uno tempore offerrent, ut

ΤΑῖς δὲ γυναιξὶν ὑπὲρ μὲν τ' θυσιῶν ἀποφαίνεσθαι λέγεται, 54
πρῶτον μὲν, καθάπερ ἑτέρᾳ μέλλοντ' ὑπὲρ αὐτῶν ποιεῖσθαι τὰς εὐχὰς, βέλοιντ' ἂν ἐκεῖνον εἶναι καλὸν κἀγαθὸν, ὡς τ' θεῶν τάττοις προσεχόντων· ἅτως αὐτὰς δεῖ πλείστᾳ ποιεῖσθαι τ' ἐπιείκειαν, ἵν' ἐπίμως ἔχωσιν αὐτὰς τ' εὐχαῖς ὑπακουσομένας. ἔπειτα τοῖς θεοῖς προσφέρειν ἃ μέλλωσι, ταῖς χερσὶν αὐτὰς ποιεῖν, καὶ χωρὶς οἰκετῶν πρὸς τοὺς βωμοὺς προσενεγκεῖν, οἷον πόπανα, καὶ ψαιστὰ, καὶ κηρία, καὶ λιβανωτόν. Φόνῳ δὲ & θανάτῳ τῷ [1] δαίμονι μὴ τιμᾶν, μηδ' ὡς ἐδέποτε πάλιν προσιόσας ἐνὶ καιρῷ

[6] Αὐτὰς τὰς νεωτέρας] Male antea caſu dativo, αὐτοῖς τοῖς νεωτέροις.

[1] Τῷ δαίμονι] Scribe caſu quarto, τ' δαίμονα.

πολλὰ

πολλὰ δαπανᾶν. πρὸς δὲ τῆς πρὸς τοὺς ἄνδρας ὁμιλίας κελεύειν κατανοεῖν, ὅτι συμβαίνοι τὰς παῖδας ὑπὸ τῆς ἡλικίας φύσεως πρὸς ἀφροδισίους μᾶλλον ἀγαπᾶσθαι τὰς γεγαμηκότας, ἢ τὰς τεκνώσαντας αὐτάς. διὸ καλῶς ἔχειν, ἢ μηδὲ ἐναντιᾶσθαι πρὸς τοὺς ἄνδρας, ἢ τότε νομίζειν νικᾶν, ὅταν ἐκείνων
55 ἡττήθωσιν. * Ἔτι δὲ τὸ πρεσβύτερον γαμοῦντα ἀποφθέγξασθαι κατὰ τῶν γάμων, [2] ὡς ἀπὸ μὲν γυναικὸς ἀνδρὸς ὅσιόν ἐστιν αὐθημερὸν προσίεναι τοῖς ἱεροῖς· ἀπὸ δὲ τοῦ μὴ προσήκοντος, ἀδέπτε. προσαγορεῦσαι δὲ κατὰ πάντα τὸν βίον αὐτὰς τι εὐφημεῖν, [3] καὶ τοὺς ἄλλους ὁρᾶν, ὅπως ὑπὲρ αὐτῶν εὐφημήσουσι· καὶ τῷ δίκαιον τὸν Διὸς δεδομῶσθαι μὴ

denuo nunquam acceſſuræ videantur. Quod autem attinet earum cum maritis commercium, diligenter conſiderare juſſit, quod parentes illarum ſexui libenter concedant, ut plus diligant maritos, quam ſe ipſos, qui vitæ illis authores ſint: Ideoque recte facturas, ſi vel plane non refragentur maritis, vel iis ſi cedant, tum ſe viciſſe exiſtiment. In iſto conventu fertur etiam pronuntiaſſe illud plurimorum ſermonibus jactatum; nempe quod uxor à marito ſuo ſurgens, ſalva pietate ad ſacra eadem die ſe conferre queat; ab alieno autem viro, nunquam. Inſuper præcepit fœminis, per totam vitam bene ominatis verbis uti, & efficere ut alii de ipſis bene loquantur: Nec paſſim vulgatam gloriam ab-

[2] Ὡς ἀπὸ μὲν γ' συνοικ.] Infra, Num. 132. Apophthegma hoc Theanoni Pythagoricæ tribuitur: ubi vide quæ notavimus.

[3] Καὶ τοὺς ἄλλους ὁρ.] Eſt locus obſcurus, &, ut mihi videtur, corruptus, quem ſic legendum puto: καὶ τοὺς ἄλλους δρᾶν, ὁπόσου ὑπὲρ αὐτῶν εὐφημήσουσι: *Et ut aliis ea faciant, quæ ipſæ pro ſe a Diis expetituræ ſint.* Δρᾶν τινα ἀγαθόν, vel κακόν, *aliquem beneficio*, vel *maleficio afficere*, eſt phraſis apud Græcos notiſſima. Deinde, τὸ δρᾶν & ὁρᾶν loca interdum apud Scriptores commutant; ut apud Suidam in Ὀρχῶνας: ubi vide quæ notavimus. Porro εὐφημεῖν, quod vulgo *linguis favere*, vel *bona verba dicere*, ſignificat; interdum etiam ſumitur pro *precari*, vel *precibus a Diis aliquid expetere*: quod tum potiſſimum, cum precamur, bona verba dicere ſoleamus. Certe, εὐφημία pro *precibus* ſumitur apud Platonem Alcib. II. (pag. 43. Edit. Lugdun.) in Oraculo Ammonis, quod illic refertur: Βούλεσθ' αὐτῷ τὴν Λακεδαιμονίων εὐφημίαν εἶναι μᾶλλον, ἢ τὰ σύμπαντα τῶν Ἑλλήνων ἱερά. *Malle ſe Lacedæmoniorum εὐφημίαν, quam cuncta Græcorum templa.* Addit ibidem Plato, τῷ γὰρ εὐφημίαν ἄν ἄλλο τινὰ μᾶλλον δικεῖ λέγειν ὁ Θεὸς, ἢ τῶν εὐχῶν αὐτῶν: Εὐφημίαν *nihil aliud Deus appellare videtur, quam vota illorum & preces.* Hæc afferre volui, ad locum obſcurum partim illuſtrandum, partim emendandum. Quod ſi quis his veriora & meliora promere potuerit, nemo me citius in ejus ſententiam concedet.

oleant, aut fabularum ſcriptores mendacii arguant, qui, cum mulierum juſtitiam ex eo colligerent, quod ſine teſtibus veſtes & ornamenta aliis pro re nata commodent, neque ex fiducia illa lites & jurgia oriantur, finxerunt, mulierum trigam uno communi oculo uſam eſſe; occaſione ſumpta à facili mulierum inter ſe communicatione: quod ipſum cum ad virilem ſexum translatum eſſet, ac ſi qui commodato accepit, reddat, tanquam & ipſe lubenter prompteque res ſuas commodaturus, neutiquam locum invenit; utpote à ſexu illo alienum. Deinde eum, qui omnium fertur ſapientiſſimus, quique humanam vocem in ordinem redegit, & ut paucis complectar, nomina primus invenit, ſive Deus ille, ſive dæmon, ſive divinus homo fuerit, animadvertiſſe fœmineum genus pietati junctiſſimum, ideoque quamlibet ejus ætatem feciſſe Deo cognominem; dum innuptam nominavit CORENN, i. e. Proſerpinam; nuptam viro, NYMPHAM; liberos enixam,

καταλύσωσι, μηδὲ τὰς μυθογράφους ἐξελέγξωσιν, οἱ θεωρῆντες τὴν τῶν γυναικῶν δικαιοσύνην, ὅτι τῷ [4] προσίεσθαι μὲν ἀμάρτυρον τὸ ἱματισμὸν καὶ τὸν κόσμον, ὅταν τινὶ ἄλλῳ χρῆσαι δέῃ, μὴ γίνεσθαι ἢ ὅτι τῆς πίστεως δίκας, μηδ' ἀντιλογίας, [5] ἐμυθοποίησαν τρεῖς γυναῖκας ἐνὶ κοινῷ πάσας ὀφθαλμῷ χρωμένας, μετὰ τὴν εὐχερῆ κοινωνίαν· ὅπερ ὅτι τὰς ἄρρενας μεταπλήν, [6] ὡς ὁ πολαβὼν ἀπέδωκεν, εὐκόλως καὶ ἑτοίμως τὸ ἑαυτοῦ μεταδιδόᾳ, οὐδένα ἂν προσδέξασθαι λεγόμενον, ὡς μὴ οἰκεῖον αὐτὸν τῇ φύσει. * Ἔτι ἢ τὸν σοφώτατον τῶν ἁπάντων λεγόμενον, καὶ σωτάξαντα τὸν φωνὴν τῶν ἀνθρώπων, καὶ τὸ σώφρον, εὑρετὴν καταστήσαντα τῶν ὀνομάτων, εἴτε θεὸν, εἴτε δαίμονα, εἴτε θεῖόν τινα ἄνθρωπον, σωιδόντα, ὅτι τὸ εὐσεβείας οἰκειότατόν ἐστι τὸ γόνος τῶν γυναικῶν, ἑκάστῃ τὴν ἡλικίαν αὐτῶν σωώνυμον ποιήσασθαι θεῷ, καὶ καλέσαι τὴν μὲν ἄγαμον, κόρην· τὴν δὲ πρὸς ἄνδρα δεδομένην, [7] νύμφην· τὴν δὲ τέκνα γεννησαμένην, μητέρα· τὴν δὲ παῖδα ἐκ

56

[4] Προσίεσθαι μὲν ἀμάρτυρον] Lego, προΐεσθαι μὲν ἀμαρτύρως.

[5] Ἐμυθοποίησαν τρεῖς γυν.] Tangitur hic fabula de Phorcynis filiabus, cujus meminerunt Palæphatus *de Incredib.* cap. 32. Heraclitus *de Incredibil.* cap. 13. Agatharchides apud Photium, p. m. 1327. & alii.

[6] Ὡς ὁ πολαβὼν ἀπ.] Eſt locus obſcurus & ὑπηλθ-, ex quo me non ſatis expedio. Aliqua ſaltem in his tenebris lux accenderetur, ſi ſequentia ſic legeris, οὐδένα προσδέξασθαι τὸ λεγόμενον, ὡς μὴ οἰκεῖον αὐτὸ τῇ φύσει.

[7] Νύμφην] Hæc vox in priore Edit. deeſt, quam ex MS. revocavimus.

παίδων ὑπιδέσαν, καλᾷ τ Δωρικλὼ Δαλέκτῳ, Μαῖαν. ᾧ σύμφωνον εἶναι τὸ Ϲ τὰς χρησμὰς ἐν Δωδώνῃ καὶ Δελφοῖς δηλᾶσθαι διὰ γυναικός. Διὰ δὲ τ εἰς τ εὐσέβειαν ἐπαίνων, ὡς τ εὐτέλειαν τὴν κ τὸν ἱματισμὸν τηλικαύτῃ ὑπερβεβλῆσθαι κατασκευάσαι τ μεταβολήν, ὥστε τὰ πολυτελῆ τ ἱματίων μηδεμίαν ἐνδύεσθαι τολμᾶν, ἀλλὰ θεᾶναι πάσας εἰς τὸ τ Ἥρας ἱερὸν πολ-
57 λὰς μυριάδας ἱματίων. * Λέγεται δὲ Ϲ τοιοῦτόν τι διελθεῖν, ὅτι δεῖ τὴν χώραν τ Κροτωνιατῶν ἀνδρὸς μὲν [8] ἀρετὴ πρὸς γυναῖκα διαβεβοήσθαι, Ὀδυσσέως δὲ δεξαμένῳ ὑπὲρ τῆς Καλυψοῦς ἀθανασίαν ὑπὸ τῷ τ Πηνελόπῃ καταλιπεῖν. ὑπολείπεται δὲ τ γυναιξὶν, εἰς τοὺς ἄνδρας ἐπιδείξασθαι τὴν καλοκαγαθίαν, ὅπως εἰς ἴσον καταστήσωσι τ εὐλογίαν. ἀπλῶς ἢ μνημονεύῃ, διὰ τὰς εἰρημένας αἰτίας εἰς Πυθαγόραν ἡ μετρία τιμὴ καὶ ἀπραγμοσύνη, καὶ κ τ πόλιν τ Κροτωνιατῶν γνώριμος, καὶ διὰ τὴν πόλιν εἰς τὴν Ἰταλίαν.

MATREM; & aviam Dorica dialecto MAIAM. Cui conſonum eſſe, quod per mulierem Dodone & Delphis oracula edantur. His à pietate accerſitis laudibus effectam eſſe ajunt tantam immutationem, ut vilioribus veſtimentis aſſumtis, pretioſas non amplius auderent induere mulieres, ſed omnes in templo Junonis conſecrarent aliquot pretioſarum veſtium myriades. Fertur hoc quoque oratione ſua executus, quod circa regionem Crotoniatarum celebrata ſit fides mariti erga uxorem; eo quod Ulyſſes non acceptaverit immortalitatem à Calypſone ea conditione ſibi oblatam, ut Penelopen deſereret. Reſtare igitur, ut uxores maritis ſuam præſtent virtutem, adeoque pari laude viris ſe exæquent. His alloquiis Pythagoræ non parum honoris ſtudiique Crotone, & mediante urbe illa, in Italia partum eſſe aſſeveratur.

ΚΕΦ. ιϚ'.

58 Λέγεται ἢ Πυθαγόρας πρῶτος φιλόσοφον ἑαυτὸν προσαγορεῦσαι, [1] ἀ καινὸν μόνον ὀνόμα-

CAP. XII.

FErtur autem Pythagoras primus ſe appellaſſe Philoſophum: nec tantum novum nomen intro-

[8] Ἀρετή] In priore Edit. eſt ἀρετῶ: at in MS. ἀρετῇ: quod in ἀρετὴ mutandum eſſe quivis facile videt.

[1] Οὐ καινὸ] MS. habebat, ὀυ κενὸ: Sed ſupra ε adſcripta erat diphthongus αι; ut ſcilicet ſphalma librarii corrigere-

duxit, ſed ante rem ipſam nomini convenientem, utiliter edocuit. Nam hominum in hanc vitam ingreſſum, ſimilem dixit turbæ ad ſolennes panegyres proficiſcenti. Ut enim varii ad nundinas confluunt undique homines, aliuſque alium ſibi finem propoſitum habet: hic nimirum pecuniæ lucrique cauſa merces divenditurus, ille gloriam edito roboris ſpecimine quæſiturus: Eſtque etiam tertium eo convenientium genus; homines ſcilicet ingenui & conditionis liberalioris,

ὑπάρξας, ἀλλὰ θ πρᾶγμα οἰκεῖον προεκδιδάσκων χρησίμως. [2] ἐοικέναι γὰρ ἔφη τὴν εἰς τὸ βίον τῶν ἀνθρώπων πάροδον τῷ ἐπὶ τὰς πανηγύρεις ἀπαντᾶντι ὁμίλῳ. ὡς γὰρ ἐκεῖσε παντοδαποὶ φοιτῶντες ἄνθρωποι, ἄλλῳ κατ' ἄλλην χρείαν ἀφικνεῖται, ὁ μὲν χρηματισμόν τε καὶ κέρδος χάριν ἀπεμπολήσων τὸν φόρτον ἐπειγόμενος· ὁ δὲ δόξης ἕνεκα ἐπιδειξόμενος ἥκει τὴν ῥώμην τοῦ σώματος. ἔστι δὲ καὶ τρίτον εἶδος, καὶ τὸ γε ἐλευθεριώτατον, [3] σκοπαλιζόμενον, τόπων θέας ἕνε-

tur. Arcerius οὐ κενὸν ſcribendum putabat: ſed in quo mire fallitur.

[2] Ἐοικέναι γὰρ ἔφη τ.] Pulcherrimum hunc locum ab Heraclide Pontico Jamblichum ſumpſiſſe, diſcimus ex Cicerone *Tuſc. Quæſt.* lib. v. ubi eadem plane ex dicto auctore refert. Verba Ciceronis, quoniam apprime huc faciunt, prætermittenda non ſunt. Sic igitur ille: *Quem* (Pythagoram) *ut ſcribit auditor Platonis Ponticus Heraclides, Phliuntem ferunt veniſſe, eumque cum Leonte principe Phliaſiorum docte & copioſe diſſeruiſſe quædam: cujus ingenium & eloquentiam cum admiratus eſſet Leon, quæſiviſſe ex eo, qua maxime arte confideret; at illum, artem quidem ſe ſcire nullam, ſed eſſe Philoſophum: admiratum Leontem novitatem nominis, quæſiſſe, Quinam eſſent Philoſophi, & quid inter eos & reliquos intereſſet: Pythagoram autem reſpondiſſe, ſimilem ſibi videri vitam hominum, & mercatum eum, qui haberetur maximo ludorum apparatu, totius Græciæ celebritate. Nam ut illic alii corporibus exercitatis gloriam & nobilitatem coronæ peterent, alii emendi aut vendendi quæſtu & lucro ducerentur; eſſet autem quoddam genus eorum, idque vel maxime ingenuum, qui nec plauſum, nec lucrum quærerent, ſed viſendi cauſa venirent, ſtudioſeque perſpicerent, quid ageretur, & quo modo: item nos quaſi in mercatus quandam celebritatem ex urbe aliqua, ſic in hanc vitam ex alia vita & natura profectos, alios gloriæ ſervire, alios pecuniæ; raros eſſe quoſdam, qui cæteris omnibus poſthabitis, rerum naturam ſtudioſe intuerentur: hos ſe appellare Sapientiæ ſtudioſos: id eſt enim, Philoſophos: & ut illic liberaliſſimum eſſet ſpectare, nihil ſibi acquirentem, ſic in vita longe omnibus ſtudiis contemplationem rerum, cognitionemque præſtare.* Vide etiam Laërtium in *Pyth.* Num 8.

[3] Συναλιζόμενον] Sic recte Codex MS. pro συναωλιζόμενον: quod prior Edit. habet. Obſervavi autem, ut obiter hoc moneam, vocem ἁλίζεσθαι apud alios etiam Scriptores non raro ab imperitis librariis in αὐλίζεσθαι mutatam eſſe. Sic apud Suidam corrupte, & invita quidem literarum ſerie, antea legebatur, Συναωλιαθείσης, pro Συναλιαθείσης: itemque Συνηυλίζοντο, pro Συνηλίζοντο: quibus in locis nos veram lectionem Grammatico illi reſtituimus. Apud Scholiaſten Homeri quoque ad *Il. B.* v. 303. ubi de Aulide agit, αὐλιαθῆναι habes pro ἁλιαθῆναι: ut ad Suidam etiam monuimus.

καὶ δημιουργημάτων καλῶν, καὶ ἀρετῆς ἔργων, καὶ λόγων, ὧν αἱ ἐπιδείξεις εἰώθεσαν ἐν τῇ πανηγύρεσι γίνεσθαι. ὕτω δὴ καὶ ἐν τῷ βίῳ παντοδαπὰς ἀνθρώπους ἡ σπουδαῖς εἰς ταὐτὸ συναθροίζεσθαι. τὰς μὲν γὰρ χρημάτων ἐν τρυφῇ αἱρεῖ πόθος· τὰς δ' ἀρχῆς ἐν ἡγεμονίας ἵμερος, φιλονεικίαι τε δοξομανεῖς κατέχουσιν. εἰλικρινέστατον δὲ εἶναι τοῦτον ἀνθρώπου τρόπον, τὸν ⁴ ἀποδεξάμενον τὸ τῶν καλλίστων θεωρίαν, ἐν ᾗ πρεσυνομάζειν φι-
59 λόσοφον. * Καλὴν μὲν δὴ εἶναι τὴν τοῦ σύμπαντος ἀρμονίαν, καὶ τὸ ἐν αὐτῷ φορουμένων ἀστέρων, εἴ τις καθορᾷ τὴν τάξιν. κατὰ μετουσίαν μέν τοι ἐκ πρώτου ἐν νοητῷ εἶναι αὐτὸ τοιοῦτον. τὸ δὲ πρῶτον ἦν ἐκεῖνο, ἡ τοῦ ἀριθμῶν τε καὶ λόγων φύσις, δι' ἁπάντων διαθέουσα, καθ' ἃς τὰ πάντα ταῦτα συντέτακταί τε ἐμμελῶς, καὶ κεκόσμηται πρεπόντως. καὶ σοφία μὲν, ἡ τῷ ὄντι ἐπιστήμη τις, ἡ περὶ τὰ καλὰ πρῶτα, καὶ θεῖα, καὶ ἀκήρατα, καὶ ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχοντα, ⁵ ἀσχολουμένη· ὧν μετοχῇ καὶ τὰ ἄλλα ἂν εἴποι τις καλά. φιλοσοφία δὲ, ἡ

naturam loci, vel artificum manu elaborata, aut fortitudinis doctrinæque ſpecimina in hujuſmodi nundinis oſtendi ſolita, contemplaturi: Ita etiam in vita humana diverſorum ſtudiorum in unum fieri conſpirationem: quoſdam enim pecuniæ & luxus capi deſiderio; alios magiſtratus locumque principem appetere; eſſe, quos inſedit inſana de gloria contentio: ſinceriorem vero hominum nationem eſſe, quæ rerum pulcherrimarum contemplatione occupatur, & venit *Philoſophi* nomine. Itaque pulchrum equidem eſſe, univerſum cœlum, aſtrorumque in eo decurrentium ordinem ſpeculari, ſi quis oculos eo intendat; hancque pulchritudinem provenire à participatione eſſentiæ primi illius entis, quod mente tantum comprehenditur. Primum vero illud eſt, natura numerorum rationumque per omnia ſe inſinuans, ſecundum quam hæc univerſa eleganter ordinata, & prout decebat ornata ſunt. Et ſapientia quidem vera, eſt ſcientia quædam, quæ verſatur circa pulchra, eaque prima, divina, & incorruptibilia, quæ eodem ſemper modo ſe habent, & ob quorum communionem etiam cætera pulchra quis dixerit: Philoſophia vero

⁴ Ἀποδεξάμενον] Sic habet MS. At prior Edit. minus recte, ἀποδειξάμενον.

⁵ Ἀσχολουμένη· ὧν μετ.] Antea corruptiſſime, ἀσχολουμένῳ· ὧν μετοχὴ καὶ τὰ ἄλλα ἂν εἴποι τις καλά. Menda hæc clariſſima jam ante etiam correxerant Arcerius & Deſid. Heraldus. Cæterum, cum hoc loco conferendus eſt Noſter infra, cap. XXIX. num. 159. ubi doctrina hæc Pythagoreorum pluribus exponitur.

hujus contemplationis aſſectatio eſt. Unde & hæc ipſa inſtitutionis cura etiam pulchra, & à Pythagora hominibus corrigendis deſtinata erat.

CAP. XIII.

SI porro fides habenda eſt tot antiquis ſimul & egregiis viris, qui de eo ſcripſerunt; habuit Pythagoræ philoſophia aliquid, quod uſque ad animalium ratione deſtitutorum informationem ſe extenderet: quo ipſo confirmavit, quod doctrina in hominibus mente præditis cuncta domentur; imo interdum in feris quoque animalibus & quæ rationis expertia putantur. Nam Dauniam Urſam, graviſſime incolas infeſtantem, Pythagoras detinuit, ut ajunt, & ſatis diu manu demulcivit, offaque & fructibus arboreis refocillatam, & jurejurando adactam, ne viventia amplius attingeret, dimiſit: illa vero ſtatim in montes & ſylvas ſe abdidit, & impoſterum non eſt viſa in ullum pecus feramque irruere. Cum vero

ζήλωσις τ τοιαύτης θεωρίας. καλὴ μὲν ἦν ἡ αὐτὴ παιδείας ἦν ἐπιμέλεια, ἡ σωτήριος αὐτῷ πρὸς τὴν τῶν ἀνθρώπων ἐπανόρθωσιν.

ΚΕΦ. ιγ'.

ΕΙ' δὲ ἡ πίστεον τοσούτοις ἱστορήσασι περὶ αὐτοῦ, παλαιοῖς τε ἅμα οὖσι, καὶ ἀξιολόγοις, μέχρι τ ἀλόγων ζώων ἀναλυτικόν τι ἡ νοητικὸν ἐκέκτητο Πυθαγόρας ἐν τῷ λόγῳ, ἀφ' τούτου συμβιβάζων, [1] ὡς διδασκαλία πάντα περιγίνεται τοῖς νοῦν ἔχουσιν, ὅπου ἡ τοῖς ἀνημέροις τε ἡ ἀμοιρεῖν λόγου νομιζομένοις. [2] τὴν μὲν γὰρ Δαυνίαν ἄρκτον, χαλεπώτατα λυμαινομένην τὰς ἐνοίκους, κατασχὼν, ὡς φασι, καὶ ἐπαφησάμενος χρόνον συχνὸν, ψωμίσας τε μάζῃ ἡ ἀκροδρύοις, καὶ ἐρκώσας μηκέτι ἐμψύχου καθάπτεσθαι, ἀπέλυσεν. ἡ ἡ εὐθὺς εἰς τὰ ὄρη ἡ δὴ δρυμὰς ἀπαλλαγεῖσα, οὐκ ἐτ' οὐδὲ τότε ὤφθη τοιαύτην ἐπιοῦσα βοῦν ἡ ἀλόγῳ ζώῳ. * Βοῦν ἡ 61

[1] Ὡς διδασκαλία πάντα περιγ.] Eſt locus intricatus, nec ſatis planus; quoniam διδασκαλία tam caſu recto, quam dativo hic accipi poſſe videtur. Si caſu dativo, ſenſus erit, per doctrinam omnia contingere mente præditis: ſive, per doctrinam omnia conſequi mente præditos. Sin caſu recto, ſcribendum erit, πάντων περιγίνεται οὐ τοῖς νοῦν ἔχουσιν, ὅπου καὶ ἐν τοῖς ἀνημέροις, &c. *Doctrina omnia ſuperat*, (vel *domat*) *in iis, qui mente præditi ſunt; imo etiam in feris animalibus*, &c. Poſterius placet. Id tantum adhuc moneo, me vocem πάντα, quæ in priore Edit. deeſt, ex MS. addidiſſe.

[2] Τὴν μὲν γὰρ Δαυνίαν ἄρκτον, χαλ.] Hæc, & quæ ſequuntur uſque ad finem fere capitis, leguntur etiam apud Porphyrium, Num. 23. 24. &c. unde Jamblichus ea mutuatus eſt.

ἐν Τάραντι ἰδὼν ἐν παμμιγεῖ νομῇ, καὶ κυάμων χλωρῶν ἁψαμένου, τῷ βουκόλῳ παραινέσας, σπεύδειν εἰπεῖν τῷ βοὶ τὸ κυάμων ἀπέχεσθαι. προσπαίξαντος δὲ τοῦ βουκόλου, καὶ φήσαντος εἰδέναι βοϊστὶ [3] εἰπεῖν, [4] εἰ δὲ αὐτὸς οἶδε βέλτιον συμβουλεύειν, δέον τῷ βοὶ παραινεῖν· προσελθὼν αὐτὸς καὶ εἰς τὸ οὖς πολλὴν ὥραν προσψιθυρίσας τῷ πώρῳ, ἀ μόνον τότε αὐτὸν ἀμελητὶ ἐκόντα ἀπέσχετο κυαμῶν, ἀλλὰ καὶ εἰσαῦθις λέγεται μηκέτι γεύσασθαι κυάμων τοπαράπαν τὸν βοῦν ἐκεῖνον· μακροχρονιώτατον δὲ ἐν τῇ Τάραντι καὶ τὸ τῆς Ἥρας ἱερὸν γηρῶντα διαμεμνηκέναι, τὸν ἱερὸν ἀνακαλούμενον Πυθαγόρου βοῦν, ὡς πάντων ἀνθρωπίνοις τροφαῖς σιτούμενον, ἃς οἱ ἀπαντῶντες αὐτῷ προσώρεγον.

62 * Αἰετὸν [1] τε ὑπερπταμένων Ὀλυμπιάσι, προσομιλοῦντος αὐτοῖς τοῖς γνωρίμοις ἀπὸ τύχης θεΐ τε οἰωνῶν, καὶ συμβόλων, καὶ [6] διοσημείων, ὅτι θεῶν εἰσὶν ἀγγελίαι τινὲς [7] καὶ αὐτοὶ τοῖς ὡς ἀληθῶς θεοφιλέσι τῶν ἀνθρώπων, [8] μεταγαγεῖν λέγεται, καὶ καταψήσαντα πάλιν

bovem Tarenti inter paſcendum virides fabas promiſcue edentem vidiſſet, bubulcum hortatus eſt, ut bovem fabis abſtinere juberet. At bubulcus irriſit eum, & ſe bovatim loqui poſſe, negavit: ſi vero ipſe ejus rei facultatem haberet, ſuperfluum eſſe quod ſe hortetur; quin ipſe potius bovem officii admoneret. Acceſſit igitur ad aurem bovis, multiſque diu inſuſurratis, non ſolum effecit, ut bos ille ſua ſponte ſtatim fabis abſtineret, verum etiam poſthac nunquam fabas deguſtaret. Dein longo tempore Tarenti vixit prope Junonis templum jam vetulus, *Pythagoræ bos* dictus, & ab obviis omnibus cibis humano victui aptis alebatur. Ad hæc Olympiæ, cum forte diſcipulis exponeret, quod aves, omina, fulminumque oſtenta à Diis mitterentur veræ pietatis amantibus, ut interpretes & quidam velut internuntii; aquilam ſupervolitantem è ſublimi deduxiſſe, manu-

[3] Εἰπεῖν] Porphyrius rectius, λαλεῖν.

[4] Εἰ δὲ αὐτὸς οἶδε βέλτιον.] Lego & diſtinguo, Εἰ δὲ αὐτὸς οἶδε, βέλτιον τὸ ἄλλῳ συμβουλεύειν, δέον αὐτὸν τῷ βοὶ παραινεῖν. Sic ſenſus clarus.

[1] Αἰετόν τε ὑπερπτ.] Hiſtoriæ hujus meminit etiam Plutarchus *in Numa*, p. m. 65. & Ælian. *Var. Hiſt.* libr. IV. cap. XVII.

[6] Διοσημείων] Male antea, διὰ σημείων: quod mendum etiam viderat Arcerius.

[7] Καὶ αὐτοὶ] Sic etiam Porphyrius. At voces hæ videntur eſſe ſupervacaneæ: niſi quis forte καὶ ἀυτοὶ legendum cenſeat, ſecundum opinionem viri docti, qui ſic ad marginem codicis Spanhemiani reſcripſerat.

[8] Μεταγαγεῖν] Porphyrius rectius, καταγαγεῖν, i. e. *deduxiſſe*.

que palpatam iterum dimiſiſſe ferunt. His & aliis ſimilibus demonſtravit, ſe æque ac Orpheum dominari in fera animalia, eaque manſuefacere, & vocis ore prolatæ virtute ſubigere.

CAP. XIV.

VErum enimvero cum hominibus agendi initium fecit optimum, dum ea primum illos docuit, quæ præpararent animos ad veritatem etiam in aliis rebus cognoſcendam. Nam multos ex illis, qui ejus utebantur familiaritate, perſpicue, clariſque indiciis admonebat prioris vitæ, quam anima ipſorum, antequam iſti alligata eſſet corpori, jam olim peregerat: ſeque ipſum ex certis & indubitatis ſignis demonſtrabat Euphorbum fuiſſe Panthi filium, qui Patroclum devicit: atque inter Homeri verſus inprimis laudabat, & ad Lyram ſcitiſſime cantatos crebro in ore habebat illos ſepulchrales:

Aſt olli maduit fuſo coma pulchra cruore,
Comtaque cæſaries auro, argentoque revincta.

[9] Κυκλῶν] Vir doctus ad marginem codicis Spanhemiani optime emendaverat, κηλῶν, i. e. *demulcens*.

[1] Ἀνεμίμνησκε πολλὰς δὲ πρ.] Ex Porphyrio hæc ſumpſit Jamblichus, apud quem eadem leguntur, Num. 26. 27.

ἀφεῖναι. Ἀφ' ὧν δὴ καὶ τὸν Πανθοΐδην Εὔφορβον ἐπιδείξας τὸν Πατρόκλου κτείναντα, καὶ [9] κυκλῶν αὐτὰ, καὶ κατέχων τῇ ἀπὸ τοῦ στόματος τῆς φωνῆς προϊούσῃ δυνάμει.

ΚΕΦ. ιδ'.

Ἀλλὰ μὴν τῆς τε τῶν ἀνθρώπων 63
ἐπιμελείας ἠρχέν ἐποιεῖτο τὴν ἀρίστην, ἥνπερ ἔδει προσιεμένους σὺν μέλλοντας δὲ καὶ τὴν ἄλλων τὰ ἀληθῆ μαθήσεσθαι. ἐναργέστατα γὰρ καὶ σαφῶς [1] ἀνεμίμνησκε τῶν ἐντυγχανόντων πολλοὺς καὶ πρότερον βίον, ὃν αὐτῶν ἡ ψυχὴ πρὸ καὶ τοῦδε τοῦ σώματος ἐνδεδιῶσα, πάλαι ποτὲ ἐβίωσε, [2] καὶ ἑαυτὸν δὲ ἀναμφιλέκτοις τεκμηρίοις ἀπέφαινεν Εὔφορβον γεγονέναι, Πάνθου υἱὸν, τὸν Πατρόκλῳ καταγωνισάμενον· καὶ τὴν Ὁμηρικῶν ἐπῶν μάλιστα ἐνείνας ἐξύμνει, καὶ μετὰ λύρας ἐμμελέστατα ἀνεμέλπε, καὶ πυκνῶς ἀνεφώνει τὰς ἐπιταφίους ἑαυτοῦ,

Αἵματί [3] οἱ δεύοντο κόμαι χαρίεσσιν ὁμοῖαι,
Πλοκμοί θ', οἱ χρυσῷ τε καὶ ἀργύρῳ ἐσφήκωντο.

[2] Καὶ ἑαυτὸν δὲ ἀναμφιλέκτ. τεκμ.] Sic recte MS. Antea vero corrupte legebatur, ἑαυτὸν δὲ ἀναμφιλέκτως, τεκμηρίου ἐπέφαινεν, &c.

[3] Αἵματι οἱ δ.] Verſus hi leguntur apud Homerum, Il. ε.

Οἷον

Οἷον δὲ τρέφῃ ἔρνος ἀνὴρ ἐριθηλὲς ἐλαίης
Χώρῳ ἐν οἰοπόλῳ, ὅθ' ἅλις ἀναβέβρυχεν ὕδωρ
Καλὸν, τηλεθάον, τὸ δέ τε πνοιαὶ δονέουσι
Παντοίων ἀνέμων, καί τε βρύῃ ἄνθεϊ λευκῷ·
Ἐλθὼν δ' ἐξαπίνης ἄνεμος σὺν λαίλαπι πολλῇ
Βόθρυ τ' ἐξέρεψε, καὶ ἐξετάνυσσ' ὑπὶ γαίῃ·
Τοῖον Πάνθοϊδ' ἐὸν εὐμμελίῃ Εὔφορβον
Ἀτρεΐδης Μενέλαος ἐπὶ κλάνε, τεύχε' ἐσύλα.

Quale per æstatem viridantis germen olivæ
Sedulus agricola in campo producit amœno;
Quam rigat allapsu vicinæ rivulus undæ:
Et blandæ mulcent animæ clementibus auris,
Lætaque candenti vestit sese undique flore.
At si sorte ruat vehementi turbine ventus;
Sternit humi affligitque ima de stirpe revulsam:
Talem Panthoidem dejectum vulnere acerbo,
Atrides vita exutum spoliabat & armis.

Τὰ γὰρ ἱστορούμενα περὶ τῆς [4] ἐν Μυκήναις τῶν Τρωϊκῶν λαφύρων τῇ Ἀργείᾳ Ἥρᾳ Εὐφόρβου ἧ φρυγὸς τούτου ἀσπίδος, παρίημεν, ὡς πάνυ δημώδη. πλὴν ὅγε Δὶ πάντων τούτων [5] βλόμβον δεικνύμενος, ἐκεῖνό ἐστιν· ὅτι αὐτός τε ἐγίνωσκε σὺν προτέρας ἑαυτοῦ βίους, καὶ τῆς τῶν ἄλλων ὑπομελείας ἐντεῦθεν ἐνήρχετο, ὑπομιμνήσκων αὐτοὺς, ἧς εἶχον πρότερον ζωῆς.

Quæ vero traduntur de Phrygis hujus Euphorbi scuto, inter alia Trojana spolia Mycenis Junoni Argivæ dedicato, ut vulgaria prætermittimus. At enim quod per omnia isthæc indigitare voluit, hoc est, quod nempe ipse vitam suam anteactam agnoverit, & hominum informationem auspicatus sit, refricando illis vitæ prioris memoriam.

ΚΕΦ. ιε'.

CAP. XV.

64 Ἡγεμὼν δὲ πρώτην εἶναι τοῖς ἀνθρώποις τὴν δι' αἰσθήσεως

CUM vero existimaret, primo hominibus adhibendam esse

[4] Ἐν Μυκήναις] Adde ex Porphyrio, ἀναχειμένης.

[5] Βλόμβον] Ἐβάλετο scribendum est, propter ἀκολουθίαν orationis.

doctrinam, quæ in ſenſus incurrit; qualis eſt cum quis figuras ſpecieſque pulchras videt, vel rythmos & carmina elegantiora auribus haurit; proinde à Muſica docendi fecit initium, & carminibus rythmiſque, morum atque affectuum & animæ facultatum ordinem primigenium, corporiſque & animi morborum fugam medelamque hominibus excogitavit: & ſane commemoratione ante alia dignum eſt, quod diſcipulis quidem ſuis illos, qui vocantur, apparatus muſicos & attactus præſcripſit, ac divina quadam ratione modulationes quaſdam diatonicas, chromaticas, & harmonicas ita attemperavit, ut illis facile in contrariam partem flecterent & circumagerent vehementiores animæ affectus, qui recens contra rationem in illis ſuborti erant; triſtitiam nempe, iram, miſericordiam, æmulationes abſurdas, timorem, variaſque cupiditates; item iracundiam,

προφερομένῳ ἐπιμέλειαν, εἴ τις καλὰ μὲν ἰρὼν ἢ σχήματα ἢ εἴδη, καλῶν ἢ ἀκούοι ῥυθμῶν καὶ μελῶν· τῷ δὲ μουσικῆς παίδευσιν πρώτῳ κατεσήσατο, διά τε μελῶν τινῶν καὶ ῥυθμῶν, ἀφ' ὧν τρόπων τε καὶ παθῶν ἀνθρωπίνων ἰάσεις ἐγίνοντο, ἁρμονίαι τε τ' τῆς ψυχῆς δυνάμεων, ὥσπερ εἶχον ἐξ ἀρχῆς, σωήγοντο, σωματικῶν τε καὶ ψυχικῶν νοσημάτων κατεῖσθαι καὶ [2] ἀφυγασμοὶ ὑπ' αὐτῶ ἐπενοῦντο. καὶ νὴ Δία τὸ ὑπὲρ πάντα τοῦτο λόγου ἄξιον, ὅτι τοῖς μὲν γνωρίμοις τὰς λεγομένας [3] ἐξαρτύσεις τε καὶ ἐπαφὰς συνέταττε καὶ συνηρμόζετο, δαιμονίως μηχανώμενος κεράσματά [4] τινῶν μελῶν διατονικῶν τε καὶ χρωματικῶν καὶ ἐναρμονίων, δι' ὧν ῥᾳδίως εἰς τὰ ἐναντία [5] μεθίετο καὶ μεθίητο τὰ τῆς ψυχῆς πάθη, νέον ἐν αὐτοῖς ἀλόγως συνιστάμενα καὶ ὑποφυόμενα, λύπας καὶ ὀργὰς καὶ ἔλεος καὶ ζήλους ἀτόπους καὶ φόβους, ἐπιθυμίας τε παντοίας, καὶ θυμοὺς καὶ

[1] Προφερομένῳ] Scribe, ὡσπερομένῳ.

[2] Ἀφυγασμοί] Υγιάζω eſt, ſanum reddo: unde ἀφυγιάζω, & ἀφυγασμός: quamvis (fateor) ſit vox inſolens, & Lexicis ignota. Hinc Arcerius & vir doctus ad marginem codicis Spanhemiani, ἀφυγασμοῖ ſcribendum exiſtimabant: ab ἀφυγιάζω. Sed Deſider. Heraldus Animadverſ. in Jambl. cap. VI. τὸ ἀφυγασμοῖ recte retinendum cenſet. Nam & infra cap. XXV. Jamblichus noſter voce ἀφυγιάζον utitur: ut idem Heraldus opportune monuit.

[3] Ἐξαρτύσεις] Idem quod καταρτύσεις: qua voce Noſter utitur infra, initio capitis XVI. Quid autem Pythagorei appellaverint καταρτύσιν, docet Noſter infra, cap. XX. num. 95.

[4] Τινῶν] Prior Edit. male τονῶν: quod Arcerius *tonorum* verterat.

[5] Μεθίετο καὶ μεθίητο] Potius numero ſingulari, μεθίετο καὶ μεθίη. Refertur enim ad Pythagoram.

ὀρέξεις καὶ χαυνώσεις καὶ ὑποβολότητας καὶ σφοδρότητας, ἐπανορθέμενος τοὺς ἀρετὴν τούτων ἕκαστον διὰ τῆς προσηκόντων μελῶν, ὡς διὰ πινῶν σωτηρίων συγκεκραμένων φαρμάκων. * Ἐπί τε ὕπνον ἑσπέρας τρεπομένων τῶν [6] ὁμιλητικῶν, ἀπήλλαττε μὲν αὐτοὺς τῶν ἡμερινῶν παραχῶν καὶ [7] ἐνηχημάτων, διεκάθαιρέ τε [8] συγκεκλυδασμένον τὸ νοητικὸν, ἡσύχους τε καὶ εὐονείρους, ἔπι ἦ μαντικοὺς σφῶν ὕπνους αὐτοῖς ἀπειργάζετο. Ἀπὸ ἦ τῆς εὐνῆς πάλιν ἀνιστεμένων, τὴν νυκτερινὴν κάρη, καὶ τὴν ὀκλύσεως, καὶ τὴν νωχελίας αὐτοὺς ἀπήλλαττε διὰ πινῶν ἰδιοτρόπων ἀσμάτων καὶ μελισμάτων, ψιλῇ τῇ [9] κράσει διὰ λύρας, ἢ καὶ φωνῆς σωτελεμένων. ἑαυτῷ δὲ οὐκ ἔθ' ὁμοίως δι' ὀργάνων, ἢ καὶ ἀρετηρίας τὸ τοιοῦτον ὁ ἀνὴρ σωέπαιζε καὶ ἐπόριζεν· ἀλλὰ ἀῤῥήτῳ πινὶ καὶ δυσεπινοήτῳ θειότητι χρώμενος, ἐνητένιζε τὰς ἀκοὰς, καὶ τὸν νοῦν [10] ἐνήρειδε τῇ μεταρσίᾳ καὶ κόσμῳ συμ-

65

& appetitus, animique inflationem & remiſſionem atque vehementiam: ad rectam virtutis normam revocans horum ſingula convenienti modulatione, velut medicamentis ſalubribus temperata. Et veſperi cubitum ituros diſcipulos à diurnis perturbationibus, & rerum actarum reſiduo tumultu liberabant, & mentem inſtar fluctus commotam repurgabant, quietoſque & bonis inſomniis vaticiniiſque concipiendis habiles ſomnos conciliabant: à lecto autem reſurgentibus excutiebant nocturnum languorem, remiſſionem & torporem, per quoſdam peculiari modo compoſitos cantus & modulationes; quæ vel ſolo lyræ pulſu, vel etiam voce peragebantur. Sibi vero ipſi Vir ille non æque per inſtrumenta vocemque tale quid comparabat, ſed ineffabili quadam & intellectu difficili divinitate intendebat aures, mentemque ſublimioribus mundi concentibus infigebat; atque ipſe ſo-

[6] Ὁμιλητικῶν] Ὁμιλητῶν ſcribendum eſſe recte monuit Arcerius.

[7] Ἐνηχημάτων] Arcerius corrigere tentabat, ἐννοημάτων, vel ἐνθυμημάτων: ſed male. Nam vox ἐνηχήματα recte ſe habet, & ſignificat ſonos, quibus aures noſtræ perſonant, vel recens perſonuerunt: veluti ſermones & dicta, ab aliis prolata, ſive bona, ſive mala. Si igitur diſcipuli Pythagoræ interdiu quædam audiviſſent obſcœna, vel male ominata, & quæ mentem illorum turbarent, eorum oblivionem Philoſophus illis inducere conabatur, ut hac ratione animus ab impuris cogitationibus prorſus liberaretur. Quæ autem Jamblichus hoc loco ἐνηχήματα; ea infra Num. 114. ἐνηχήματα vocat: quem locum confer.

[8] Συγκεκλυδασμένον] Et hanc vocem male ſollicitat Arcerius. Utrumque enim dicitur, & κλυδάζεσθαι, & κλυδωνίζεσθαι.

[9] Κράσει] Potius κρούσει, ut interpretem etiam legiſſe ex verſione ejus patet.

[10] Ἐνήρειδε] In MS. male, ἐνήρει δέ. Editio Arcerii habet, ἐνείρηδε: itidem

lus, ut apparebat, auditu & intellectu percipiebat univerſalem ſphærarum & aſtrorum per eas motorum harmoniam & conſonantiam; quæ carmen aliquanto perfectius quam quod apud mortales fieri ſolet, & ſine ſatietate audiendum reſonabant, & per diſſimiles varieque diverſos ſtridores, celeritatibus, magnitudinibus & vectionibus certa quadam muſices

φωνίαις, ἀνακιρνῶν, ὡς ἐνέφαινε, μόνον αὐτὸς, καὶ σωιεὶς τ καθολικῆς τ σφαιρῶν ℭ τ κατ' αὐτὰς κινημάτων ἀστέρων ἁρμονίας τε ℭ συνῳδίας, πληρέστερόν τι τ ἀνητῶν, καὶ [11] κατακορέστερον μέλος φθεγγομένης, ἀλλὰ τ ἐξ ἀνομοίων μὲν ℭ ποικίλως διαφερόντων ῥοιζημάτων, ταχῶν τε, ℭ μεγεθῶν, καὶ [12] ἐποχήσεων, ἐν λόγῳ ᾧ τινὶ πρὸς ἄλληλα

corrupte. Nos veram lectionem Jamblicho reſtituimus; quam etiam interpres in verſione ſua expreſſit.

[11] Κατακορέστερον μέλος] Prior Edit. habet κατακορεστὸν: pro quo Arcerius ἀκατακορεστὸν (i. e. ipſo vertente, *quo nullus ſatiari poſſet*) legendum putabat. Idem cenſuiſſe videtur eruditus Obrechtus, ut verſio ejus fidem facit. At vera lectio eſt ea, quam ex MS. hic repræſentavimus; ſignificatque cantum modulatiſſimum, vel maxime intenſum. Uti enim κατακορὴς οἶνος dicitur vinum forte, vel merum; & κατακορὲς χρῶμα, color ſaturus, vel intenſus: ſic καλλικορέστερον μέλος recte & eleganter vocabitur id, quod diximus. Cæterum, uti Jamblichus hoc loco καλλικορέστερον μέλος; ita idem in Nicomachi *Arithm.* pag. 169. καλλικορεστέραν συμφωνίαν dixit: & Nicomachus in *Enchirid. Harmon.* pag. 9. Edit. Meibom. καλλικορεστάτην συμφωνίαν.

[12] Ἐποχήσεων] Interpretes, *vectionibus.* Sed non video, quomodo vox iſta loco huic quadrare queat. Poſſunt quidem ſtellæ vel planetæ dici ἐποχεῖσθαι τῷ ἀιθέρι, i. e. *æthere vehi*, vel, *per ætherem invehi*: ſed tunc ἐπόχησις non differet à κίνησις, quod ſtatim ſequitur: & hoc ſenſu ταυτολογία foret dicere, ἐξ ἐποχήσεων κίνησιν. Quare puto Jamblichum ſcripſiſſe ἐποχῶν. Ἐποχὴ vero in Aſtronomicis notat intervallum, ſive definitum ſpatium circulorum cœleſtium, in quibus planetæ feruntur: quæ quidem ſignificatio loco huic optime convenit. Vult enim Jamblichus dicere, Muſicam mundanam, ſive cœleſtem, confici ex motu Planetarum, qui pro diverſis magnitudinibus, celeritatibus, & intervallis locorum, ſive circulorum, diverſos etiam edant ſonos, & ſuaviſſimam quandam harmoniam efficiant. Nicomachus in *Enchirid. Harmonic.* pag. 6. Edit. Meibom. de eodem argumento agens, voce ἐποχαὶ eo, quo dixi, ſenſu uſus eſt: quod emendationem noſtram non parum confirmat. Ait enim, πάντα γὰρ τὰ ῥοιζήμενα φασὶ σώματα ψόφους ἀναγκαίως ποιεῖν, μεγέθει, καὶ τάχει φωνῆς, καὶ τόπῳ παρηλλαγμένους ἀλλήλων, ἤτοι διὰ τὰς ἰδίας φθόγγους, ἢ διὰ τὰς ἰδίας ταχύτητας, ἢ διὰ τὰς ἐποχὰς, ἐν αἷς ἑκάστη ῥύμη συντελεῖται. *Dicunt enim omnia corpora, quæ celeriter feruntur, neceſſario edere ſtrepitus, magnitudine, & celeritate vocis, & loco inter ſe diverſos; vel propter ſonos ſibi peculiares, vel proprias celeritates, vel orbes, in quibus unumquodque cum impetu fertur.* Vides, tres hic poni cauſas, quare diverſi a corporibus motis ſoni edantur, μέγεθος, τάχος, & ἐποχήν: quæ ipſiſſimæ cauſæ & a Jamblicho hic memorantur. Quod autem Nicomachus loco adducto ἐποχὴν, id paulo poſt τόπον vocat. Addit enim, αἱ δὲ τρεῖς αὗται διαφοραὶ

μεσικωτάτῳ Δαιπαγμένων, κίνησιν καὶ περιόλησιν εὐμενεστάτην ἅμα, καὶ ποικίλως περικαλλεστάτην ἀποτελεμένην. * Ἀφ' ἧς ὁρμώμενος ὥσπερ, καὶ τὸ τὰ νῦν λεγόμενον εὐπαλάμενος, καὶ, ὡς εἰπεῖν, σωματασκάμενος, εἰκόνας τινὰς τούτων ἐπενόει παρέχειν τοῖς ὁμιληταῖς, ὡς δυνατὸν μάλιστα, Δαί τε ὀργάνων καὶ Δαὶ ψιλῆς τῆς ὀρτηρίας ἐκμιμούμενος. ἑαυτῷ γὰρ μόνῳ τῶν ὅσοι γῆς ἁπάντων σωτὰ ἐπήκοα τὰ κοσμικὰ φθέγματα ἐνόμιζεν ἀπ' αὐτῆς τῆς φυσικῆς πηγῆς τε καὶ ῥίζης, καὶ ἄξιον ἑαυτὸν ἡγεῖτο διδασκεσθαί τι καὶ ἐκμανθάνειν, καὶ ἐξομοιοῦσθαι κατ' ἔφεσιν καὶ ἀπομίμησιν τοῖς οὐρανίοις, ὡς ἂν ὄντως θεὸς θεῷ φύσαντι αὐτὸν δαιμονίως [13] μόνον διωρχανωμένου· ἀγνοητὸν δὲ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις ὑπελάμβανεν εἰς αὐτὸν ἀφορῶσι, καὶ τὰ παρ' αὐτοῦ χαρίσηλα, δι' εἰκόνων τε καὶ ὑποδειγμάτων ὠφελεῖσθαι καὶ διορθοῦσθαι, μὴ δυναμένοις τὰ πρώτων [14] εἰλικρινῶν ὀρχετύπων ἀληθῶς ἀντιλαμβάνεσθαι. * Καθάπερ ἀμελεῖ τοῖς ὄχ οἷοις τε ἀπενὲς ἐνορᾶν ἐν τῷ ἡλίῳ Δαὶ τὸ τῶν ἀκλίνων

ration compoſitis, converſionem & circumactionem gratiſſimam ſimul & variis modis pulcherrimam efficiebant: à qua velut irrigatus, & quoad mentis rationem bene compoſitus ac quaſi ſaginatus, ipſe imagines quasdam horum cogitabat exhibere diſcipulis, eaque, in quantum fieri poterat, inprimis per inſtrumenta & ſolam etiam vocem imitari. Sibi enim ſoli inter omnes qui terram incolunt, datum exiſtimabat, ut intelligeret exaudiretque ſonos vocis à mundo editæ, idque ab ipſo naturæ fonte, & radice: adeoque dignum ſe eſſe cenſebat, qui doceretur aliquid & diſceret, quique cœleſtibus nitendo, imitandoque aſſimilaretur; utpote qui à Dæmone ipſum afflante ita conformatus eſſet: cæteris vero hominibus ſufficere putabat, ipſum & ipſius dona intueri, & ex imaginibus exempliſque proficere ac emendari; cum prima rerum ipſarum archetypa vere apprehendere non poſſent. Quemadmodum ſcilicet iis, qui propter ſplendoris eminentiam ipſum ſolem irretorta acie contemplari ne-

πρεπῶς ὁρῶνται περὶ τὰς πλανήτας, μεγέθη τε, καὶ τάχη, καὶ τόπῳ διεχώντας ἀλλήλων. Ut proinde dubium non ſit, quin ἐποχὴ hic definitum ſpatium, vel locum, vel circulum ſignificet, in quo corpus aliquod movetur. Eodem modo, quo in Chronologicis ἐποχὴ dicitur, periodus annorum, cujus initium a memorabili aliquo evento ducitur.

[13] Μόνον] Vox hæc exciderat ex priore Edit. quam ex MS. revocavimus.

[14] Πρώτων] Sic recte MS. At prior Edit. male, πραγμάτων.

queunt, in aquæ conſiſtentis profunditate, aut in pice liquefacta, vel nigricantis fulgoris ſpeculo, Solis defectus oſtendere ſolemus; oculorum imbecillitati parcentes, & ſenſum rei aliquo modo vicinum, quamvis remiſſiorem machinantes illis, qui tale quid amant. De hoc ipſo, ejuſque ſingulari & ſupra alios homines illi conceſſa habitudine ita per ænigma cecinit Empedocles:

Vir erat inter eos quidam præſtantia doctus
Plurima, mentis opes amplas ſub pectore ſervans:
Cunctaque veſtigans ſapientum docta reperta.
Nam quoties animi vires intenderat omnes
Perſpexit facile is cunctarum ſingula rerum
Uſque decem vel viginti ad mortalia ſecla.

ὑπερφέγγειαν, ἐν βαθείᾳ συσταθὲ ὕδατος, ἢ καὶ [15] ἀφὶ πιτηκύας πάσης, ἢ κατόπτρου τινὸς μελανωγῆς, δεικνύειν ὑπνοῶμεν τὰς σκλείψεις, φειδόμενοι τῆς τ' ὄψεων ἀσθενείας αὐτῶν, καὶ ἀντίρροπόν τινα καπάλαμψιν [16] αὐτοῖς τὸ πιθανὸν ἀγαπῶσιν, εἰ καὶ ἀνειμένωτέραν, μηχανώμενοι. τοῦτο φαίνεται καὶ Ἐμπεδοκλῆς σαφὲι αὐτὸ αἰνίττεσθαι, καὶ τ' ἐξαιρέτου καὶ θεοδωρήτου ὑπὲρ τὰς ἄλλας διορατικώσεως, ἐν οἷς φησίν·

Ἦν [17] δέ τις ἐν κείνοισιν ἀνὴρ περιώσια εἰδὼς,
Ὃς δὴ μήκιστον περαπίδων ἐκλήσατο πλοῦτον,
Παντοίων τε μάλιστα σοφῶν ἐπήρατο ἔργων.
Ὅππότε γὰρ πάσαισιν ὀρέξαιτο περαπίδεσσιν,
Ῥεῖά γε τῶν ὄντων πάντων λεύσσεσκεν ἕκαστον,
Καί τε δέκ' ἀνθρώπων, καὶ τ' εἴκοσιν αἰῶνεσσι.

[15] Διὰ πιτηκύας.] Sic recte MS. At prior Edit. corrupte, Ἀφὶ πιταμίας: pro quo Arcerius Ἀφὶ πεπταμένης, vel Ἀφιπταμένης, a πίζω, infeliciter reſcribendum putabat. Verſio autem Obrechti conſentit cum lectione Codicis noſtri MS.

[16] Καπάλαμψιν] Prior Edit. habet, καπάλληψιν: quod auctoritate codicis MS. in καπάλαμψιν mutavi. Eſt autem ἀντίρροπος καπάλαμψις, imago rei ſplendentis repercuſſa, & archetypo pene par: unde locus hic ita Latine reddendus eſt, *Splendorem repercuſſum, qui archetypo pene par ſit, vel etiam remiſſior, exhibere conantur illis, qui tali re delectantur.* Obrechtus vertit, *ſenſum rei aliquo modo vicinum*: unde καπάλληψιν eum quoque legiſſe apparet: quod miror, cum eodem, quo nos, codice MS. uſus fuerit.

[17] Ἦν δέ τις ἐν κείνοισιν ἀνὴρ π.] Fragmentum hoc Empedoclis, & reliqua, quæ ſequuntur ad finem uſque capitis hujus, leguntur etiam apud Porphyrium, Num. 30. 31. Cæterum, plura ex fragmento hoc Empedoclis menda, quæ in priorem Edit. irrepſerant, partim auctoritate codicis MS. & partim Porphyrii, ſuſtulimus.

Τὸ γὰρ, θειότητα, καὶ, τῶν ὄντων πάντων λόγισκεν ἕκαστον, καὶ, πραπίδων πλῆθον, καὶ τὰ ἐοικότα, ἐμφαντικὰ μάλιστα τῆς ἐξαιρέτου καὶ ἀκριβεστέρας πρὸς τὰς ἄλλας διοργανώσεως ἦν, ἔν τε τῷ ὁρᾶν, καὶ τῷ ἀκούειν, καὶ τῷ νοεῖν.

Nam verba illa, *præstantia*, & *entium omnium perspexit singula*, ac *sapientiæ opes*, & similia, maxime designabant ejus peculiarem, & præ cæteris accuratam habitudinem in videndo, audiendo, & intelligendo.

ΚΕΦ. ις'.

CAP. XVI.

68 Αὕτη μὲν οὖν ἤδη [1] Διὰ μουσικῆς ἐπετηδεύετο αὐτῷ [2] καθάρτυσις τῶν ψυχῶν. ἄλλη δὲ κάθαρσις τῆς διανοίας ἅμα καὶ τῆς ὅλης ψυχῆς διὰ παντοδαπῶν ἐπιτηδευμάτων ἔτως ἠσκεῖτο παρ' αὐτῷ. τὸ γλιχὸν τε περὶ τὰ μαθήματα καὶ ἐπιτηδεύματα πόνων ᾤετο δεῖν ὑπάρχειν, καὶ πρὸς τ' ἐμφυτα πᾶσιν ἀκρασίας τε καὶ πλεονεξίας βασάνους τε ποικιλωτάτας καὶ κολάσεις καὶ ἀνακοπὰς πυρὶ καὶ σιδήρῳ σωτελεμφόρους διαθεσμοθετῆσαι τοῖς χρωμένοις, ὡς ἔτε καρτερεῖν ἔτε ὑπομένειν δυνάτου τινὸς κακὸς ὤν. πρὸς δὲ τέτοις, ἐμψύχων ἀποχὴ πάντων, καὶ ἔτι βρωμάτων τινῶν, ταῖς [3] ἐπειρίαις

Atque hæc per Musicam excolebatur ab ipso animorum adaptatio. Alia autem mentis totiusque animæ repurgatio per varia studia hunc in modum instituebatur. Generatim existimabat congruentes circa disciplinas & studia labores exantlandos esse, & innatæ omnibus intemperantiæ plusque habendi libidini diversissima experimenta & castigationes ac igne ferroque peragenda sufflamina familiaribus præcipi debere; quæ homines ignavi sustinere aut pati non possent. Præterea abstinentiam omnium animalium, ut & ciborum, qui rationis humanæ promptitudinem,

[1] Διὰ Μουσικῆς] In priore Edit. particula Διὰ deest: quæ tamen salvo sensu abesse non potest.

[2] Κάθαρτυσις] Ex MS. pro καθάρτησις, quod prior Edit. habet.

[3] Ἐπειρίαις] Est vox corrupta, pro qua Arcerius ἐπηρείαις, vel ἐμπειρίαις legendum censebat: sed male. Codex MS. habet, ἐπηγείαις· quod itidem vitiosum est. Nos legendum censemus ἐπαγρυπνίαις, vel ἀγρυπνίαις: cujus emendationis inter alia & hanc habemus rationem, quod supra Num. 13. itidem corrupte legatur ἐπαγρίαν, pro quo ἀγρυπνίαν legendum esse manifestum est. Conjunguntur enim illic, ὀλιγοϋπνίαν & ἐπαγρίαν. Porro, Pythagorici vigilantiam maximi faciebant; torporem vero & segnitiem aversabantur: eamque ob causam sedulo cavebant, ne cibos ede-

puritatemque impedirent, commendavit diſcipulis, oriſque continentiam & omnimodum per multos annos ſilentium; manu eos ducens ad linguam refrænandam, & intentum atque indefeſſum examen difficiliorum ſpeculationum, earumque ruminationem. Propterea præſcripſit eis vini abſtinentiam & cibi ſomnique uſum moderatum; gloriæ vero & opum atque his ſimilium contemptum inaffectatum, animumque illis debellandis paratum; erga propinquos ſinceram reverentiam; erga pares non fictam æquabilitatem; erga juvenes humanitatem, profectuum adjumenta, & admonitiones invidia vacuas: Amicitiam porro omnium erga omnes, ſive Deorum erga homines, beneficio pietatis & ſcientiæ contemplativæ; ſive dogmatum inter ſe, & in univerſum animæ & corporis, partiſque rationalis cum irrationali, per Philoſophiam ejuſque ſpeculationes; vel hominum inter ſe, civium puta, per ſanam

τῷ λογισμῷ τ' εἰλικρινείαις ἐμπιδιζόντων κατέδειξεν τοῖς ἑταίρεις, ἐχεμυθίαν τε καὶ παντελῆ σιωπὴν, πρὸς τὸ γλώσσης κρατεῖν σιωπᾶσαν ἐπὶ ἔτη πολλὰ, σώφρονίν τε καὶ ἀδιάπνουσον περὶ τὰ δυσληπτότατα τῶν θεωρημάτων ἐξέτασίν τε τ' ἀνάληψιν. * Διὰ πάντα ἥ καὶ οἰνοφλυγίαν καὶ 69
ὀλιγοσιτίαν καὶ ὀλιγοϋπνίαν, δόξης τε καὶ πλούτου καὶ τῶν ὁμοίων ἀνεπιτήδευτον [4] καταφρόνησίν τε καὶ κατεξανάστασιν· καὶ αἰδοῦς μὲν ἀνυπέρβλητον πρὸς οὓς προσήκοντας, πρὸς ἢ οὓς [5] ὁμήλικας ἄπλαστον ὁμοιότητα, καὶ φιλοφροσύνης· συμπαθείας τε καὶ παρόρμησιν πρὸς οὓς νεωτέρους, φθόνου χωρὶς. φιλίαν [6] ἢ πάντων πρὸς ἅπαντας, εἴτε θεῶν πρὸς ἀνθρώπους, δι' εὐσεβείας καὶ ἐπιστημονικῆς θεωρίας, εἴτε δογμάτων πρὸς ἄλληλα, καὶ καθόλου ψυχῆς πρὸς σῶμα, λογικοῦ τε πρὸς τὸ ἄλογον, διὰ φιλοσοφίας, καὶ τ' καὶ πάντων θεωρίας· εἴτε ἀνθρώπων πρὸς ἀλλήλους, πολιτῶν μὲν, [7] διὰ νομιμότητος

rent, quos ὑπνώδη καθίστασιν inducere poſſe crederent. Unde apparet, ſenſum emendationi noſtræ non parum favere: dummodo tranſpoſita vocula καὶ, τὸ λογισμῷ ad εἰλικρινείαις tantum referas, non vero etiam ad ἀγρυπνίαις: hoc modo & ordine, ταῖς ἀγρυπνίαις, καὶ ταῖς τ' λογισμῷ εἰλικρινείαις, &c. Sic ſane omnia erunt clara. Cæterum, erat etiam cum pro ἐπιγείαις legendum cenſerem ἐνεργείαις: ſed prius magis placet. Confer etiam Noſtrum infra cap. xxxi. ubi totus hic locus repetitur.

[4] Καταφρόνησιν] Antea male, φρόνησιν.

[5] Ὁμήλικας] Sic MS. At prior Edit. corrupte, ὁμιλητάς.

[6] Φιλίαν ἢ πάντων πρ.] Totus hic locus repetitur infra, Cap. xxxiii. ubi quædam rectius leguntur.

[7] Διὰ νομιμότητος] Sic reſcripſi, auctore ipſo Jamblicho, cap. xxxiii. ubi, ut

μὲν ὑγιᾶς, ἑτεροφύλων δὲ, διὰ φυσιολογίας ἐρρῆς· ἀνδρὸς δ' πρὸς γυναῖκα, ἢ ἀδελφὰς, ἢ οἰκείας, διὰ κοινωνίας ἀδιαστρόφου· εἴτε συλλήβδην [8] πάντων πρὸς ἅπαντας, ἢ προσέτι τ ἀλόγων ζώων πινὰ, διὰ δικαιοσύνης καὶ φυσικῆς ἐπιπλοκῆς ε κοινότητος· εἴτε ε σώματος καθ' ἑαυτὸ θνητᾶ ἢ τ ἐγκεκρυμμένων αὐτῷ ἐναντίων δυνάμεων εἰρηνεύσιν ἢ συνδιασμὸν δι' ὑγείας, καὶ εἰς ταὐτὸν διαίτης ἢ σωφροσύνης, κατὰ μίμησιν τῆς ἐν τοῖς κοσμικοῖς στοιχείοις εὐετη-
70 ρίας. * Πάντων τούτων, [9] ἓν ἑνὸς καὶ ε αὐτὸ κ' σύλληψιν ε συγκεφαλαίωσιν ὀνόματος ε τῆς φιλίας, εὑρετὴς ἢ νομοθέτης ὁμολογουμένως Πυθαγόρας ἐγένετο· καὶ διόλε τῆς ἐπιτηδειοτάτης πρὸς σοῦ θεὸς ὁμιλίας [10] ὕπαρ τε καὶ κατὰ σοῦ ὕπνους ἀπιστατος τοῖς πρὸ αὐτόν· ὅπερ ὅτε ὑπὸ ὀργῆς πολλωμένη πρὸ γένεταί ποτε ψυχῆ, ὅτε ὑπὸ λύπης, ὅτε ὑπὸ ἡδονῆς, ὅτε τινὸς ἄλλης αἰσχρᾶς

legislationem, peregrinorum per rectam rerum naturalium doctrinam, mariti vero in uxorem aut fratres aut propinquos, per communionem indiſtortam, docuit, & ut ſummatim dicam, erga omnes omnium; animalium etiam irrationabilium, per juſtitiam & naturalem neceſſitudinem communionemque: denique latentium in corpore per ſe mortali, & contrariarum facultatum pacificationem, & arctam conciliationem ope ſanitatis, huicque congrui victus & temperantiæ, ſalubri mundanorum elementorum ſtatui ſimilem. Hæc omnia ſigillatim ad idem amicitiæ nomen, velut compendio ad unum caput revocata, abſque dubio invenit & ſancivit Pythagoras. Fuit etiam, ut ſummatim dicam, ſuis diſcipulis unicus autor, ut vigilantes æque ac ſomniantes cum Diis verſarentur quam accommodatiſſime. Quod ipſum ſane non cadit in ullam animam ira aut dolore ac triſtitia aut alia turpi cupiditate contur-

ut dixi, hæc ipſa repetuntur. Codex MS. habet διανομιμότατα. At prior Edit. corruptiſſime διανομίμῶο: pro quo Arcerius ἀσόχως reſcribendum putabat, διανεμόμενο. Erit autem νομιμότης, proprie, vita legitima, ſive, obedientia erga leges: quæ vox inſolens quidem eſt, & Lexicis ignota: ſed quales non paucæ aliæ apud Noſtrum reperiuntur.

[8] Πάντων πρὸς ἅπαντας, καὶ πρ.] Locum hunc, ante mutilum, ex codice MS. ſupplevi. In priore enim Edit. deſunt verba hæc, ἅπαντας, καὶ προσέτι τ ἀλόγων ζώων πινὰ, διὰ δικαιοσύνης.

[9] Ἓν ἑνός] Infra. Num. 229. rectius legitur, ἑνὸς καὶ ε αὐτῷ - - ε τ φιλίας ὀνόματος ὄντος.

[10] Ὑπαρ τε καὶ καθ' τὰς ὕπνους] In MS. vitioſe exaratum erat, ὑπέρ τε καὶ καθ' τὰς ἀνθρώπους. Nimirum τὸ ὕπνους error librarii mutaverat in ἄνθρ; quod, ſi plene ſcribas, eſt ἀνθρώπους.

batam, & è tranquillitatis ſtatu deturbatam, vel quod turpius his omnibus difficiliuſque foret, ignorantia inquinatam: quibus omnibus animam divinis modis repurgatam ſanabat, & cœleſtem ejus particulam refocillabat, ſalvamque ad conſequendum intellectu divinum oculum, infinitis oculis corporis, ut Plato ait, nobiliorem, reducebat. Hujus enim ſolius ope rerum ipſarum veritas perſpicitur, ſi ejus acies mediis convenientibus exacuatur & corroboretur. Eo itaque reſpiciens Pythagoras mentis purificationem adornabat: hacque etiam formula inſtitutionis utebatur, & hic ei ſcopus propoſitus erat.

CAP. XVII.

PRæparatione hac adhibita diſcipulorum ſuorum inſtitutioni, non ſtatim recipiebat eos, qui in amicorum convictorumque ſuorum numero haberi volebant, priuſquam ipſorum explorationem dijudicationemque inſtituiſſet. Primum enim inquirebat, quo animo quove affectu parentes alioſque familiares proſequuti eſſent: deinde notabat riſus ipſorum in-

ὀπιθυμίας [11] παρηλλαγμένη μὰ Δία, εἰδὲ τ τούτων ἁπασῶν ἀνοσιωτάτης τε κ χαλεπωτάτης ἀμαθίας. ἀπὸ δὴ τούτων ἁπάντων δαιμονίως ἰᾶτο κ ἀπεκάθαιρε τ ψυχὴν, κ ἀνεζωπύρει τὸ θεῖον ἐν αὐτῇ κ ἀπέσωζε, κ πρὸς ἐκεῖνο ὁπὶ τὸ νοητὸν τὸ θεῖον ὄμμα, κρεῖττον ὂν σωθῆναι, κατὰ [12] τὸν Πλάτωνα, μυρίων σαρκίνων ὀμμάτων. μόνῳ γὰρ αὐτῷ διαλεύσεται, κ οἷς προσῆκε βοηθήμασι τονωθέντι κ διαρθρωθέντι, ἡ πρὸς τ ὄντων ἁπάντων ἀλήθεια διορᾶται. πρὸς δὴ τοῦτο ἀναφέρων ἐπιεῖτο τ τῆς διανοίας κάθαρσιν. κ ἦν αὐτῷ τ παιδεύσεως ὁ τύπος τοιοῦτος, κ πρὸς ταῦτα ἀποβλέπων.

ΚΕΦ. ιζ.

ΠΑρεσκευασμένῳ ἤδη αὐτῷ ἔτως 71
εἰς τὴν παιδείαν τ ὁμιλητῶν, προσιόντων τ ἐπέρων, κ βουλομένων σωδιατρίβειν, οὐκ εὐθὺς συνεχώρει, μέχρις ἂν αὐτῶν τὴν δοκιμασίαν ἔ τὴν κρίσιν ποιήσηται. πρῶτον μὲν πυνθανόμενος, πῶς τοῖς γονεῦσι ἔ τοῖς οἰκείοις τοῖς λοιποῖς εἶσιν ὡμιληκότες· ἔπειτα θεωρῶν αὐτῶν τὰς τε γέλωτας οὓς

[11] Ἐπιθυμίας] Sic pro ἐπιδημίας, quod prior Edit. habet, legendum eſſe recte monuit Deſid. Herald. *Animadverſ.* in Jamblichum, cap. VI.

[12] Καθὰ τ Πλάτωνα] Locus Platonis, ad quem Jamblichus reſpicit, exſtat lib. VII. *de Republ.* pag. 485. Edit. Lugdun. Eundem Platonis locum adducit etiam Theon in *Mathematicis*, pag. 5.

ἀκαίρως, καὶ τὴ σιωπὴν, καὶ τὴν λαλιὰν ποῖ δὲ τὸ δέον, ἔπι ἢ πὰς ἐπιθυμίας, τίνες εἰσὶ, καὶ σὺν γνωρίμως, οἷς ἐχρῶντο, καὶ τὴ πρὸς τύτως ὁμιλίαν, καὶ πρὸς τίνι μάλιστα τὴ ἡμέραν σχολάζοσι, καὶ τὴ χαρὰν ἢ τὴν λύπην ἐπὶ τίσι τυγχάνοσι πεφυκότες. προσεθεώρει δὲ καὶ τὸ εἶδος, καὶ τὴ πρεῖαν, καὶ τὴν ὅλην ἕξιν σώματος κίνησιν. τοῖς τε τῆς φύσεως γνωρίσμασι φυσιογνωμονῶν αὐτὸς, σημεῖα τὰ φανερὰ ἐποιεῖτο τῶν ἀφανῶν ἠθῶν ἐν τῇ ψυ-
72 χῇ. * Καὶ ὃν τινα δοκιμάσειεν ἔτως, ἐφίει τελῶν ἐτῶν ὑπερορᾶν, δοκιμάζων πῶς ἔχει βεβαιότητος καὶ ἀληθινῆς φιλομαθίας, καὶ εἰ πρὸς δόξαν ἱκανῶς παρεσκεύασται, ὥστε καταφρονεῖν τιμῆς. μετὰ δὲ τῦτο τοῖς πρόσθεν προσέταττε σιωπὴν πεντετῆ, ἀποπειρώμενος, πῶς ἐγκρατῶς ἔχοσιν, ὡς χαλεπώτερον τῶν ἄλλων ἐγκρατεύματων τῦτο, τὸ γλώττης κρατεῖν· καθὰ καὶ ὑπὸ τῶν τὰ μυστήρια νομοθετησάντων ἐμφαίνεται ἡμῖν. ἐν δὴ τῷ χρόνῳ τύτῳ τὰ μὲν ἑκάστῳ ὑπάρχοντα, τυτέστιν αἱ οὐσίαι, ἐκοινοῦντο, διδόμενα τοῖς ἀποδεδειγμένοις εἰς τῦτο γνωρίμοις, οἵπερ ἐκαλοῦντο πολιτικοὶ καὶ οἰκονομικοί τινες καὶ νομοθετικοὶ ὄντες. αὐτὸς δὲ, οἳ μὲν ἄξιοι ἐφαίνοντο τοῦ μετέχειν δογμά-

tempestivos, silentium, sermonisque abusum: tum quo cupiditatibus modo indulgerent; quos haberent sibi familiares, & quo pacto cum illis viverent; denique quibus potissimum rebus interdiu vacarent; quibus item gauderent dolerentve. Inspiciebat & vultum, & incessum, & totius corporis motus: atque ex nativis faciei lineamentis ipsos ita noscitabat, ut manifesta indicia obscuris animorum inclinationibus indagandis adhiberet. Quem autem ita probasset, eum triennio contemptim haberi jubebat: nec tamen intermittebat, ejus constantiam, verumque discendi studium, & an adversus gloriam satis firmus honorisque contemptor esset, observare. Post hæc imperabat suis quinquennale silentium, ut sciret quantum possent in continentia linguæ, re omnium difficillima; uti significatum est ab iis, qui mysteria instituerunt. Interea temporis quicquid facultatum opumve quisque possidebat, in medium conferebatur, & aliis ad hoc ipsum destinatis, qui Politici, & legislatores nominabantur, dispensandum committebatur. Ipsi vero, qui post quinquennale silentium, ex vitæ cæte-

[1] Ἐγκρατῶς ἔχουσιν, ὡς καλ.] Sic ex codice MS. locum hunc emendavi & distinxi. Ante enim male legebatur, ἐγκρατῶς ἔχουσιν πρὸς χαλεπ.

raque ingenii modeſtia, dogmatibus participandis digni habebantur, deinceps fiebant interioris admiſſionis diſcipuli, & intra velum audiebant juxta videbantque Pythagoram: antea enim obducto velo extrinſecus citra præceptoris aſpectum, ab ore ejus pendebant, diuturnumque morum ſuorum experimentum dabant. Qui vero rejiciebantur, opum quas contulerant, duplum recipiebant, iiſque monumentum extruebatur ab homacoïs (ſic enim omnes hujus viri diſcipuli vocabantur:) qui ſi quando illis obvii facti eſſent, cum iis tanquam cum aliis quibuſdam agebant; ipſos vero dictitabant mortuos, quos hac ſpe reformaverant, fore ut ope diſciplinarum in bonos honeſtoſque viros evaderent. Sed qui ad diſcendum tardi erant, illos male conformatos, & ut ita dicam, imperfectos ſterileſque judicabant. Sin poſt peractam explorationem, ex forma, ingreſſu, motu, habitu, poſt ſpem bene de ipſis conceptam, poſt quinquennale ſilentium, poſt tot diſciplinarum Orgia & initiationes, poſt

των, ἔκ τε βίε καὶ τῆς ἄλλης ἐπιτηδειότητος κριθέντες μὴ τ πεντετῆ σιωπὴν, [2] ἐσωτερικοὶ λοιπὸν ἐγίνοντο, καὶ ἐντὸς συνδόνος ἐπήκροων Πυθαγόρε, μετὰ τὸ καὶ βλέπειν αὐτόν. πρὸ τότε δ' ἐκτὸς αὐτῆς, καὶ μηδέποτε αὐτῷ ἑωρῶντες, μετεῖχον τ λόγων διὰ φιλῆς ἀκοῆς, ἐν πολλῷ χρόνῳ διδόντες βάσανον τ οἰκείων ἠθῶν. * Εἰ δ' ἀποδοκιμασθείησαν, 73
τὴν μὲν ὐσίαν ἐλάμβανον διπλῆν, μνῆμα [3] δὲ αὐτοῖς ὡς νεκροῖς ἐχώνυτο ὑπὸ τ ὁμακόων· ὕτω γὰρ ἐκαλοῦντο πάντες οἱ περὶ τ ἀνδρα· συντυγχάνοντες δὲ αὐτοῖς, ὕτω συνετύγχανον, ὡς ἄλλοις τισίν· ἐκείνους δ' ἔφασαν τεθνάναι, ὃς αὐτοὶ ἀνεπλάσαντο, καλὸς κἀγαθὸς προσδοκῶντες ἔσεσθαι ἐκ τῶν μαθημάτων. [4] ἀδιοργανώτους τε, καὶ, ὡς εἰπεῖν, ἀτελεῖς τε καὶ στειρώδεις ὤοντο [5] τοὺς δυσμαθεστέρους. * Εἰ δὲ μὴ τὸ ἐκ μορφῆς τε καὶ βα- 74
δίσματος, καὶ τ ἄλλης κινήσεώς τε καὶ καταστάσεως ὑπ' αὐτῦ φυσιογνωμονηθεῖεν, καὶ ἐλπίδα ἀγαθὴν περὶ αὐτῶν παραχεῖν, μετὰ πεντετῆ σιωπὴν, καὶ μὴ τοὺς ἐκ τ τοσῶνδε μαθημάτων ὀργιασμοὺς καὶ

[2] Ἐσωτερικοὶ λοιπ. ἐγ.] Vide Schefferum de *Philoſophia Ital.* cap. xi. p. 105.

[3] Μνῆμα δ' αὐτοῖς ὡς νεκρ.] Vide eundem Schefferum in dicto opere, ſub finem capitis xii.

[4] Ἀδιοργανώτους] Id eſt, malis organis a natura inſtructos. Sic ſupra Num. 66. Noſter uſus eſt voce διοργανωμένος: & alibi voce διοργάνωσις.

[5] Τοὺς δυσμαθεστέρους] Sic MS. At prior Edit. minus recte, τοὺς δ' ἀμαθεστέρους.

μνήσεις, ψυχῆς τε ἀποῤῥύψεις, καθαρμοὺς τοσούτους τε καὶ τηλικούτους καὶ ἐκ ποικίλων ἔτω θεωρημάτων [6] προσδιδύσαντες, δι' ὃς ἀγχίνοιά τε καὶ ψυχῆς εὐάγεια πᾶσιν ἐκ παντὸς ἐνεφύετο, δυσκίνητόν τε ἔπ τις καὶ δυσπαρακολούθητος εὑρίσκετο, [7] στήλαν δή τινα τῷ τοιούτῳ καὶ μνημεῖον ἐν τῇ Λακεδαίμονι χώσαντες, (καθὰ καὶ [8] Περιάλῳ τῷ Θουρίῳ λέγει), καὶ Κύλωνι τῷ Συβαριτῶν ἐξάρχῳ, ἀπογνωσθεῖσιν ὑπ' αὐτῶν) ἐξήλαυνον ἐκ τῆς ὁμακοΐης, φορτίσαντες χρυσοῦ τε καὶ ἀργύρου πλῆθος. κοινὰ γὰρ αὐτοῖς καὶ πάντα ἀπέκειτο, ὑπὸ τινῶν εἰς τοῦτο ἐπιτηδείων, νὴ Δί', οἰκονομούμενα, ὡς προσηγόρευον οἰκονομικὰς ἀπὸ τέλους. καὶ εἴ ποτε σωτύχοιεν ἄλλως αὖτ', πάντα ἀντινοῶ μᾶλλον,

animæ purgationes & emundationes, poſt peragrata tot, tanta, & tam varia theoremata, ex quibus ſolertia mentis animæque ſanctitas modis omnibus in unoquoque ſubnaſcebatur, ſegnior adhuc aliquis & intellectu hebetior reperiebatur, tali homini in ſchola cippum aliquem & monumentum ſepulchrale erigebant; uti contigiſſe fertur Perialo Thurio & Cyloni Sybaritarum Principi ab iisdem reprobatis; dein auro argentoque onuſtum auditorio exigebant: nam & eum in finem repoſita pecunia publica adminiſtrabatur à quibuſdam, qui à ſumptuum diſpenſatione Oeconomici dicebantur. Quod ſi aliquando ſic ejecto forte facti eſſent obvii, quemvis potius alium cenſebant,

[6] Προσδιδύσαντες] Vocem hanc libens obelo confixerim. Non ſolum enim nihil ad rem facit, ſed etiam ſenſum & ſeriem orationis turbat: ſiquidem accuſativi illi, καθαρμοὺς, etc. pendent a præcedenti μῦ, nec ullo verbo ad ſui conſtructionem opus habent. Deinde, pro δι' ὃς, quod ſtatim ſequitur, lego, δι' ὧν.

[7] Στήλαν δή τινα τῷ τοιούτῳ καὶ μνημ.] Manifeſta tautologia. Hoc ipſum enim jam paulo ſuperius Jamblichus nos docuit. Quare ſuſpicor, libellum hunc Jamblichi interpolatorum manus paſſum eſſe; præſertim cum & alia non pauca bis in eo dicta obſervaverim. Vel ſaltem dicendum eſt, Jamblichum eadem ex diverſis auctoribus aliquando retuliſſe. Confer Noſtrum infra, ſub finem capitis XXXIV. ubi morem hunc Pythagoreorum itidem Lectoribus inculcat.

[8] Περιάλῳ τῷ Θουρ. καὶ Κύλωνι τῷ Συβ.] Addi his poterat Hipparchus, de quo Clemens Alexandr. lib. v. Strom. p. 575. Φασὶ γοῦν Ἵππαρχον τὸ Πυθαγόρειον, αἰτίαν ἔχοντα ῥᾳψαῦλα τὰ ἐκ Πυθαγόρου σαφῶς, ἐξελαθέντα τὰ διατεθέντα, καὶ στήλην ἐπ' αὐτῷ γενέσθαι, οἷα νεκρῷ. *Ajunt Hipparchum Pythagoreum, accuſatum, quod ſcripta prodidiſſet decreta Pythagoræ, e Schola expulſum fuiſſe, & ipſi, tanquam mortuo, cippum erectum eſſe.* Hic nimirum eſt Hipparchus ille, ad quem epiſtola Lyſidis, quæ ſtatim ſubjungitur, ſcripta eſt. Cæterum de Cylone, ejuſque reprobatione, plura vide ſis apud Noſtrum infra, Cap. XXXV.

quam illum qui ſecundum ipſos mortuus eſſet. Quapropter & Lyſis Hipparchum quendam increpans, quod cum hominibus non rite initiatis, & ſine diſciplinis ad contemplationem accedentibus, doctrinam communicaret, ſcribit: *Ajunt autem vulgare te etiam philoſophiam quibuſvis obviis: quod Pythagoras fieri noluit. Et hæc tu quidem, Hipparche, cum cura edoctus fuiſti; ſed non ſervaſti ô bone, guſtatis deliciis Siculis; ad quas guſtandas non debebas reverti. Si igitur mentem mutaveris, lætabor; ſi non, mortuus es mihi. Par enim erat divinorum Ejus humanorumque præceptorum meminiſſe; neque bona ſapientiæ communicare cum hominibus, qui ne per ſomnium quidem purgationem animæ ſubierunt. Nefas enim eſt obvio vulgo porrigere ea, quæ tantis laboribus com-*

ἢ ἐκεῖνον ἡγεῖντο εἶναι, τὸν κατ' αὐτὰς τεθνηκότα. * Διόπερ καὶ 75
Λύσις [9] Ἱππάρχῳ τινὶ ἐπιτωλήτων, μεταδίδοντι [10] τὸν λόγον τοῖς ἀνεισάκτοις, καὶ ἄνευ μαθημάτων καὶ θεωρίας ἐπιφυομένοις, φησί· Φαντὶ δέ σε Ϲ δαμοσίᾳ [11] φιλοσοφεῖν τοῖς ἐντυγχάνουσι, τόπερ ἀπαξίωσε Πυθαγόρας· ὡς ἔμαθες μὲν, Ἵππαρχε, μετὰ σπουδᾶς, σὺν ἐφύλαξας δὲ, γλυκάμβροτε, ὦ γύναιε, [12] Σικελικᾶς πολυτελείας, ἃς σὺν ἐχρῆν τι γλύεσθαι δεύτερον. εἰ μὲν ὦν μεταβάλλοιο, χαρήσομαι· εἰ δὲ μή γε, τέθνακας. Διαμεμνᾶσθαι [13] γὰρ φασὶν ὅσιον εἶη καὶ τῶν θείων τε καὶ ἀνθρωπείων ἀποφθεγμάτων, μηδὲ κοινὰ [14] ποιῆσαι τὰ σοφίας ἀγαθὰ τοῖς ἐν ὄναρ τὰν ψυχὰν κεκαθαρμένοις. ἁ γὰρ θέμις [15] ὀρέγειν τοῖς ἁπάντων σπουδᾷ

[9] Λύσις] Epiſtola hæc Lyſidis exſtat etiam in Collect. Epiſtolarum Græcarum Aldina & Genevenſi; & ad calcem Diog. Laërtii, qui ex officina Henrici Stephani prodiit: itemque inter opuſcula Mythologica, Phyſica, & Ethica, quæ prodierunt apud Henr. Wetſtenium Amſtelod. 1688. collectore Thoma Galeo. Eandem Latine exhibet Theodor. Canter. *Var. Lect.* lib. 1. cap. XII. Meminit etiam ejus Syneſius, Epiſt. CXLIII. & Euſtathius ad Il. B. pag. 360. Edit. Rom.

[10] Τὸν λόγον] Lege, τῶ λόγων.

[11] Φιλοσοφεῖν] Φιλοσοφὲν oportebat. Epiſtola enim hæc Dorica dialecto ſcripta eſt.

[12] Σικελικᾶς πολυτελ. ἃς σὺν ἐχρ.] Sic reſcripſi ſenſu exigente. Ante enim legebatur, Σικελικὰς πολυτελείας, ἃς σὺν ἐχρῆν τι γινέσθαι.

[13] Διαμεμνᾶσθαι γὰρ φασὶ ὅσιον εἶη κ. τ. τ.] Scribe, διαμεμνᾶσθαι γὰ ὅσιον ἦν τῶν τε θείων τε καὶ ἀνθρ.

[14] Ποιῆσαι] Cave mutes. Eſt enim Doricum pro ποιεῖσαι.

[15] Ὀρέγειν τοῖς ἁπαντ.] Sic recte MS. In priore vero Edit. male legitur, ὀρεγόντων ἁπάντων τὰ μὴ τοσούτων ἀγώνων σπουδᾷ πεπειχυθέντα. Quæ monſtra? Πεπειχθέντα autem Doricum eſt pro πεφειθέντα.

πεμχθέντα, ἀδὲ μὰν βεβάλοις τὰ τῶν Ἐλευσινίων θεῶν μυστήρια βεβηλῶσαι[16]. κατ' ἰότητα γὰ ἄδικοι καὶ ἀσεβέες οἱ τοιαῦτα πράξαν-
76 τες. * Διαλογίζεσθαι δὲ καλὸν, ὅσον χρόνον μάκρον ἐκμεμετρήκαμεν, ἀπορρυπόμενοι[17] αὐλὸς, τὰς ἐν τοῖς σώμασιν ἁμῶν ἐγκεκολαμμένας· ἕως πόκα διελθόντων ἐτέων ἐγενόμεθα δεκτικοὶ τᾶς τῶν λόγων. [18] καθάπερ οἱ βαφεῖς προεκκαθάραντες ἔσυψαν τὰ βάμματα τῶν ἱματίων, ὅπως ἀνέκπλυτον τὰν βαφὰν[19] ἀναπίωντι, καὶ μηδέποτε γλησομόραν ἐξίπαλον· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ὁ δαιμόνιος ἀνὴρ προπαρεσκεύαζε τὰς ψυχὰς τᾶς φιλοσοφίας ἐρασθέντων, ὅπως μὴ διαφθαρθῇ τοῖ τινα τᾶ ἐλπισθέντων ἐσεῖσθαι καλῶν τε κ' ἀγαθῶν.

parata ſunt, aut profanis Dearum Eleuſiniarum myſteria evulgare: æque enim injuſti atque impii ſunt, qui alterutrum horum fecerint. Decebat autem ad animum revocare, quantum temporis ſpatium conſumpſerimus in eluendis maculis, quæ pectora noſtra altius inſederant, donec tandem, peracto quinquennio, ad percipiendam Illius doctrinam capaces evaſimus. Sicut tinctores veſtimenta, quæ coloribus imbuere volunt, prius purgata, medicamentis inficiunt, ut tincturam nec facile eluendam, nec unquam evanituram ſorbeant: eodem modo divinus Ille Vir animos philoſophiæ deditos ante præparabat; ne bona ulla & honeſta, quæ ſibi promittebant, eos ſubterfugerent. Neque enim ille doctrinam adulterinam venditabat, ὁ γὰρ κιβδήλως ἐνεπρᾶτο λύ-

[16] Διαχεῖαι· κατ' ἰσότητα] Antea corruptiſſime hic legebatur, διαχύεαι, ἢ τὶ σύεαι. Διαχεῖαι autem Doricum eſt pro διαχεῖσθαι.

[17] Σπίλος] Hæc vox abeſt a priori Editione, quæ in aliis Epiſtolæ hujus Editionibus legitur.

[18] Καθάπερ οἱ βαφεῖς προεκκαθάραντες ἔσυψαν τὰ β.] Eodem plane ſimili utitur Plato lib. IV. *de Republ.* pag. 449. Edit. Lugdun. Οὐκοῦν οἶσθα, ὅτι οἱ βαφεῖς, ἐπειδὰν βουληθῶσι βάψαι ἔρια, ὡς εἶναι ἀλουργά, πρῶτον μὲν ἐκλέγουσι ἐκ τοσούτων χρωμάτων μίαν φύσιν τοῦ τῆς λευκῶν· ἔπειτα προκαθαίρουσι καὶ ὀλίγῳ παρασκευῇ θερμαίνουσι, ὅπως δέξωνται ὅτι μάλιστα τὸ εἶδος, &c. Item Theo Smyrnæus in *Mathematicis*, pag. 17. qui ad hunc ipſum locum Platonis reſpiciens, ait: Παιδεύομεν γὰρ τὰς παῖδας ἐν μουσικῇ, &c. ὡδὲν ἄλλο μηχανώμενοι, ἢ ὅπως ἡμεῖς προεκκαθάραντες καὶ προθεραπεύσαντες, ὥσπερ ποὶ ζωπυρικοῖς τοῖς μαθήμασι τούτοις, τὰς περὶ ἀρίσεως ἀρετῆς, ἣν ἐκμαιήσωμεν, ὕστερον λόγους ἐνδέξοιντο, ὥσπερ βαφεῖ. Cæterum, τὸ ἔσυψαν hic apud Jamblichum, & ζωπυρικοῖς, apud Theonem, referendum eſt ad alumen, quo tinctores in lanis repurgandis & colore inficiendis uti ſolent. Id enim eſt ζωπυρόν, ſive adſtringendi vi præditum; ut ex uſu & experientia conſtat. Plinius lib. XXXV. cap. XV. *Vis liquidi aluminis adſtringere, indurare, rodere.* Paulo ante dixerat, *Inficiendis claro colore lanis candidum liquidumque* (alumen) *utiliſſimum eſt.*

[19] Ἀναπίωντι] Male antea, ἀπίωντι.

neque pedicas, quibus plerique Sophiſtarum, inutiliter otium collocantes, juventutem irretiunt: ſed rerum divinarum humanarumque gnarus erat. Hi vero ejus diſciplinam mentiti, ſub hoc prætextu multa & gravia facinora perpetrant, juvenes præter decorem & temerario auſu quaſi ſagena capientes. Unde fit, ut auditores ſuos feroces & procaces reddant, dum moribus incompoſitis turbulentiſque ſcientiam & doctrinam divinam inſtillant: perinde ut ſi quis in puteum profundum & alto luto repletum, puram liquidamque aquam infuderit; nam & lutum magis conturbarit, & aquam ſimul perdiderit. Eodem modo ſe res habet cum magiſtris pariter hiſce & diſcipulis. Ipſum enim pectus & cor eorum, qui non pure diſciplinis initiantur, perpetua quædam & denſa dumeta obſident, quæ quicquid anima manſuetudinis, tranquillitatis, & rationis habet, obfuſcant, prohibentque prodire, ſuccreſcere, & proſerpere intelligendi facultatem. Con-

γως, οὐδὲ πάγας, ταῖς οἱ πολλοὶ τῶν [20] σοφιστῶν τὼς νέως ἐμπλέκοντι, πότ' οὐδὲν κρήγυον σχολάζοντις· ἀλλὰ θείων τε καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων ἦν ἐπιστέμων. τὸ δὲ πρόσχημα ποιεύμενοι τὰν τήνω διδασκαλίαν, πολλὰ κ δεινὰ δρῶντι, συγκλυδόντες, ἐς κόσμον, οὐδ' ὡς ἔτυχε, τὼς νέως. * Τοιγαρῦν 77
χαλεπώς τε κ προσαλλεῖς ἀπεργάζονται τὼς ἀκροατάς. ἐγκίρναντι γὰρ ἤθεσι τεταραγμένοις τε κ θολεροῖς θεωρήμασι κ λόγως θείως· καθάπερ εἴ τις εἰς φρέαρ βαθὺ βορβόρω πλῆρες ἐγχέοι καθαρὸν κ διειδὲς ὕδωρ. τόν τε γὰρ βόρβορον ἀνετάραξε, καὶ τὸ ὕδωρ [21] ἠφάνισεν. ὁ αὐτὸς δὴ τρόπος τῶν ἄτω διδασκόντων τε καὶ διδασκομένων. πυκιναὶ [22] γὰρ κ λάσιαι λόχμαι ταῖς φρένας κ τὰν καρδίαν ἐμπεφύκαντι τῶν μὴ καθαρῶς τοῖς μαθήμασιν ὀργιαθέντων, πᾶν τὸ ἄμερον καὶ πρᾶον καὶ λογικὸν τᾶς ψυχᾶς ἐπισκιάζουσι, καὶ κωλύουσι φανῶς αὐξηθῆναι καὶ φωκύψαι τὸ νοητικόν. ὀνο-

καὶ κωλύουσι προφανῶς μὲν [23] αὐξηθῆμεν κ φωκύψαι τὸ νοητικόν.

[20] Σοφιστῶν] Dorice dicendum erat, σοφιστᾶν. Sed plura alia in hac Epiſtola ex Dorica dialecto in communem a librariis temere mutata ſunt: ut Lector facile obſervabit.

[21] Ἠφάνισεν] Dorienſes dicunt, ἠφάνιξεν.

[22] Πυκιναὶ γὰρ καὶ λάσιαι λόχμαι π.] Locum hunc citat Euſtathius ad *Il. B.* pag 360. Edit. Rom. Ὁ δὲ θεῖος Ἰαμβλίχῳ Πυθαγορικὸς Λύσις ἱστορήσας εἰς ψόγον, ὡς ἀπὸ γῆς ὀρεινῆς παρείληπται τὸ νόημα, εἰπὼν γλαφυρῇ δωρικῇ νῦν τοιοῦτον, ὅτι πυκιναὶ κ λάσιαι λόχμαι φῦσι τὰς φρένας καὶ τὰς καρδίας περφύκασι τ μὴ καθαρῶς τοῖς μαθήμασιν ὀργιασθέντων, πᾶν τὸ ἥμερον καὶ πρᾶον καὶ λογικὸν τ ψυχῆς ἐπισκιάζουσι, καὶ κωλύουσι φανῶς αὐξηθῆναι καὶ φωκύψαι τὸ νοητικόν.

[23] Αὐξηθῆμεν καὶ φωκύψαι τὸ νοητ.] In Editione Arcerii mendoſe admodum legitur, αὐξηθέν. κ φωκύψαι τὸν αἰτιατικὸν

μάξαιμι ἢ κ᾽ πρῶτον ἐπελθὼν αὐ-
τῶν τὰς ματέρας, ἀκρασίαν τε κ᾽
πλεονεξίαν· ἄμφω δὲ πολύγονοι
78 πεφύκαντι. * Τὰς μὲν ἂν ἀκρα-
σίας ἐξεβλάσησαν ἄθεσμοι γάμοι,
ἐπιθυμίαι, κ᾽ φθοραὶ, κ᾽ μέθαι,
καὶ ὅσαι φύσιν ἀδοναὶ, καὶ σφο-
δραί τινες ἐπιθυμίαι, μέχρι βα-
ράθρων καὶ κρημνῶν ἐκδιώκουσιν.
ἤδη γὰρ τινὰς [24] ἀνάγκαξαν ἐπι-
θυμίαις μήτε ματέρων μήτε θυγατέ-
ρων ἀποχέσθαι, κ᾽ δὴ παρεωσάμεναι
πόλιν & νόμους, καθάπερ τύραν-
νῳ, ἐκπερμαχεῦσι τὰς ἀγκώ-
νας, ὥσπερ αἰχμάλωτον ἐπὶ τὸν
ἔσχατον ὄλεθρον μετὰ βίας ἄγουσι
κατέχουσιν. τὰς ἢ πλεονεξίας ἐκ-
πεφύκαντι ἁρπαγάς τε, κ᾽ λᾳστείας,
πατροκλονίας, ἱεροσυλίας, φαρ-
μακείας, κ᾽ ὅσα τούτων ἀδελφά.
δεῖ ὦν πρῶτον μὲν τὰς ὕλας, ταῖς
ἐνδιαιτῶνται ταῦτα τὰ πάθη, πυρὶ
καὶ σιδάρῳ καὶ πάσαις μαθη-
μάτων μηχαναῖς ἐκκαθάρασθαι,
[25] καὶ εὐρόμενον τ᾽ λογισμὸν
ἐλεύθερον τῶν τοιούτων κακῶν,
79 τοτὶ νικάδε ἐμφυτεύειν τι χρήσιμον αὖτε, κ᾽ ἐνδαιδόμεν. * Τοσαύ-

venit autem & matres illorum dumetorum nominare, intemperantiam & avaritiam; quarum utraque valde fœcunda eſt. Nam ex intemperantia naſcuntur nefariæ nuptiæ, & ſtupra, & ebrietas & quæ præter naturam ſunt voluptates, & cupiditates quædam vehementiores, in barathrum & præcipitia propellentes. Jam enim quidam cupiditatibus abrepti, nec matrum, nec filiarum inceſtu abſtinuerunt, & civitatis legibus perruptis, ſub cupiditatum tyrannide, manibus quaſi à tergo revinctis, veluti mancipia, in extremam perniciem violenter ſunt detruſi. Ex avaritia proveniunt rapinæ atque latrocinia, parricidia, ſacrilegia, veneficia, & ſi quæ ſunt alia hiſce gemina germana. Primum igitur ſilvas illas, in quibus hi affectus ſtabulantur, igne ferroque & omnibus diſciplinarum machinis purgare oportet, & rectam rationem à tantis malis in libertatem aſſerere: ac tum demum utile ei aliquid implantandum atque inſerendum eſt. Tan-

κὴν ὀνόμαζε μήδε. Nos τὸ αὐξηθῆμεν (quod Dorice dictum eſt pro αὐξηθῆναι) revocavimus ex MS. τὸ νοητικὸν, ex Euſtathio; & ὀνομάξαιμι. (quod itidem Doricum eſt, pro ὀνομάσαιμι) ex aliis Epiſtolæ hujus Editionibus.

[24] Ἀνάγκαξαν] Sic MS. pro ἠνάγκασαν, quod Arcerii Edit. habet. Prius autem eſt Doricum; poſterius, κοινόν.

[25] Καὶ ἐυρόμενον τὸν λογισμ.] Locus non ſolum corruptus videtur, ſed etiam mancus; quem ſic reſcripſerim, καὶ ῥυσάμενον τὸν λογισμὸν, κ᾽ ἐλεύθερον τ᾽ τοσούτων κακῶν κατεσίσαντα, τοτὶ νικάδε, &c. Sic omnia ſunt clara. Τὸ ῥυσάμενον certe in aliis Epiſtolæ hujus Editionibus recte legitur.

tam tamque neceſſariam curam diſciplinarum, & tam accuratum in docendo examen philoſophiæ præmittendum cenſebat Pythagoras; eoque efficiebat, ut & ipſa dogmatum ſuorum communicatio ſingularis honoris argumentum haberetur: utpote cum mentes ad ſe accedentium variis doctrinis, & mille modis contemplationum ac ſcientiarum exploraret dijudicaretque.

CAP. XVIII.

POſt hæc dicendum eſt, quo pacto probatos ſibi ſingulos pro meritis in claſſes deſcripſerit: cum enim indole diſſimiles eſſent, par non erat, ut omnibus ex æquo eadem largiretur. Indignum etiam fuiſſet, aliis pretioſiſſima quæque audienda proponere, aliis nihil indulgere, eoſque plane excludere: quod equidem communicationis & æqualitatis legibus adverſum erat futurum. Ideoque, dum quibuſvis juſtam convenientis doctrinæ portionem tribuit, utilitatem inter omnes partitus eſt pro virili, & juſtitiæ diſtributivæ munia implevit, congruentem unicuique inſtructionem largitus. Hacque etiam ratione alios *Pythagoreos* appellavit, alios vero *Py-*

τὴν ἐπιμέλειαν, καὶ ὅτως ἀναγκαιοτάτην [26] ὡς τὸ δεῖν μαθημάτων πρὸ φιλοσοφίας παιδεύειν Πυθαγόρας, πολὺ τε ἐξαίρετον ἐπίστατο ἐξέτασιν ἀκριβεστάτην περὶ τὴν διδασκαλίαν καὶ μετάδοσιν τῶν οἰκείως δεδογμένων, βασανίζων τε καὶ διακρίνων τὰς τῶν ἐντυγχανόντων ἐννοίας, διδάγμασί τε ποικίλοις καὶ θεωρίας ἐπιστημονικῆς μυρίοις εἴδεσι.

ΚΕΦ. ιη'.

ΜΕτὰ δὴ τοῦτο λέγωμεν, ὅπως 80
οὖν ἐγκριθέντας ὑφ' ἑαυτοῦ διήρηκε χωρὶς κατὰ τὴν ἀξίαν ἑκάστους. ἅτε γὰρ τῶν αὐτῶν μετέχειν ἐπίσης πάντας ἢν ἄξιον, μὴ τῶν ὁμοίας ὄντας φύσεως· ἅτι ἄξιον ἦν οὔτε μὲν πάντων τῶν τιμιωτάτων ἀκροαμάτων μετέχειν, οὔτε ᾧ μηδενὸς, ἢ μηδ' ὅλως μετέχειν. καὶ γὰρ τοῦτο ἦν ἀκοινώνητον καὶ ἄνισον. τὸ μέν τοι μεταδοῦναι τῶν ἐπιβαλλόντων λόγων ἑκάστοις τὴν προσήκουσαν μοῖραν, τήν τε ὠφέλειαν ἀπένειμε πᾶσι κατὰ τὸ δυνατὸν, καὶ τὸ τῆς δικαιοσύνης λόγον ἐφύλαττεν, ὅτι μάλιστα τὴν ἀξίαν ἑκάστοις ἀποδιδοὺς ἀκρόασιν· κατὰ δὴ τοῦτον τὸν λόγον, [1] οὓς μὲν Πυθαγορείους καλέσας, οὓς δὲ Πυ-

[26] Ὡς τὸ δεῖν] In his mendum aliquod latere neceſſe eſt, quoniam orationem reddunt ἀνακόλουθον. Quare cum Arcerio legerim, ᾤετο δεῖν.

[1] Τοὺς μὲν Πυθαγορείους καλ.] Vide Schefferum de *Philoſ. Ital.* cap. XI. pag. 100, 101.

θαγορικούς· ὥσπερ Ἀττικάς τινας ὀνομάζομεν, ἑτέρας δὲ Ἀττικιστάς. διελὼν οὕτω πρεπόντως τὰ ὀνόματα, τοὺς μὲν γνησίους εἶναι ἐνεχήσατο, τοὺς δὲ ζηλωτὰς τούτων δηλαδὴ
81 ἐνομοθέτησε. * Τῶν μὲν οὖν Πυθαγορείων κοινὴν εἶναι τὴν οὐσίαν διέταξε, καὶ τὴν συμβίωσιν ἅμα πάντας ἐκ χρόνου διατελεῖν· τοὺς δὲ ἑτέρους ἰδίας μὲν κλήσεις ἔχειν ἐκέλευσε, συνιόντας δὲ εἰς τὸ τοῦτο συνάγεσθαι ἀλλήλοις. καὶ οὕτω τὴν διαδοχὴν ταύτην ἀπὸ Πυθαγόρου κατ' ἀμφοτέρους τοὺς τρόπους συνῆγαγε. κατ' ἄλλον δὲ αὖ τρόπον δύο ἦν εἴδη τῆς φιλοσοφίας· δύο γὰρ ἦν γένη τῶν μεταχειριζομένων αὐτήν, οἱ μὲν Ἀκουσματικοί, οἱ δὲ Μαθηματικοί. τούτων δὲ οἱ μὲν Μαθηματικοὶ ὡμολόγουν Πυθαγορείους εἶναι καὶ τοὺς ἑτέρους. τοὺς δὲ Ἀκουσματικοὺς ἤτοι οὐκ ὡμολόγουν, ἢ τὴν μὲν πραγματείαν αὐτῶν εἶναι Πυθαγόρου, ἀλλ' Ἰππάσου. τὸν δὲ Ἵππασον οἱ μὲν Κροτωνιάτην φασίν· οἱ δὲ
82 Μεταποντῖνον. * Εἰσὶ δὲ ἡ μὲν τῶν Ἀκουσματικῶν φιλοσοφία, ἀκούσματα[2] ἀναπόδεικτα, καὶ ἄνευ λόγων, ὅτι οὕτω πρακτέον, καὶ τἄλλα, ὅσα παρ' ἐκείνοις ἐρρέθη, ταῦτα πειρῶνται διαφυλάττειν ὡς θεῖα δόγματα. [3] αὐτοὶ δὲ παρ' αὐτῶν ἅπερ λέγειν προσποιοῦνται, ἅπερ

thagoriſtas: plane uti quoſdam Atticos, nonnullos autem Atticiſtas dicimus. Ita nominibus apte diſtinctis, quoſdam genuinos eſſe ſtatuit, cæteris vero præſcripſit ut ſe horum imitatores præſtarent. Pythagoreis igitur bonorum omnium communionem indixit, eosque per omnem vitam una degere voluit: cæteris autem præcepit, ut ſuas quiſque opes ſeorſim poſſiderent, ſed ſtudiorum communium gratia in unum locum convenirent: hicque philoſophandi modus à Pythagora uterque ad ſucceſſores tranſlatus duravit. Juxta aliam philoſophandi formam, ſectatores Pythagoræ dividebantur in *acuſmaticos* & *mathematicos:* quorum hoſce reliqui Pythagoreos confitebantur; ſed mathematici negabant acuſmaticos tales eſſe: utpote qui non à Pythagora, ſed ab Hippaſo, quem Crotoniatam quidam, alii vero Metapontinum faciunt, diſciplinam ſuam haberent. Verſatur autem Acuſmaticorum philoſophia circa auditiones demonſtratione aut ratione deſtitutas: quippe ſaltem, quod ita agendum ſit, aliaque quæ ab Illo acceperunt præcepta, ut divina dogmata cuſtodire annituntur; ipſi vero ea neque ſe enarrare profi-

[2] Ἀναπόδεικτα] Antea male, ἀναπόδεικτα.

[3] Αὐτοὶ δὲ παρ' αὐτῶν ἅπερ λέγ.] Locum hunc antea mutilum ex codice MS.

tentur, neque omnino enarrari poſſe: ſed inter ipſos exiſtimant ad prudentiam eos optime inſtructos eſſe, qui plurima Ejus dicta tenerent. Hæc vero in tres claſſes diviſa ſunt: quædam enim indicant quid res ſit: nonnulla, quid ſit maxime: aliqua quid faciendum ſit, quid non. Ea quæ verſantur circa quæſtionem quid res ſit, hujuſmodi ſunt: quid ſint beatorum inſulæ, Sol, Luna? quid ſit Oraculum Delphicum, tetractys? quænam ſit harmonia, qua canebant Sirenes? Ea autem, quibus quæritur, quid ſit maxime, ſic ſe habent: quid ſit juſtiſſimum? ſacra facere: quid ſapientiſſimum? numerus; ac deinceps quod rebus nomina impoſuit: quid in rebus humanis ſapientiſſimum? medicina: quid pulcherrimum? harmonia: quid robuſtiſſimum? mens: quid optimum? beatitudo: quid veriſſime dictum? quod homines mali ſint: unde & Poëtam Salaminium Hippodamantem ab ipſo laudatum ajunt, quia cecinerat:

O DI! quo genere eſtis? quave ab origine tales?
Unde homines vobis tam pravi eſt ſeminis ortus?

λεκτέον εἶναι, ἀλλὰ δ' αὐτῶν ὑπολαμβάνουσι τούτους ἔχειν βέλτιστα πρὸς φρόνησιν, οἵτινες πλεῖστα ἀκούσματα ἔχουσι. πάντα δὴ τοιαῦτα ἀκούσματα διήρηται εἰς τρία εἴδη. τὰ μὲν γὰρ αὐτῶν, τί ἐστι, σημαίνει· τὰ δὲ, τί μάλιστα· τὰ δὲ, τί δεῖ πράττειν, ἢ μὴ πράττειν. τὰ μὲν οὖν, τί ἐστι, τοιαῦτα· οἷον, τί ἐστιν αἱ μακάρων νῆσοι, ἥλιος, σελήνη; τί ἐστι τὸ ἐν Δελφοῖς μαντεῖον, τετρακτύς; [4] ὅπερ ἐστὶν ἡ ἁρμονία, ἣν αἱ Σειρῆνες. τὰ δὲ, τί μάλιστα, οἷον, τί τὸ δικαιότατον; θύειν. τί τὸ σοφώτατον; ἀριθμός. δεύτερον δὲ, τὸ τοῖς πράγμασι τὰ ὀνόματα τιθέμενον. τί σοφώτατον τῶν παρ' ἡμῖν; ἰατρική. τί κάλλιστον; ἁρμονία. τί κράτιστον; γνώμη. τί ἄριστον; εὐδαιμονία. τί δὲ ἀληθέστατον λεγέν; ὅτι πονηροὶ οἱ ἄνθρωποι. διὸ δὴ ποιητὴν Ἱππόδαμαντα φασὶν ἐπαινέσαι αὐτὸν, τὸν Σαλαμίνιον, ὃς ἐποίησεν,

Ὦ θεοὶ, πόθεν ἐστὲ, πόθεν τοιοῦδ' ἐφύεσθε;
Ἄνθρωποι, πόθεν ἐστὲ, πόθεν κακοὶ ὧδε φύεσθε;

ſupplevi. In priore enim Edit. deſunt verba hæc, ὅπερ λέγειν ὠφελοῦντες, ὅπερ λεκτέον εἶναι· ἀλλὰ δ' αὐτῶν. Pro παρ' αὐτῶν autem, abſque dubitatione reſcribendum eſt, περὶ αὐτῶν, ſenſu ſic exigente.

[4] Ὅπερ ἐστὶν ἡ ἁρμ.] Locus eſt obſcurus, ex quo ut commodus aliquis ſenſus eliciatur, ſcribendum puto, τί ἐστιν ἡ ἁρμονία, ἣν ἦδον αἱ Σειρῆνες. Sed, ut verum fatear, mihi ipſe non ſatisfacio.

83 * Ταῦτα δ' ποιοῦτα ἐστὶ τὰ τότε τῆς γλώττης ἀκούσματα. ἕκαστον γὰρ τῶν ποιητῶν, μάλιστα τί ἐστιν. ἐστὶ δὲ αὕτη ἡ αὐτὴ τῇ τῶν ἑπτὰ σοφιστῶν λεγομένῃ σοφίᾳ. καὶ γὰρ ἐκεῖνοι ἐζήτουν, ἁ τί ἐστι τ' ἀγαθὸν, ἀλλὰ, τί μάλιστα· ἁδὲ, τί τὸ χαλεπὸν, ἀλλὰ τί τὸ χαλεπώτατον; ὅτι τὸ αὐτὸν γνῶναι ἐστιν. ἁδὲ, τί τὸ ῥᾴδιον, ἀλλὰ τί τὸ ῥᾷστον; ὅτι [5] τῷ ἔθει χρῆσθαι. τῇ ποιαύτῃ γὰρ σοφίᾳ μεμηκολουθηκέναι ἔοικε τὰ ποιαῦτα ἀκούσματα. πρότερον γάρ ἔφη Πυθαγόρας ἐγγίνεσθαι. τὰ δὲ, τί πρακτέον, ἢ ἁ πρακτέον, τῶν ἀκουσμάτων ποιαῦτα ἐστίν· οἷον, ὅτι δεῖ τεκνοποιεῖσθαι. [6] δεῖ γὰρ ἀντικαταλιπεῖν τοὺς θεραπεύοντας τ' θεόν. ἢ, [7] ὅτι δεῖ τ' δεξιὸν ὑποδεῖσθαι πρότερον· ἢ, ὅτι ἁ δεῖ τὰς λεωφόρους βαδίζειν ὁδὸς, ἁδὲ εἰς ξυρράντηριον ἐμβάπτειν, ἁδὲ ἐν βαλανείῳ λούεσθαι. ἄδηλον [8] γὰρ ἐν πᾶσι τούτοις, εἰ
84 καθαρεύουσιν οἱ κοινωνοῦντες. * Καὶ ἄλλα τοιάδε· Φορτίον μὴ συγκαθαιρεῖν· ἁ γὰρ δεῖ αἴτιον γίνεσθαι ἁ μὴ πονεῖν· σωματοφόρᾳ δέ. Χρυσὸν

Hæc atque hujuſmodi ſunt iſtius ſcholæ dicta: ſingula enim horum oſtendunt, quid ſit maxime: & hæc eadem eſt cum illa ſeptem Sophorum ſapientia: nam & illi quærebant, non quid ſimpliciter bonum eſſet; ſed quid maxime tale: nec quid difficile, ſed quid difficillimum; nempe, ſeipſum noſſe: neque quid facile, ſed quid facillimum; ſcilicet, facere quod adſueveris. Hujus enim ipſius ſapientiæ imitatione dicta iſta videntur prodita eſſe: utpote cum illi ſeptem Pythagora antiquiores fuerint. Quod porro præcepta de iis quæ facienda, quæve omittenda ſint, attinet, ea talia erant. Liberos eſſe ſuſcipiendos. Dextro pedi calceum prius eſſe induendum: neque via publica ingrediendum; neque in aquiminali intingendum; neque in balneo lavandum; nam circa omnia iſta incertum eſte, an qui iis una utuntur, puri ſint: aliaque hujus generis iſta. Non ad onus ſublevandum, ne ſimus cauſa non laborandi; ſed ad imponendum, opem præſtari debere. Cum muliere aurum geſtante non eſſe rem haben-

[5] Τῷ ἔθει] Sic codex MS. At prior Edit. corrupte, τῷ ἔθνη χρῆσθαι: cui loco, ut deſperato, Arcerius aſteriſcum appoſuerat.

[6] Δεῖ γὰρ ἀντικαταλιπεῖν τοὺς θεραπ.] Eandem procreandorum liberorum cauſam tradit Plato lib. VI. *de Legib.* p. 622. Χρὴ τῆς ἀεὶ γενομένης φύσεως ἀντέχεσθαι τῷ παῖδας παίδων καταλείπειν, ἀεὶ τῷ θεῷ ὑπηρέτας ἀπ' αὐτῶν παραδιδόντα. Sic enim locum hunc corrigo.

[7] Ὅτι δεῖ τ' δεξιὸν ὑποδ.] De hoc aliiſque Symbolis Pythagoricis vide etiam Noſtrum in *Protreptico* ſub finem, & Interpretes ad Laërtium in *Pythagora*.

[8] Ἄδηλον γὰρ ἐν πᾶσι τούτοις, εἰ καθαρ.] Sic locum hunc ex MS. emendavi. Antea enim peſſime legebatur, ἀ δῆλον γὰρ ἐν πᾶσι τούτοις οἱ καθεύδουσιν οἱ κοιν.

dam liberorum procreandorum cauſa. Non loquendum ſine lumine. Diis ab anſa calicis libandum, ominis cauſa, & ne ab eadem parte bibatur. In annulo non geſtandam Dei imaginem, ne inquinetur; ſimulacrum enim eſſe quod domi ſtatuendum ſit. Uxorem non eſſe male tractandam; ſupplicem quippe; unde illam etiam ab ara ducimus, dextraque data accipimus. Nec gallum album lædendum; quia & hic ſupplex Lunæ ſacer eſt; unde & horas denunciat. Conſilium poſcenti, nullum aliud quam optimum dandum; rem enim ſacram eſſe conſilium. Laborare, bonum; voluptatibus vero indulgere, omnino malum. Cum enim ad luendas pœnas naſcamur, pœnas etiam nos luere debere. Sacrificandum, & templum ingrediendum nudis pedibus. Ad templum non eſſe è via divertendum; non enim obiter aut in ſecundis curis Deum habendum eſſe. Bonum eſſe vulneribus adverſo pectore exceptis occumbere; malum vero,

ἐχούσῃ μὴ πλησιάζειν ἐπὶ τεκνοποιίᾳ. Μὴ λέγειν ἄνευ φωτός. Σπένδειν τοῖς θεοῖς ἀπὸ τοῦ ἐς τὴν κύλικα, οἰωνοῦ ἕνεκα, καὶ ὅπως μὴ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ πίνῃ. Ἐν δακτυλίῳ μὴ φέρειν σημεῖον θεοῦ εἰκόνα, [9] ὅπως μὴ μιαίνῃ. ἄγαλμα γάρ, ὅπερ δεῖ φυτεύσαι ἐν τῷ οἴκῳ. Γυναῖκα δὲ δεῖ διώκειν τὴν αὐτοῦ. ἱκέτις γάρ. διὸ καὶ [10] ἀφ' ἑστίας ἀγόμεθα, καὶ ἡ λῆψις ἀπὸ δεξιᾶς. μηδὲ [11] ἀλεκτρυόνα λευκὸν θύειν· ἱκέτης γάρ, ἱερὸς τοῦ μηνός· διὸ καὶ σημαίνουσιν ὥραν. * Καὶ συμβουλεύειν μηδὲν 85 ἄλλο τὸ βέλτιστον τῷ συμβουλευομένῳ. ἱερὸν γὰρ [12] συμβουλή. Ἀγαθὸν, οἱ πόνοι· αἱ δὲ ἡδοναὶ ἐκ παντὸς τρόπου κακόν. Ἐπὶ κηδείαν γὰρ ἐλθόντας δεῖ κηδεύεσθαι. Θύειν χρὴ ἀνυπόδετον, καὶ πρὸς τὰ ἱερὰ προσιέναι. [13] Εἰς ἱερὸν δὲ δεῖ ἐκτρέπεσθαι· οὐ γὰρ πάρεργον δεῖ ποιεῖσθαι [14] τὸν θεόν. Τιμωροῦνται δὲ ἔχοντα τραύματα ἐν τῷ ἔμπροσθεν πλουτῆσαι ἀγαθόν. ἐναντίως δὲ,

[9] Ὅπως μὴ μιαίνῃται] In priore Edit. particula negativa μὴ male exciderat.

[10] Ἀφ' ἑστίας ἀγόμεθα] Vide ſupra, Num. 48.

[11] Ἀλεκτρυόνα λευκὸν θύειν] In priore Edit. vox θύειν deeſt: quam huic loco reddidi, auctoritate ipſius Jamblichi in *Protreptico*, pag. 146. ubi ait, Ἀλεκτρύονα τρέφε μέν, μὴ θύε δέ.

[12] Συμβουλή. Ἀγαθὸν οἱ π.] Antea abſque diſtinctione legebatur, συμβουλὴ ἀγαθὸν οἱ π. quam confuſionem non animadvertens Arcerius, συμβουλῆς ἀγαθὸν οἱ πόνοι, legendum cenſuit, vertitque, *Labores enim conſilii donum ſacrum ſunt*: quo quid a vero ſenſu alienius dici potuit?

[13] Εἰς ἱερὸν δὲ δεῖ ἐκτρέπεσθαι· οὐ γὰρ π.] Porphyrius *de Vita Pyth.* præceptum hoc Pythagoricum ſic effert, Παραινεῖν μὴ ὡς παρέργου τοῦ θεοῦ, ἀλλ' ὅλῳ θεῷ ἐπιτρέπειν ἑαυτόν.

[14] Τὸν Θεόν] Cum Arcerio τὸ θεῖον lego.

ἐναντίον. [15] εἰς μόνον τ̃ ζώων οὐκ εἰσέρχεται ἀνθρώπου ψυχή, ἃ θέμις ἐστὶ τυθ̃ναι. Διὰ τοῦτο τ̃ θυσίμων χρὴ ἐσθίειν μόνον, οἷς ἂν τὸ ἐσθίειν καθήκῃ· ἄλλου δὲ μηδενὸς ζώου. τὰ μὲν οὖν τοιαῦτα τ̃ ἀκουσμάτων ἐστί. τὰ δὲ πλεῖον ἔχοντα μῆκος, περί τε θυσίας, καθ' ἑκάστους τοὺς καιροὺς πῶς χρὴ θυεῖν, τίς τε ἄλλος, καὶ περὶ μεταλήψεως τ̃ ἐντεύθεν, καὶ περὶ τ̃ς ταφ̃ς, πῶς
86 δεῖ καταθάπτεσθαι. * Ἐπὶ ἐνίων μὲν οὖν ἐπιλέγεσθαι δεῖ· οἷον, ὅτι δεῖ τεκνοποιεῖσθαι, ἕνεκα τοῦ καταλιπεῖν ἕτερον ἀνθ' ἑαυτοῦ θεῶν θεραπευτήν. τοῖς δὲ ἀδείοις λόγου πρόσεστι. καὶ ἔνια μὲν τῶν ἐπιλεγομένων δίχα προσαφυκέναι, ἅπερ ἂν ᾖ· ἔνια δὲ πόρρω· οἷον περὶ τοῦ τ̃ ἄρτον μὴ καταγνύναι, ὅτι πρὸς τ̃ ἐν ᾅδου κρίσιν [16] συμφέρει. αἱ δὲ προσθήκαι εἰκότολογίαι περὶ τ̃ δογμάτων οὐκ εἰσὶ Πυθαγορικαὶ, ἀλλ' ἐνίων ἔξωθεν ἐπισφιζομένων καὶ πειρωμένων προσάπτειν εἰκότα λόγον· οἷον ὁ περὶ τοῦ νῶτα λεχθέντος, Διὰ τί δεῖ καταγνύναι τ̃ ἄρτον. οἱ μὲν γὰρ φασὶν, ὅτι δεῖ τ̃ σωζόντων διαλύειν. [17] τὸ γὰρ δεχαῖον βαρβα-

contrarium. Animam humanam in ea ſaltem animalia non ingredi, quæ mactare fas eſt; ideoque ex immolabilibus illa ſola comedenda, quæ pro victimis cædere licet; à cæteris omnibus abſtinendum. Talia itaque ſunt quæ acuſmaticis præcipiebantur: prolixiſſimæ vero doctrinæ erant de ſacrificiis, quomodo tum alio quovis tempore, tum eo præſertim, quando ex hac vita migrandum eſt, peragenda ſint: item de ſepultura, quomodo inſtituenda ſit. Et quibuſdam quidem ratio adjicienda eſt: exempli gratia: quod ſuſcipiendi ſint liberi, ut poſt te alium ſuccedaneum Deorum cultorem relinquas. Aliis vero ſubjecta ratio non eſt. Quædam porro rationes è propinquo aſſumtæ; nonnullæ vero longius petitæ ſunt: ut quod panis non ſit frangendus, quoniam ad judicium apud inferos conducit. Sed hæ rationes ob veriſimilitudinem additæ, non ſunt Pythagoricæ, ſed quorundam extraneorum, qui eas comminiſcuntur, quive conantur probabilem quandam ſpeciem dictis affingere: ut de eo quod modo dictum eſt, quare panis frangendus non ſit, aliqui quidem ajunt, propterea, quod non oporteat congregationis cauſa factum diſſolvere; cum antiquis moribus barba-

[15] Εἰς μόνον] Μόνα ſcribendum eſſe vir doctus ad marginem codicis Spanhemiani recte monuit.

[16] Συμφέρει] MS. noſter cum negatione habet, οὐ συμφέρει: quod conſiderandum eſt.

[17] Τὸ γὰρ δεχαῖον βαρβ.] Vide Menagium ad Laert. lib. VIII. Num. 35.

rorum omnes amici ad unum panem convenerint: alii vero dicunt, auſpicantem aliquid non oportere frangendo comminuendoque hujuſmodi omen præbere. Ac omnia quidem præcepta, quibus quid agendum, quid non agendum ſit, definiunt, ad divinum Numen tendunt, eſtque hoc principium & eo omnis vita ordinatur, ut Deum ſequamur, atque hujus philoſophiæ iſta ratio eſt, quod ridicule agant homines, qui quod bonum eſt, aliunde quam à Diis petunt: perinde ac ſi quis in provincia Regis poteſtati ſubjecta, quendam è civium numero præfectum colat, neglecto eo qui omnibus dominatur: tale enim quid Pythagorei exiſtimant ab hominibus illis fieri. Cum enim & Deus ſit, & omnibus imperet, in confeſſo eſt, quod bonum à Domino petendum ſit: omnes enim iis bona tribuunt quos amant, quosque ſibi acceptos habent; quos vero contrario affectu proſequuntur, iis contraria immittunt. Et horum quidem ſapientia ita ſe habet. Fuit autem quidam Hippomedon Æ-

ελκῶς πάντες ὅτι ἕνα ἄρτον σωίεσιν οἱ φίλοι. οἱ δ', ὅτι ἐ δεῖ οἰωνὸν ποιεῖσθαι ποιῶν ἀρχόμενον καταγνύντα ⸗ σωτρίβοντα. [18] ἅπαντα μέν τοι, ὅσα ποιεῖ ⸗ πράττειν ἢ μὴ πράττειν διορίζουσιν, ἐσόχασιν πρὸς τὸ θεῖον, [19] καὶ ἀρχὴ αὕτη ἐστὶ, καὶ ὁ βίος ἅπας συντέτακται πρὸς τὸ ἀκολουθεῖν τῷ θεῷ· καὶ ὁ λόγος αὐτός. τοῦτ' ἐστὶ τῆς φιλοσοφίας. * Γελοῖον γὰρ ποιοῦσιν ἄνθρωποι ἄλλοθεν πόθεν ζητοῦντες τὸ εὖ, ἢ παρὰ τῶν θεῶν· καὶ ὅμοιον, ὥσπερ ἂν εἴ τις ἐν βασιλευομένῃ χώρᾳ τῶν πολιτῶν τινὰ ὕπαρχον θεραπεύοι, ἀμελήσας αὐτοῦ ⸗ πάντων ἄρχοντος. τοιοῦτον γὰρ οἴονται ποιεῖν ⸗ τοὺς ἀνθρώπους. ἐπεὶ γὰρ ἐστί τε θεὸς, καὶ ἔστι πάντων κύριος, δεῖν ὁμολογεῖται παρὰ ⸗ κυρίου τὸ ἀγαθὸν αἰτεῖν. πάντες γὰρ, οὓς μὲν ἂν φιλῶσι, καὶ οἷς ἂν χαίρωσι, τοιούτοις διδόασι τ' ἀγαθά. πρὸς οὓς ⸗ ἐναντίως ἔχουσι, τὰ ἐναντία. τούτων μὲν αὕτη ⸗ τοιαύτη σοφία. ἦν δὲ τὶς Ἱππομέδων [20] ἀγελαῖος Αἰνιὺς,

87

[18] Ἅπαντα μέν τοι, ὅσα ποιεῖ ⸗ πράττειν —— ἐναντίως ἔχουσι, τὰ ἐναντία] Totus hic locus repetitur infra, Num. 137. quod & de aliis locis miror. Quid enim crebra illa πανηγυρία opus eſt?

[19] Καὶ ἀρχὴ αὕτη ἐστὶ] Locus hic turbatus eſt & corruptus, quem ſic in ordinem redigo, ἐσόχασιν πρὸς τὸ θεῖον, καὶ ὁ βίος ἅπας συντέτακται πρὸς τὸ ἀκολουθεῖν τῷ θεῷ· καὶ ἀρχὴ αὕτη ἐστὶ καὶ λόγος αὐτός. τοῦτ' ἐστὶ τῆς φιλοσοφίας. Sic expedita ſunt omnia. Vide Nos etiam infra ad Num. 137.

[20] Ἀγελαῖος Αἰνιύς] Arcerius vertit, *ruſticus Æneus*. Sed quid hoc? Vir doctus ad marginem codicis Spanhemiani notaverat, Ἀχαιανιύς. At Nos, deleto ἀγελαῖος, legendum cenſemus, Αἰγιαῖος. Nam infra, cap. ult. inter Ægeos recenſetur *Hippomedon*.

Πυθα-

Πυθαγόρειον, τῶν Ἀκουσματικῶν, ὃς ἔλεγεν, ὅτι πάντων τούτων [21] ἐκείνους λόγους καὶ ἀποδείξεις εἶπεν, ἀλλὰ διὰ τὸ φθονεῖσθαι διὰ πολλῶν καὶ [22] ἀεὶ ἀργοτέρων, [23] τὸν μὲν λόγον ἀφῃρῆσθαι· λελεῖφθαι δὲ αὐτοῖς τὰ προβλήματα. [24] οἱ δὲ περὶ τὰ μαθήματα τῶν Πυθαγορείων, τούτους τε ὁμολογεῖσθαι εἶναι Πυθαγόρου, καὶ αὐτοὶ φασὶν ἔτι μᾶλλον, καὶ ἃ λέγουσιν αὐτοὶ, ἀληθῆ εἶναι. τὴν δὲ αἰτίαν τῆς ἀνομοιότητος τοιαύτην
88 γενέσθαι φασίν. * Ἀφικέσθαι τὸν Πυθαγόραν ἐξ Ἰωνίας καὶ Σάμου καὶ τὴν Πολυκράτους τυραννίδα, ἀκμαζούσης τῆς Ἰταλίας, καὶ γενέσθαι σωνήθεις αὐτῷ σφόδρα πρώτους ἐν ταῖς πόλεσι. τούτων δὴ τοῖς μὲν πρεσβυτέροις καὶ ἀσχόλοις, διὰ τὸ ἐν πολιτικοῖς πράγμασι κατέχεσθαι, [25] ὡς χαλεπὸν ὂν διὰ τῶν μαθημάτων καὶ ἀποδείξεων ἐντυγχάνειν, ψιλῶς διαλεχθῆναι, ἡγούμενον, οὐδὲν ἧττον

geus, Pythagoreus, è numero Acusmaticorum, qui dicebat, quod Ille omnibus hisce rationes demonstrationesque subjecerit; quia vero vulgo à pluribus, iisque semper segnioribus tradebantur, inde factum esse, ut rationibus detractis, sola problemata reliqua manserint. Qui vero inter Pythagoreos Mathematici dicuntur, illi fatentur & istas rationes esse Pythagoræ, & ipsi plura insuper tradunt, quæque dicunt, ea contendunt vera esse: sed causam dissimilitudinis hancce fuisse ajunt: venisse Pythagoram ex Jonia & Samo, Polycrate tyrannide potiente, & florente tum temporis Italia, principesque urbium familiares ipsi factos. Horum seniores cum difficile esset disciplinis & demonstrationibus vacare, utpote occupatos & civilibus negotiis districtos, simpliciter ad eos disseruit; ratus eos nihilominus etiam sine rationibus fructum inde per-

[21] Ἐκείνους] Idem vir doctus recte scribendum hic monuit, ἐκεῖνον, i. e. *Pythagoras.* Sic enim Pythagoram κατ' ἐξοχὴν a sectatoribus suis appellatum fuisse, tum alii testantur, tum etiam Noster paulo post, Num. 89.

[22] Καὶ ἀεὶ ἀργοτέρων] Arcerius scribendum putabat, καὶ ἀναργοτέρων: male omnino. Est enim locus sanus, & mendi expers: quem Obrechtus recte vertit.

[23] Τὸν μὲν λόγον] Sic recte MS. Antea vero male, τὸ μὲν λόγον.

[24] Οἱ δὲ περὶ τὰ μαθ.] Locum hunc sic intellige, ac si scriptum esset, οἱ δὲ μαθηματικοὶ τῶν Πυθαγορείων: ut Obrechtus recte. Deinde, pro τούτους δὲ, sensu exigente rescripsi, τούτους τε.

[25] Ὡς χαλεπὸν ὂν διὰ τῶν μαθ] Propter ἀκολουθίαν orationis scribo, ὅτι χαλεπὸν εἶναι διὰ τῶν μαθημάτων καὶ ἀποδείξεων αὐτοῖς ἐντυγχάνειν. Addo αὐτοῖς, quia dativi præcedentes πρεσβυτέροις & ἀσχόλοις non reguntur a verbo ἐντυγχάνειν, sed διαλεχθῆναι. Deinde, διὰ τῶν μαθημάτων καὶ ἀποδ. ἐντυγχάνειν, non est, *disciplinis & demonstrationibus vacare*, ut eruditus Obrechtus vertit, sed, de disciplinis & demonstrationibus cum aliquo colloqui, vel sermonem conferre.

cepturos esse, si scirent quid agendum foret: perinde ut ii, qui in medentium cura sunt, licet non edoceantur ob quam causam quidque agendum sit, valetudinem tamen recuperant. Quicunque vero inter juniores facultate laborandi discendique pollebant, illos disciplinis & demonstrationibus expoliebat: & se quidem istorum, Acusmaticos autem priorum sobolem esse. Inprimis vero de Hippaso asserunt, quod fuerit quidem è numero Pythagoreorum; cum autem vulgasset descripsissetque sphæram duodecies pentagonon, eum in mari periisse, ut impium, sed inventionis nihilominus gloriam ipsi mansisse; cum tamen omnia fuerint Illius Viri: sic enim suppresso nomine appellant Pythagoram. Geometriam vero Pythagorei ita publicatam fuisse tradunt. Cum quidam Pythagoreus opum suarum jacturam fecisset, concessum esse homini propter hoc infortunium, ut è Geometria quæstum faceret. Vocabatur autem Geometria à Pythagora, *Historia*. Et hæc sunt, quæ de discrimine utriusque modi philosophandi, & de utraque classe auditorum Pythagoræ accepimus: hos enim solos, qui enumerati sunt, intelligendum est, vel intra, vel extra velum, sive videntes, sive non videntes Pytha-

ὠφελεῖσθαι δ' ἀνὰ τὰς αἰτίας, εἰδότας, τί δεῖ πράττειν· ὥσπερ δ' οἱ ἰατρεύόμενοι, ἐπεσκεμμένοις μὲν τὰ αἴτια ἕκαστον πρακτέον, ἐδὲν ἧττον τυγχάνουσι τῆς ὑγείας. ὅσοις δὴ νεωτέροις ἐνετύγχανε, καὶ δυναμένοις πιθεῖν δ' μανθάνειν, τοῖς πιστοῖς δι' ἀποδείξεως καὶ τῶν μαθημάτων ἐνετύγχανεν. αὐτοὺς μὲν δὴ εἶναι ἀπὸ τούτων· ἐκείνους δὴ ἀπὸ τῶν ἑτέρων. περὶ δὲ [26] Ἵππασον μάλιστα, ὃς ἦν μὲν τῶν Πυθαγορείων· διὰ δὲ τὸ ἐξενεγκεῖν δ' γράψαντα πρῶτον σφαῖραν τὸ ἐκ τῶν δώδεκα πενταγώνων, ἀπώλετο καθ' θάλατταν, ὡς ἀσεβήσας· δόξαν δὴ ἔλαβεν, ὡς εὑρὼν· εἶναι δὴ πάντα ἐκείνου τοῦ ἀνδρός· προσαγορεύουσι γὰρ οὕτω τὸν Πυθαγόραν, καὶ οὐ καλοῦσιν ὀνόματι. * Λέγουσι δὴ οἱ Πυθαγόρειοι ἐξενηνέχθαι γεωμετρίαν οὕτως. ἀποβαλεῖν τινὰ τῶν οὐσίαν τῶν Πυθαγορείων. ὡς δὴ [27] τοῦτο ἐτύγχανε, δοθῆναι ἀνθρώπῳ χρηματίσασθαι ἀπὸ γεωμετρίας. ἐκαλεῖτο δὴ ἡ γεωμετρία ὑπὸ Πυθαγόρου, ἱστορία. οὕτω μὲν δὴ τὰ διαφορὰς ἑκατέρας τῆς πραγματείας, καὶ ἑκατέρων τῶν ἀνδρῶν τῶν ἀκροωμένων Πυθαγόρου ταῦτα παρειλήφαμεν. οὗτοι γὰρ εἴσω σιγῶντες, καὶ ἔξω, ἀκροωμένους τοῦ Πυθαγόρου, καὶ οὐ μὴ τὸ ὁρᾶν ἀκούον-

89

[26] Ἵππασον] Hujus Hippasi etiam mentio facta fuit supra, Num. 81.

[27] Τοῦτο ἐτύγχανε] Lego, ὅτως ἠτύγχανε.

τας, ἢ ἄνδρ ἔ ὁρᾶν, καὶ τοῦτ εἴσω, καὶ ἔξω διωρισμένους, τοὺς ἄλλους, ἢ τοῦτ εἰρημένους ὑπολαμβάνειν προσήκει. καὶ τοῦτ πολιτικοὺς δὲ, καὶ οἰκονομικοὺς, καὶ νομοθετικοὺς ὄντας αὐτοῖς ὑποτίθεσθαι χρή.

goram audiviſſe, atque in interiores & exteriores diviſos eſſe: hiſque & Politicos, & Oeconomicos, & Nomotheticos ſubnectere debemus.

ΚΕΦ. ιθ'.

90 Καθόλ ἢ εἰδέναι ἄξιον, ὡς πολλὰς ὁδὸς Πυθαγόρας παιδείας ἀνδρὶ, καὶ κ τὴν οἰκείαν φύσιν ἑκάστ ἑ δύναμιν παρεδίδ τ σοφίας τ ὑπεβάλλετο μοῖραν. τεκμήριον ἢ μέγιστον. ὅτε γὰρ Ἄβαρις ὁ Σκύθης ἐξ Ὑπερβορέων, ἄπειρ τῆς Ἑλληνικῆς παιδείας ὢν ἑ ἀμύητ, καὶ τῇ ἡλικίᾳ προβεβηκὼς ἦλθε, τότε δ' ἀφ' ποικίλων αὐτὸν εἰσήγαγε θεωρημάτων· ἀλλ' ἀντὶ τ σιωπῆς, καὶ τ ἐν τοσούτῳ χρόνῳ ἀκροάσεως καὶ τ ἄλλων βασάνων, αὐθρώως αὐτὸν ὑπεδέξατο [1] ἀκροάσατο πρὸς τ ἀκρόασιν τ αὐτῷ δογματιζομένων, καὶ τὸ περὶ φύσεως σύγγραμμα, καὶ ἄλλο τὸ περὶ θεῶν, ὡς ἐν βραχυτάτοις αὐτὸν ἀνεδί-
91 δαξεν. * Ἦλθε μὲν γὰρ Ἄβαρις ἀπὸ Ὑπερβορέων, [2] ἱερὸς ἔ ἐκεῖ Ἀπόλλων πρεσβύτ καθήκων, καὶ τὰ ἱερατικὰ σοφώτατα, ἀπὸ τῆς

IN genere vero ſciendum eſt, quod Pythagoras multas docendi vias repererit, quodque cuilibet ratam ſapientiæ portionem pro naturali facultate, proque ingenii captu tradiderit. Cujus rei certiſſimum argumentum habetur. Cum enim Abaris Scytha ex Hyperboreis, rudis & diſciplinis Græcorum non initiatus, ætate etiam provectior adveniſſet, eum nequaquam per varias contemplationes circumduxit; ſed omiſſo ſilentio & tam diuturna auſcultatione, aliiſque tentaminibus, ſtatim in familiaritatem & ad dogmata ſua audienda admiſit, commentariumque *de natura*, & alium *de diis*, compendiaria via illum edocuit. Venerat enim Abaris ab Hyperboreis, Apollinis, qui in ea regione colitur, ſacerdos, jam ſenio propior, & rerum ſacrarum ſcientiſſimus;

[1] Ἀκροάσατο] Mendoſe. Vir doctus ad marginem codicis Spanhemiani reſcripſerat, εἰρώτατο: quod non diſplicet. Arcerius conjiciebat, ηγήσατο.

[2] Ἱερεὺς ἔ ἐκεῖ Ἀπόλλων πρεσβύτ καθήκων, καὶ τὰ ἱερὰ σοφ.] Eſt locus admodum corruptus, quem ſic expedio: Ἱερεὺς ἔ ἐκεῖ Ἀπόλλων, πρεσβύτης ἤδη

è Græcia domum remeans, ut aurum, quod corrogaverat, Deo, in ejus apud Hyperboreos templo, conſecraret. Tranſiens autem per Italiam, viſum ſibi Pythagoram, Deo, cujus ipſe erat ſacerdos, aſſimilavit; perſuaſus, non alium, ac ne hominem quidem illi ſimilem, ſed ipſum vere Apollinem eſſe: atque tum propter illa, quæ in Pythagora maxime veneranda deprehendebat, tum propter indicia ipſi ſacerdoti jam antea explorata, telum Pythagoræ reddidit, quod iter ingreſſurus è templo ſumſerat, ut eo ad ſuperandas in tam longa peregrinatione itineris difficultates uteretur. Vehebatur enim illo per invia quæque, qualia ſunt flumina, lacus, paludes, montes, & alia id genus: ac præterea eodem, ut ajunt, luſtrationes quoque peragebat, peſtemque de-

νοῆσαι παγίαν καὶ ἀπαραλόγιστον, οἵαν ἡ μὲν ὄψις διὰ ξ διαβήτου ℭ διὰ τοῦ κανόνος, ἡ νὴ Δία διὰ διόπτρας ἔχει· ἡ δ' ἀφὴ διὰ ξ ζυγοῦ, ἢ διὰ τῆς τ μέτρων ἐπινοίας· ὥσθ' πῃ [2] χαλκοτυπεῖον ἐπάτων, ἔκ τινος δαιμονίας συντυχίας ἐπήκουσε ῥαιστήρων σίδηρον ἐπ' ἄκμονι ῥαιόντων, καὶ οὐκ ἦχος ὡδαμοῦ πρὸς ἀλλήλους ἀποδιδόντων, πλὴν μιᾶς συζυγίας. ἐπεγίνωσκε δ' ἐν αὐτοῖς τήν τε διὰ πασῶν, τήν τε διὰ πέντε, καὶ τὴν διὰ τεσσάρων συμφωνίαν. [3] τὴν δ' μεταξύτητα τῆς τε διὰ τεσσάρων, καὶ τ διὰ πέντε, ἀσύμφωνον μὲν ἑώρα αὐτὴν καθ' ἑαυτὴν, συμπληρωτικὴν δὲ ἄλλως τῆς ἐν αὐτοῖς μειζονότητος.

116 * Ἅσμενος δὴ, ὡς κατὰ θεὸν ἀνυομένης αὐτῷ τ προθέσεως, εἰσέδραμεν εἰς τὸ χαλκεῖον, καὶ ποικίλαις πείραις διὰ τῶν ἐν τοῖς ῥαιστῆρσιν ὄγκων εὑρὼν τ διαφορὰν ξ ἦχε, ἀλλ' ἐ διὰ τὴν τ ῥαιόντων βίαν,

falli neſcium adjumentum, inſtrumento quopiam afferre poſſet; ſicut viſum circinus juvat, & regula, vel certe perſpicillum; tactum trutina & menſurarum inventio: atque prope fabri ferrarii officinam ambulans, caſu quodam divino audivit malleos ſuper incude ferrum emollientes, ſonoſque congruos inter ſe reddentes, una tantum conſonantia excepta. Agnoſcebat enim in illis concentum dia paſon, itemque illum dia pente, & dia teſſaron: illum vero qui inter dia teſſaron & dia pente medius eſt, vidit inter ſe quidem ſymphoniæ expertem eſſe, ſupplere autem quod in illis exuberat. Lætus itaque, quod propoſitum ſibi non ſine divina ope ſuccederet, in officinam ſe conjicit, & variis experimentis cognoſcit, ſoni diverſitatem naſci ex malleorum magnitudine, non vero è cudentium viri-

[2] Παρά π χαλκοτυπεῖον ἐπ.] Eandem de Pythagora hiſtoriam refert Jamblichus noſter *in Nicomachi Arithmet. Introd.* pag. 171. 172. itemque Gaudentius ἐν Εἰσαγωγῇ Ἁρμον. pag. 13. & ſeq. Edit. Meibom. Macrob. lib. 11. cap. 1. *in Somn. Scip.* & Boëthius lib. 1. *de Muſica*, cap. 10. & 11. cujus verba hæc ſunt: *Cum interea divino quodam motu* (Pythagoras) *præteriens fabrorum officinas, pulſos malleos exaudivit ex diverſis ſonis unam quodammodo concinentiam perſonare. Ita igitur ad id, quod diu inquirebat, attonitus, acceſſit ad opus: diuque conſiderans arbitratus eſt diverſitatem ſonorum ferientium vires efficere. Atque ut id apertius colliqueret, mutari inter ſe malleos imperavit:* & quæ ſequuntur. Nam totum locum adducere ſupervacaneum putamus.

[3] Τὴν δ μεταξύτητα τῆς τε διὰ πασ.] Locum hunc ante mutilum ex MS. ſupplevi. In priore enim Edit. deſunt verba hæc, τῆς τε διὰ τεσσάρων, καὶ τ διὰ πέντε, ἀσύμφωνον μὲν ἑώρα αὐτὴν. Cæterum, pro μειζονότητος apud Nicomachum rectius legitur μείζονος. Subintelligitur enim ex præcedentibus συμφωνίας.

bus, neque ex figuris malleorum, aut ex ferri quod cudebatur conversione. Postquam igitur libramentum & malleorum pondera maxime æqualia accurate explorasset, domum rediit, unicumque paxillum parietibus ab angulo ad angulum infixit; ne, si plures essent, aliqua se inde exereret diversitas, aut paxillorum, propriam quisque naturam habentium, varietas suspecta fieret: dein ab hoc paxillo quatuor chordas ejusdem materiæ, & magnitudinis crassitieique, & æqualiter contortas, ex ordine suspendit, singulisque singula pondera ab infima parte alligavit: cumque ita longitudinem fidium omnimodo exæquasset, binas simul chordas alternatim pulsans, dictam consonantiam invenit; aliam nimirum in alia conjunctione. Nam illam, quæ maximo pondere tendebatur, cum ea quæ minimum habebat pondus simul pulsam, dia pason resonare deprehendit. Erat autem altera harum, ponderum duodecim; altera vero sex: adeoque ratione dupli efficiebatur concentus dia pason dictus, ut vel ipsa pondere τε τὰ σχήματα τῶν σφυρῶν, ἐδὲ τὰ τῆς ἐλαιονομίας σιδήρα μεταξεσιν· σηκώματα ἀκριβῶς σκαληνῶν, καὶ ῥοπὰς ἰσοτάτας τῶν βαιοτήρων, πρὸς ἑαυτὸν ἀπηλλάγη, καὶ ἀπό τινος ἑνὸς παρασάλου [4] Διαγωνίου ἐμπεπηγότος τοῖς τοίχοις, ἵνα μὴ καὶ τούτου διαφορά τις ὑποφαίνηται, ἢ ὅλως ὑποτονήτην παρασάλων ἰδιαζόντων ἀπαλλαγὴ, [5] ἀπαρτήσας τέσσαρας χορδὰς ὁμοίους [6], καὶ ἰσοκώλους, [7] ἰσοπαχεῖς τε καὶ ἰσοστρόφους, ἑκάστῳ ἐφ' ἑκάστης ἐξήρτησεν, ὁλκὴν πρόσθησας ἐκ τοῦ κάτωθεν μέρους· τὰ δὲ μήκη τῶν χορδῶν μηχανησάμενος ἐκ παντὸς ἰσότατα. * Εἶτα κρούων 117
ἀνὰ δύο ἅμα χορδὰς ἐναλλάξ, συμφωνίας εὕρισκε τὰς προλεχθείσας, ἄλλην ἐν ἄλλῃ [8] συντυχίᾳ. τὴν μὲν γὰρ ὑπὸ τὴν μεγίστην ἐξαρτήματος τεινομένην πρὸς τὴν ὑπὸ τὴν μικροτάτην, διὰ πασῶν φθεγγομένην καταλάμβανεν. ἦν δὴ ἡ μὲν δώδεκα πινῶν ὁλκῶν, ἡ δὲ ἕξ· ἐν διπλασίῳ δὴ λόγῳ ἀπέφαινε τὴν διὰ πασῶν· ὅπερ καὶ αὐτὰ τὰ βάρη

[4] Διαγωνίου] Sic & paulo inferius, Num. 118. In priore vero Edit. male legebatur Διαφωνίας.

[5] Ἀπαρτήσας] Prior Edit. corrupte ἀπάρτι: at MS. ἀπαρτήσας; pro quo apud Nicomachum rectius legitur ἀπαρτήσας, i.e. *appendens*.

[6] Ὁμοίους] Prior Edit. ὁμόλους: at codex MS. ὁμωλέους: pro quo per diæresin ὁμοΰλους (ut recte est apud Nicomachum) scribendum esse, quis non videt.

[7] Ἰσοπαχεῖς] Sic legendum esse recte vidit Obrechtus. In codice MS. erat, ἰσοπαλαχεῖς: at in Edit. Arcerii, ἰσοπαλεῖς: utrumque vitiose.

[8] Συντυχίᾳ] Συζυγίᾳ legendum esse non dubitabit, qui Musicos veteres legerit. Et sic recte Nicomachus.

ὑπέφαινε. τὴν δ' αὖ μεγίστῳ πρὸς τὴν πρὸς τὴν [9] μικροτάτην, δέκα ὀκτὼ ὀλκῶν, διὰ πέντε συμφωνεῖσαν· ἔνθεν τοίνυν ἀπέφαινεν [10] ἐν ἡμιολίῳ λόγῳ, ἐν ᾧπερ αἱ ὀλκαὶ ὑπῆρχον πρὸς ἀλλήλας. πρὸς δὲ τὴν μετ' αὐτὴν μὲν τῷ βάρει, τῶν δὲ λοιπῶν μείζονα, ἐννέα σταθμῶν ὑπάρχουσαν, τὴν διὰ πασάρων, ἀναλόγως τοῖς βεβήκει· ᾗ [11] παύτην δὴ ἐπίτριτον ἄντικρυς καταλαμβάνει, ἡμιολίαν τὴν αὐτὴν φύσει ὑπάρχουσαν τῆς μικροτάτης.

118 * Τὰ γὰρ ἐννέα πρὸς τὰ ἕξ [12] ὅτως ἔχει, ὄνπερ τρόπον, ἡ πρὸς τὴν μικράν, ἡ ὀκτὼ, πρὸς μὲν τὰ ἓξ ἔχουσιν ἐν ἐπιτρίτῳ λόγῳ ἦν· πρὸς δὲ τὰ δώδεκα, ἐν ἡμιολίῳ. τὸ ἄρα μεταξὺ τῆς διὰ πέντε, καὶ τῆς διὰ πασάρων, ᾧ ὑπερέχει ἡ διὰ πέντε τῆς διὰ πασάρων,

ra indicabant. Porro maximam illam, ad minimæ proximam, octo pondera habentem, dia pente conſonare obſervavit; adeoque judicavit eas habere hemiolii inter ſe rationem, in qua & pondera illa erant erga ſe invicem: ad eam autem quæ pondere proxima, reliquiſque major, novem habebat libras appenſas, ex proportione ponderum, dia teſſaron efficere: hanc autem epitriton manifeſte videbat eſſe ad minimam; cum qua in proportione hemiolii natura ſua conſiſtebat. Nam novem ad ſex ita ſe habent, quemadmodum minimæ proxima octo ponderum exiſtens, ſe habet ad illam quidem, quæ ſex ponderum erat, in epitriti; ad illam vero quæ duodecim, in hemiolii ratione. Quod igitur medium eſt inter dia pente & dia teſſaron, quo dia pente dia teſſaron excedit,

[9] Μικροτάτην] Sic MS. At prior Edit. μακροτάτην: quod ſenſus repudiat. Μικροτάτην enim Jamblichus hic appellat chordam eam, cui minimum pondus appenſum erat: uti contra μεγίστην eam, cui maximum. Vide omnino Macrobium & Boëthium locis ante laudatis, qui ad totum hunc locum clarius intelligendum multum conferent.

[10] Ἐν ἡμιολίῳ λόγῳ] Id eſt, ea proportione, quam habent e. g. duodecim ad octo.

[11] Ταύτην δὴ ἐπίτριτον] Dicere Jamblichus voluit, vel debuit, ἐν ἐπιτρίτῳ λόγῳ. Nam falſum eſt, *novem* eſſe ἐπίτριτον τῶν δώδεκα: cum contra plane ſe res habeat. Recte autem dixeris, novem ad duodecim eſſe ἐν λόγῳ ἐπιτρίτῳ, ſive proportione ſeſquitertia: quoniam *duodecim* continent *novem*, & præterea tertiam ejus numeri partem. Totius ergo loci hujus ſenſus hic eſt; chordam novem ponderum habuiſſe λόγον ἐπίτριτον, ſive proportionem ſeſquitertiam ad chordam duodecim ponderum; ad chordam vero minimam, ſive ſex ponderum, λόγον ἡμιόλιον, ſive ſeſquialteram. Hoc Lectorem monere volui, quia Illuſtrem Obrechtum a vero loci hujus ſenſu aberraſſe videbam.

[12] Οὕτως ἔχει, ὄνπερ τρόπον ἡ πρὸς τὴν μικρ.] Locum hunc ſic lego & diſtinguo, ὅτως ἔχει. καθ' ὃν τρόπον ἡ πρὸς τὴν μικράν, ἡ ὀκτὼ, πρὸς μὲν τὴν, &c. *Nam novem ad ſex ita ſe habent. Pari ratione minimæ proximæ*, &c.

confirmabatur eſſe in epogdoi i. e. in qua novem ad octo, proportione: & utrinque probabatur, quod concentus dia paſon eſſet contextus quidam, junctis ſive dia pente & dia teſſaron, quemadmodum jungitnr ratio dupli, hemiolii, & epitriti; ut duodecim, octo, ſex: ſive vice verſa dia teſſaron & dia pente, ut ratio dupli, epitriti, & hemiolii; exempli gratia, duodecim, novem, ſex. Hac ratione atque via, cum & manum & auditum ad pondera adpenſa conformaſſet, atque ſecundum ea rationem proportionum ſtabiliviſſet, facili artificio illam communem paxilli, qui duobus parietibus ab angulo ad angulum infixus erat, lineam, ex qua chordæ religatæ erant, tranſtulit ad caput inſtrumenti, quod *chordotonon* voca-

ἐβεβαιῶτο [13] ἐν ἐπογδόῳ λόγῳ ὑπάρχειν, ἐν ᾧπερ τὰ ἐννέα πρὸς τὸ ὀκτώ· ἑκατέρως τε ἡ διὰ πασῶν σύμφημα ἠλέγχετο, ἤτοι ἡ διὰ τεσσάρων, καὶ διὰ πέντε ἐν συναφῇ· ὡς ὁ διπλάσιος λόγος ἡμιολίῳ τε καὶ ἐπιτρίτῳ, οἷον δώδεκα, ὀκτώ, ἕξ· ἢ ἀναστρόφως, τῆς διὰ τεσσάρων ἅμα τῇ διὰ πέντε, ὡς τὸ διπλάσιον ἐπιτρίτῳ τε καὶ ἡμιολίῳ, οἷον δώδεκα, ἐννέα, ἕξ, ἐν τάξει ταυτῇ [14] διὰ πασῶν, τὴν γλῶσσαν ἅμα τῷ χεῖρα καὶ τὸ ἀκοὴν πρὸς τὰ ἐξαρτήματα [15], καὶ βεβαιώσας πρὸς αὐτὰ τὸ τῶν σχέσεων λόγον, μετέθηκεν εὐμηχάνως τὸ μὲν τῶν χορδῶν κοινὸν [16] ἀπόδοσιν, τὴν δὲ διαγωνίᾳ παστάλῳ, εἰς τὸν [17] τῷ ὀργάνῳ βαθῆρα, ὃν χορδότονον ὠνό-

[13] Ἐβεβαιῶτο ἐν ἐπογδόῳ λόγῳ] Antea peſſime legebatur, ἐκβεβαιῶτο ἐν ἐπιτρίτῳ λόγῳ.

[14] Διὰ πασῶν, τῷ γλῶσσαν δὲ καὶ τ.] Locus hic procul dubio corruptus eſt; in quo emendando me fruſtra, fateor, torſi. Quare tentet alius, me felicior. Non enim omnes omnia poſſumus. Obrechtus pro διὰ πασῶν legiſſe videtur διαπλάσων; ut verſio ejus fidem facit. At vir doctus ad marginem codicis Spanhemiani ſcribendum ſuſpicabatur, διατάσων. Sed neutra conjectura mihi ſatisfacit. In MS. pro τῷ γλῶσσαν ſcriptum erat τυλώσεις: corrupte utique & nullo ſenſu. Apud Nicomachum locus hic ita legitur & diſtinguitur, ἐν τάξει ταυτῇ. τυλώσεις δὲ τῷ χείρῃ, &c.

[15] Ἐξαρτήμασι] Male ante, ἐξαρτύμασι. Dicuntur autem hic ἐξαρτήματα, pondera chordis appenſa; ut Obrechtus recte vertit.

[16] Ἀπόδοσιν] Sic etiam Nicomachus. At Arcerius, Obrechtus, & vir doctus ad marginem codicis Spanhemiani, recte legerunt ὑπόδεσιν: quamvis Meibomius emendationem hanc rejiciat; in quo me non habet aſſentientem. Quid enim hic ſibi vult ὑπόδεσιν. At ὑπόδεσιν δὲ διὰ παστάλου, eſt, religatio (chordarum) ex clavo: ſenſu manifeſto & neceſſario. Deinde ſcribitur, τῷ δὲ διαγωνίᾳ παστάλῳ. Sed ſenſus exigit, ut legatur, τῷ δὲ διαγωνίᾳ παστάλῳ.

[17] Τῷ ὀργάνῳ βαθῆρα, ὃν χορδότονον ὠν.] Jamblichus hic βαθῆρα ſive χορδότονον vocat partem illam inferiorem lyræ, cui chordæ annexæ erant. Ei in parte ſuperiore reſpondebant κόλοπες, ſive verticilli; quippe qui chordas ab altera parte

μαζε· τῷ δὲ [18] ποσὴν ἡ ἐπίτασιν ἀναλόγως τοῖς βάρεσιν εἰς τὴν τῶν κολλάβων [19] ἄνωθεν σύμμετρον πε-
119 ελιτροφιώ. * Ἐπεβάθρα τε ταύτῃ χρώμενος, καὶ οἷον ἀνεξαπατήτῳ γνώμονι, εἰς ποικίλα ὄργανα τῷ πεῖραν λοιπὴν ἐξέτεινε· λεκίδων τε κρᾶσιν, καὶ αὐλῶν, καὶ σύριγγος, καὶ μονόχορδα, καὶ τρίγωνα, καὶ τὰ ὁμοταπήσια. καὶ σύμφωνον εὗρε σκεν ἐν ἅπασι, καὶ ἀπαραλλακτον τὴν διὰ ἀριθμῶν καταληψιν. [20] ὀνομάσας ὑπάτῃ μὲν τὸ τῶ ἐξ ἀριθμῶ κοινωνοῦντα φθόγγον· μέσῃ δὲ, τὸν ἕβδομον· παρυπάτῃ δὲ, τὸν ἕνατον, τόνῳ τῆ μέσῃ ὀξύτερον, καὶ δὴ καὶ ἐπόγδοον· νήτῃ δὲ, τὸν ἕνδεκα. καὶ τὰς μεταξύτητας καὶ τὸ διατονικὸν γένος συναναπληρώσας φθόγγοις ἀναλόγοις, ἕως τῷ

bat: chordas vero clavorum ſuperiorum, commenſurata ad ponderum proportionem eorundem converſione, intendebat. Atque hoc fundamento, & quaſi infallibili norma uſus, ad varia deinceps organa experimentum protulit; nempe ad pulſationem patellarum, ad tibias, ad fiſtulas, ad monochorda, ad trigona, & ſimilia: atque in his omnibus deprehendit conſonam & immutabilem illam per numeros comprehenſionem. Nominabat autem hypaten ſonum numeri ſenarii participem; meſen, octonarii, qui illius exiſtit epitritus; parameſen vero, novenarii quidem participem, tono autem uno acutiorem, quam eſt meſe, atque illius epogdoon; neten denique, de duodenario participantem. Cumque juxta genus diatonicum, interjecta ſpatia proportionatis ſonis exple-

tendebant. Senſus ergo totius loci hujus, quem Obrechtus paulo obſcurius vertit, hic eſt; Pythagoram, in conficiendo inſtrumento Muſico, uſum clavi, ſive paxilli, parieti infixi, ex quo chordæ religatæ erant, tranſtuliſſe ad limen, ſiue chordotonon lyræ, cui chordas annectebat; uſum vero ponderum, quæ chordis appenſa erant, eaſdemque tendebant, ad κόλλοπας, ſive verticillos; quippe quorum converſione Pythagoras ita intendebat chordas, ut tenſio illa ponderibus proportione reſponderet.

[18] Ποσὴν] Arcerius τάσιν legendum putat: ſed conjecturam ejus probare non poſſum. Nam τάσιν & ἐπίτασιν idem prorſus eſt. Ego nulla mutatione, abjecto tantum τῇ ἡ, lego, ποσῷ ἐπίτασιν: ſenſu omnino claro. Apud Nicomachum certe particula ἡ deeſt: ſed apud quem pro ἐπίτασιν minus recte legitur, ἀνάτασιν.

[19] Κολλάβων] Id eſt, verticillorum, quibus intenduntur chordæ: unde κολλάβωσις, intenſio chordarum, quæ fit verticillis. Vox iſta reſtituenda eſt Jamblicho noſtro in Nicomachi *Introduct. Arithmet.* pag. 171. ubi hodie male legitur, κολόβωσιν: quod eruditus interpres Sam. Tennulius, *amputationem* vertit; ſenſu prorſus refragante, ut cuilibet patebit, qui locum ipſum inſpicere voluerit.

[20] Ὀνομάσας δὲ ὑπάτῃ μὲν τὸν τῶ ἐξ ἀριθμ.] Confer cum hoc loco Nicephorum in Syneſium *de Inſomn.* pag. m. 97. & Plutarchum *de Muſica*, pag. m. 1139.

viſſet, octochordum conſonis numeris ordinavit : nempe duplo, hemiolio, epitrito, & qui hos diſterminat, epogdoo. Atque hac quidem ratione progreſſum, naturali quadam neceſſitate à graviſſimo ad acutiſſimum tendentem, juxta diatonicum illud genus, invenit. Quod autem chromaticum genus & harmonicum attinet, illa itidem ex diatonico liquidiora reddidit; ut aliquando cum *de Muſica* tractaturi ſumus, demonſtrare licebit. Cæterum diatonicum hocce genus à natura tales videtur gradus & proceſſus habere: ſemitonium, deinde tonus, & deinde tonus; & hoc eſt dia teſſaron, compoſitio duorum tonorum & ſemitonii. Poſtea adſumto alio tono i. e. inſititio illo, fit dia pente, nempe ſyſtema trium tonorum & ſemitonii: deinceps poſt illud, ſemitonium, & tonus, & tonus, dia teſſaron aliud, hoc eſt epitriton. Adeoque in veteri quidem heptachordo omnes toni inde à graviſſimo quarti à ſe invicem, dia

ὀκτάχορδον [21] ἀριθμοῖς συμφώνοις ὑπέπηξε, διπλασίῳ, ἡμιολίῳ, ἐπιτρίτῳ, καὶ τῇ τούτων διαφορᾷ ἐπογδόῳ. * Τῷ δὲ πρόσθασιν 120
ἀνάγκη τινὶ φυσικῇ ἀπὸ βαρυτάτου ἐπὶ τὸ ὀξύτατον, καλὸν τοῦτο τὸ διατονικὸν γένος ἔστως εὗρεσκε. τὸ γὰρ χρωματικὸν καὶ ἐναρμόνιον γένος αὖθις ποτὲ ἐκ τοῦ αὐτοῦ διετεράνωσεν, ὡς ἐνέσται ποτὲ δεῖξαι, ὅταν [22] περὶ μουσικῆς λέγωμεν. ἀλλὰ τόγε διατονικὸν γένος τοῦτο δοῦ βαθμοὺς καὶ τὰς προόδους τοιαύτας τινὰς φυσικὰς ἔχειν φαίνεται, ἡμιτόνιον [23], εἶτα τόνον· καὶ τοῦτ' ἔστι διὰ τεσσάρων, σύστημα δύο τόνων, καὶ τοῦ λεγομένου ἡμιτονίου. εἶτα προσληφθέντος ἄλλου τόνου, τετάρτου τοῦ μεσεμβληθέντος, ἡ διὰ πέντε γίνεται, σύστημα τριῶν τόνων καὶ ἡμιτονίου ὑπάρχουσα. εἶθ' ἑξῆς τούτῳ ἡμιτόνιον, [24] καὶ τόνος ἄλλος διὰ τεσσάρων, τοῦτ' ἔστιν, ἄλλο ἢ ἐπίτριτον. ὥστε ἐν μὲν τῇ ἀρχαιοτέρᾳ τῇ ἐπαχόρδῳ πάντας ἐκ δοῦ βαρυτάτου ἀπ' ἀλλήλων τεταρτους

[21] Ὀκτάχορδον] Lyræ Pythagoricæ octochordæ ſchema exhibet modo laudatus Nicephorus in Syneſium *de Inſomn.* pag. 98.

[22] Ὅταν περὶ μουσικῆς λέγωμεν] Opus hoc Jamblichi de Muſica hodie non amplius exſtat. Meminit autem ejus idem Jamblichus in Nicomachi *Introduct. Arithmet.* pag. 171. ubi ait, Ἃ νῦν παρείημεν ἐκθησόμεθα, ὡς εὐκαιρότερον ὂν ἐν αὐτῇ τῇ μουσικῇ εἰσαγωγῇ περὶ αὐτῶν τεχνολογεῖν. Item, pag. ſeq. Τὰς δ' αἰτίας, δι' ἃς τοῦτο συνέβαινε, κατ' οἰκεῖον τόπον ἐν αὐτῇ τῇ Μουσικῇ εἰσαγωγῇ σαφηνιεῖται.

[23] Ἡμιτόνιον, εἶτα τόνον] Supple ex Nicomacho, ἡμιτόνιον, εἶτα τόνον, εἶτα τόνον. Poſteriora enim bis repetenda ſunt.

[24] Καὶ τόνος ἄλλος διὰ τεσ.] Nicomachus plenius & melius, καὶ τόνος, καὶ τόνος· ἄλλος διὰ τεσσάρων, τοῦτ' ἔστιν, ἐπίτριτος.

τὴν διὰ πασάρων ἀλλήλοις δι' ὅλων συμφωνεῖν, τὸ ἡμιτονίῳ κατὰ μετάβασιν, τήν τε πρώτην καὶ τὴν τρίτην χώραν μεταλαμβάνοντα καὶ τὸ τετράχορδον. * Ἐν δὲ τῇ Πυθαγορικῇ τῇ ὀκταχόρδῳ, ἤτοι κατὰ σωαφῆ συσήματι ὑπαρχούσῃ τετραχόρδου τε καὶ πενταχόρδου, ἢ κατὰ διάζευξιν δυοῖν τετραχόρδων τῶν χωριζομένων ἀπ' ἀλλήλων, ὑπὸ τὸ βαρυτάτης ἡ περιχώρησις ὑπάρξει. ὥστε οὐκ ἀπ' ἀλλήλων πέμπτους πάντας φθόγγους, τὴν διὰ πέντε συμφωνεῖν ἀλλήλοις, τῷ ἡμιτονίῳ προβάδην εἰς τέσσαρας χώρας μεταβαίνοντα, πρώτην, δευτέραν, τρίτην, τετάρτην. ἕτω μὲν ἂν τὴ μουσικὴ εὑρῆν λέγεται. καὶ συνεσύμφωνα αὐτὴν παρέδωκε τοῖς ὑπηκόοις ὑπὲ πάντα τὰ κάλλιστα.

121 tessaron secum ubique consonant; semitonio per transitionem quandam in primam, secundam & tertiam tetrachordi regionem sese extendente. In Pythagorica vero octachordo, quæ, si eam conjungas, systema quoddam est tetrachordi & pentachordi, si vero disjungas, duarum tetrachordorum à se invicem separatarum; à gravissimo fiet processus, ut quinti à se invicem distantes omnes soni dia pente inter se consonent; semitonio in quatuor regiones successive progrediente; in primam scilicet, secundam, tertiam, quartam. Hunc itaque in modum Musicam inveniisse fertur: quam postquam stabiliviſſet, discipulis ad pulcherrima quæque administram tradidit.

ΚΕΦ. κζ'.

CAP. XXVII.

122 Ἐπαινεῖται δὲ πολλὰ τῶν κατὰ τὰς πολιτείας πραχθέντων ὑπὸ τῶν ἐκείνῳ πλησιασάντων. φασὶ γάρ, ἐμπεσόντος μέν ποτε τοῖς Κροτωνιάταις ὁρμῆς, πολυτελεῖς ποιεῖσθαι τὰς ἐκφορὰς καὶ ταφάς, εἰπεῖν τινὰ πρὸς τὸν δῆμον ἐξ αὐτῶν, ὅτι Πυθαγόρᾳ διεξιόντα ἀκούσειεν ὑπὲρ τῶν θείων, ὡς οἱ μὲν Ὀλύμπιοι [1] παῖς τῶν θυόντων διαθέσεις,

PORRO multa à discipulis ejus in rerum civilium actu gesta laudibus efferuntur. Cum enim aliquando Crotoniatas cepisset impetus, sumptuosas elationes funerum, sepulturasque faciendi; quidam ex illorum numero ad populum dixit: se audiviſſe ex Pythagora, cum de Diis dissereret, quod cœlestes quidem sacrificantium af-

[1] Παῖς τῶν θυόντων διαθέσεσιν, ἢ τοῦ τ.] Apposite ad hunc locum Porphyrius de *Abstin.* lib. II. §. 15. Μᾶλλον τὸ δαιμόνιον πρὸς τὸ τῶν θυόντων ἦθος, ἢ πρὸς τὸ τῶν θυο-

fectum, non ſacrificiorum numerum ſpectarent; inferi vero è contrario, quaſi ſorte minores, commeſſationibus, & leſſibus, continuiſque libationibus & bellariis, inferiiſque ſumtuoſis gaudeant: ideoque & Orcum, quod ſplendide excipi velit, *Plutonem* vocari. Qui igitur tenuiter eum honorant, illos ab eo in mundo ſuperiori ſini diutius vivere; ex iis vero, qui in funera profuſos ſumptus faciunt, ſemper eum quendam deducere; ut honoribus ad monumenta fieri ſolitis fruatur. Hoc conſilio effecit, ut opinarentur Crotoniatæ, ſe ſalutem ſuam tueri, ſi in adverſis medium tenerent; ſin modum ſumptibus excederent, omnes præmaturo fato morituros. Alter vero, cum litis arbiter, quæ teſte carebat, ſeorſim cum utroque litigante in via proceſſiſſet, cumque ad quoddam monumentum ſubſtitiſſet; ille, inquit, qui in hoc monumento ſitus eſt, ſumma æquitate præditus fuit. Ad hæc alter litigato-

σεσιν, [2] ἀ τῷ τ̃ ϑυομϱύων πλήϑη πϱοσέχϱσιν· οἱ δὲ χϑόνιοι τἀναντίον, ὡς ἂν ἐλαττόνων κληϱονομοῦντες, τοῖς κώμοις & ϑϱήνοις, ἔτι ϑ̃ ταῖς σωνεχέσι χοαῖς, καὶ τοῖς ἀπιφοϱήμασι, καὶ τοῖς μ̃ μεγάλης δαπάνης [3] ἐναγιασμοῖς χαίϱσιν. * Ὅϑεν ἀφ' ὧ τ̃ πϱοαίϱεσιν τ̃ ὑποδοχῆς Πλούτωνα καλεῖσθαι τ̃ ἅϱδλιν· καὶ σὺ μὲν ἀφελῶς αὐτὸν πιμῶντας ἐὰν κατ' τ̃ ἄνω κόσμον χϱόνιον· ἀπὸ δὲ τῶν ἐκκεχυμμένως πϱὸς τὰ πένϑη ἀφικνουμένων, ἀεί τινὰ καϑ-ηγεῖν, ἕνεκα τ̃ τυγχάνειν πιμῶν, τῶν ἀπὶ τ̃ μνήμης γινομένων. ἐκ δὲ τ̃ συμβολίας ταύτης ὑπόληψιν ἐμποιῆσαι τοῖς ἀκούσιν, ὅτι μεϱιάζοντες μὲν ἐν τοῖς ἀτυχήμασι, τὴν ἰδίαν σωτηϱίαν ἀφατηϱοῦσιν· ὑπεϱβάλλοντες ϑ̃ τοῖς ἀναλώμασιν, ἅπαντες πϱὸ μοίϱας καταισϱέψουσιν. * Ἕτεϱον ϑ̃ διαιτητοῦ ϑϱύλλου πινὸς ἁμαϱτύϱου πϱάγματος, χωϱὶς μεϑ' ἑκατέϱου τ̃ ἀντιδίκων ὁδῷ + πϱοάγοντα, [5] καταμνηματίσαντα, φῆσαι τ̃ ἐν τάτῳ κείμενον τῶν ϑ̃ ἀντιδίκων ϑ̃ μὲν πολλὰ κἀγα-

ἀπιεικῆ καϑ' ὑπεϱβολὴν ϑϱύλλου.

123

124

μμένων πλήϑους βλέπει. *Numen mores ſacrificantium potius, quam ſacrificiorum multitudinem ſpectat.* Plures hujus generis ſententiæ paſſim apud Scriptores occurrunt.

[2] Οὐ πᾶ τῶν ϑ.] Sic recte MS. At prior Edit. male, ὅτω τῶν ϑυομ.

[3] Ἐναγιασμοῖς] Ἐναγισμοῖς legendum eſſe monuit etiam Arcerius.

[4] Πϱοάγοντα] Antea male, πϱοσάγοντα. Πϱοάγειν autem hic ſignificat, procedere, vel; progredi.

[5] Καταμνηματίσαντα] Plures voces in unam hic coaluiſſe, recte monuit Arcerius; qui legendum cenſet, καὶ μνῆμα πίσαντα, i. e. ipſo vertente, *eum, qui ad monumentum honores tribuebat.* At Nos potius ſcribendum putamus, καὶ μνημό τισαντα: unica tantum addita literula.

δὲ

ἢ κατᾴξαμένου τῷ πεπλουτηκότι· τοῦ δὲ εἰπόντος, μή πω ἄρ' οὕτω πλείων ἐστί· καταδοξάσας, καὶ παρεχῆθεί τινα ῥοπὴν εἰς τὴν πίστιν τὴν ἐγκωμιάσαντος τὴν καλοκἀγαθίαν. ἄλλον δὲ δίκαιον εἰληφότα μεγάλων, ἑκάτερον πείσαντα τῶν ὑπιτρεψάντων, τὸν μὲν ἀποτίσαι τέτταρα τάλαντα, τὸν δὲ λαβεῖν δύο, καταγνῶναι τρία, καὶ δέξαι δεδωκέναι τάλαντον ἑκατέρῳ. δεμένων δέ τινων ὑπὸ κακουργίας πρὸς γνώμιον τῶν ἀγοραίων ἱμάτιον, καὶ διεπομένων μὴ δίδοναι ἰατέρῳ, μέχρις ἂν ἀμφότεροι παρῶσι· μετὰ δὲ ταῦτα παραλογισαμένων, καὶ συνέγνως τὸ κοινὸν λαβόντος ἰατέρου, καὶ φήσαντος συγκεχωρηκέναι τὸ ἕτερον, εἰ μὴ συκοφαντοῦντος ἑτέρου δὲ μὴ προσελθόντος, καὶ τὴν ἐξ ἀρχῆς ὁμολογίαν τοῖς ἄρχουσιν ἐμφανίζοντος, ἐκδεξάμενον τὸν Πυθαγορείων τινὰ, φῆσαι, τὰ συγκείμενα τῷ ἀνθρώπῳ ποιῆσαι, ἂν ἀμφότεροι παρῶσιν. * Ἄλλων δέ τινων ἐν ἰσχυρᾷ μὲν φιλίᾳ πρὸς ἀλλήλους εἶναι δοκούντων, εἰς ὑποψίαν δὲ πρός τινα τῶν κηλακούντων τὸν ἕτερον ἐμπεπωκότων, ὡς εἴρηκε πρὸς αὐτὸν, ὡς ἡ γυναικὸς ὑπὸ ἰατέρου διεφθαρμένης· ἀπὸ τύχης εἰσελθόντα τὸν Πυθαγόρειον εἰς χαλκεῖον, ἐπεὶ δείξας ἠκονημένῳ μάχαιραν ὀνομίζων ἀδικεῖσθαι, τῷ

rum multa mortuo bona apprecatus est; alter vero, num igitur, inquit, inde locupletior factus est? Hunc itaque sua sententia Pythagoreus damnavit; ille vero, qui honestatis studium laudaverat, momentum non leve eo ipso attulit ad fidem sibi habendam. Alius magnæ rei arbitrio suscepto, utrique compromittentium author fuit; alteri, ut quatuor talenta solveret; alteri, ut duo acciperet: dein reum tribus talentis damnavit; atque ita visus est unicuique talentum donasse. Præterea quidam apud mulierculam circumforaneam, vestem fraudulenter deposuerant, & ne alteri eam redderet, prius quam ambo præsentes adessent, vetuerant. Paulo post eam decepturi, alter commune depositum repetiit, dicens, id cum bona alterius venia fieri; ille vero qui non adfuerat, sycophantia usus, ad judicem pactum ab initio inter ipsos initum detulit: quidam Pythagoreorum excipiens dixit, mulierem satisfacturam pacto convento, cum ambo affuerint. Alii, quibus inter se firma videbatur intercedere amicitia, in tacitam suspicionem erant delapsi, indicante alteri adulatore ipsius, quasi uxor ejus ab amico corrumperetur: forte itaque Pythagoreus ingressus officinam fabri ærarii, ubi ille qui se injuria putabat affectum, monstrans

fabro gladium, quem acuendum illi commiſerat, eidem ſuccenſebat, quaſi non ſatis acuiſſet; ſuſpicatus eſt hunc in eum, qui adulterii delatus erat, comparari. Atque hic, inquit, aliis omnibus acutior eſt, excepta calumnia. Quo dicto effecit, ut homo ille mentem adverteret, nec temere in amicum, qui intus erat, antea quippe accitus, peccaret. Alius, cum peregrino cuidam in templo Æſculapii zona aureis plena decidiſſet, & lex prohiberet, quod lapſum erat, humo tollere; peregrino indignanti præcepit, ut aurum quod humi non ceciderat, eximeret, zonam vero relinqueret. Quin & id, quod ignari in alia loca transferunt, Crotone accidiſſe ajunt; cum ſcilicet in ludis publicis grues theatrum ſupervolarent, & quidam ex iis, qui in portum appulerant, ad eum qui prope ſe ſedebat, diceret: Viden' teſtes: id audiens aliquis Pythagoreus, eos in curiam magiſtratuum, qui mille

τεχνίτῃ προσέκοπεν, ὡς ἐχ ἱκανῶς ἠκονηκότι, καὶθ' ὑπονοήσαντα πιεῖσθαι τ ωθ ξυσκόλως αὐτὸν ἐπὶ τὸν μοιχεύοντα, αὕτη σοι, ἔφη [1], τῶν ἄλλων ἐστὶν ἁπάντων ὀξυτέρα, πλὴν μαθολῆς. καὶ τοῦτ' εἰπόντα πιῆσαι τὸν ἄνθρωπον ἐπιξῆσαι τ μάνοιαν, καὶ μὴ προπετῶς εἰς τ φίλον, ὃς ἔνδον ἦν προκεκλημένῳ, ἐξαμαρτεῖν. * Ἕτερον δὲ, ξένης τινὸς ἀκριβεστάτου ἐν Ἀσκληπιείῳ ζώνην χρυσίον ἔχουσαν, καὶ τ μὲν νόμων τὸ πεσὸν ἐπὶ τὴν γῆν κωλυόντων ἀναιρεῖσθαι, τῷ δ' ξένῳ χειλιάζοντι, κελεῦσαι τὸ μὲν χρυσίον ἐξελεῖν, ὃ μὴ πέπτωκεν ἐπὶ τ γῆν, τὴν δ' ζώνην ἐᾶν. εἶναι γὰρ ταύτην ἐπὶ τ γῆς. καὶ τὸ [7] μεταφερόμενον δ' ὑπὸ τ ἀγνοούντων εἰς τόπους ἑτέρους, ἐν Κρότωνι γηρύεσθαι λέγουσιν, ὅτι θέας ἕνεκα, [8] καὶ γερανῶν ὑπὲρ τ θεάτρου φερομένων, εἰπόντα τινὰ τ καταπεπλευκότων πρὸς τ πλησίον καθήμενον, ὁρᾷς τοὺς μάρτυρας; ἐπακούσαι τὸν τ Πυθαγορείων [9] ἄγαγεν αὐτοὺς ἐπὶ τὸ τ χιλίων ἀρχεῖον,

[1] Ἔφη] Φλῦσι legendum eſt. Refertur enim ad accuſativos præcedentes, εἰπλήττοντα & ὑπονοήσαντα. Deinde pro ἐπὶ δείξας, quod paulo ante præcedit, prior Edit. male habet, ἐπιδείξας: quod mendum etiam ante Nos obſervaverat Deſid. Herald. *Animadverſ.* in Jamblich. cap. VIII.

[7] Καὶ τὸ μεταφερόμενον ὃ ὑπὸ τ.] Rectius leges, καὶ τοῦτο τὸ μεταφερόμενον ὑπὸ, &c.

[8] Καὶ γερανῶν ὑπὲρ τ θεάτρου φερ.] Similis prorſus hiſtoria de Ibyco ab aliis narratur. Vide Zenobium Centur. I. Adag. 37.

[9] Ἤγαγεν αὐτοὺς ἐπὶ τὸ τ χιλίων δ' χεῖον, ὑπολ.] Locum hunc, in quo aliquid eſt ſalebroſi, ſic lego, ἤγαγεν αὐτοὺς ἐπὶ

126

ὑπολαβὼν ὥσπερ ἐλέγχοντες τοὺς παῖδας ἐξόδρον κατεπεπτικέναι τινὰς, τοὺς ὑπὲρ τὴν νεὼς πετομένους γεράνους μαρτυρομένους. καὶ πρὸς ἀλλήλους δέ πως, ὡς ἔοικε, διενεχθέντες, νεωστὶ πρὸς Πυθαγόραν προσβάλλοντες, [10] ὡς ὁ νεώτερος προσελθὼν διελύετο, φάσκων, οὐ δεῖν ἐφ' ἕτερον τιθέσθαι τὴν ἀναφοράν, ἀλλ' ἐν αὐτοῖς ὑπολαμβάνειν τὴν ὀργήν· τὰ μὲν ἄλλα αὐτῷ φῆσαι τὴν εἰκόνα διαφερόντως ἀρέσκειν, αἰσχύνεσθαι δ' ὅτι τῷ πρεσβύτερος ὢν, μὴ πρότερος αὐτὸς προσελθεῖν. * Καὶ ταῦτα πρὸς ἐκεῖνον εἰπεῖν, [11] καὶ τὰ περὶ Φιντίαν καὶ Δάμωνα, περί τε Πλάτωνος, καὶ Ἀρχύτα, καὶ [12] τὰ περὶ Κλεινίαν καὶ Πρῶρον. χωρὶς τούτων τέτων, Εὔβουλον τὸν Μεσσηνίου πλέοντος εἰς οἶκον, καὶ ληφθέντος ὑπὸ Τυρρηνῶν, καὶ καταχθέντος εἰς Τυρρηνίαν, Ναυσίθους ὁ Τυρρηνὸς, Πυθαγορείου ὤν, ἐπιγνὺς αὐτὸν, ὅτι τῶν Πυθαγόρου μαθητῶν ἐστιν, ἀφελόμενος τοὺς λῃστὰς, μετ' ἀσφαλείας πολλῆς εἰς τὴν Μεσσήνιον αὐτὸν κατέσησε. * Καρχηδονίων τε πλείους

viri vocabantur, abſtraxit: ubi quæſtione habita compertum eſt, pueros quoſdam ab iis in mare abjectos fuiſſe, qui grues, navem ſupervolitantes, teſtes appellaverant. Cum etiam inter ſe novitii quidam Pythagoræ diſcipuli diſſidere viderentur, & is qui junior erat, alterum adiiſſet, dicens, non ad alium arbitrum litem referri, ſed ipſos inter ſe iræ oblivi-ſci debere: is cui hæc dicebantur repoſuit; ſibi quidem hoc dictum quoad cætera valde placere, eo vero ſe ſolum erubeſcere, quod cum ætate ſenior eſſet, non etiam prior in adeundo illo fuiſſet. Liceret & alia hujus generis adjicere, tum quæ de Phinthia & Damone; tum quæ de Platone & Archyta, itemque de Clinia & Proro referuntur. His vero repoſitis, mentionem tantum faciemus Eubuli Meſſenii; quem cum domum navigaret, captum à Tyrrhenis, Nauſithus Tyrrhenus, & Pythagoreus agnovit, quod de ſchola Pythagoræ eſſet, eumque prædonibus ereptum, ſecure Meſſanam deducendum curavit. Cum etiam Carthaginenſes plus

127

128

τὸ τ' χιλίων δραχμῶν. ὅπως ἐλέγχοντες αὐτὸς, παῖδας ἐξόδρον, &c. Quid enim τὸ ὑπολαβὼν hic ſibi velit, haud ſane video. Deinde, vocem ἐλέγχοντες ex MS. revocavi, pro ἐλέγοντο, quod prior Edit. habet.

[10] Ὡς ὁ νεώτερος] Hæ tres voces in priore Edit. deſunt, quas ex MS. revocavi.

[11] Καὶ τὰ περὶ Φιντίαν καὶ Δάμ.] Hiſtoria hæc prolixe narratur infra, cap. xxxiii.

[12] Τὰ περὶ Κλεινίαν καὶ Πρῶρον] Hiſtoriam ipſam ſi ſcire cupis, adi Diodorum in Excerptis Hiſtoricis a Valeſio editis: itemque Noſtrum infra, Num. 238.

quam quinque mille milites in deſertam inſulam expoſituri eſſent, Miltiades Carthaginenſis videns inter illos Poſſiden Argivum; (ambo autem Pythagorei erant) adiit ipſum, tegenſque quid acturus eſſet, ut quam celerrime in patriam proficiſceretur hortatus eſt, & navi prætereunti commendatum viatico inſtruxit, virumque hoc modo periculo ſubduxit. In univerſum autem ſi quis exequi per omnia vellet, quomodo Pythagorei ſecum invicem verſati ſint, prolixitate orationis juſtam libri temporisque menſuram excederet. Quin ad illa potius tranſeo; quod plurimi Pythagoreorum, politici & ad imperandum idonei fuerint. Nam & legibus conſervandis vacarunt; & nonnulli Italicas urbes rexerunt, introductis in illas, præter abſtinentiam à publicis reditibus, aliis quoque decretis conſiliiſque, quæ optima ipſis videbantur: & quamvis plurimis calumniis impetiti eſſent, aliquandiu tamen Pythagoreorum virtus, & ipſarum etiam civitatum benevolentia prævaluit; ut ab illis Reſpublicas adminiſtrari deſideraverint. Eo itaque tempore in Italia & Sicilia pulcherrimæ rerumpublicarum fuiſſe videntur.

ἢ πεντάκις χιλίους ἄνδρας, τοὺς παρ' αὐτοῖς στρατευομένους, εἰς νῆσον ἔρημον ἀποστέλλειν μελλόντων, ἰδὼν ἐν τούτοις Μιλτιάδης ὁ Καρχηδόνιος Ποσίδιλλον [13] Ἀργεῖον, ἀμφότεροι τῶν Πυθαγορείων ὄντες, προσελθὼν αὐτῷ, τίνα μὲν πρᾶξιν τὴν ἐσομένην οὐκ ἐδήλωσεν, ἡξίωσε δ' αὐτὸν εἰς τὴν ἰδίαν ἀποτρέχειν τάχιστα, καὶ σφοδροτέρους νεὼς σωθέντα αὐτὸν, ἐφόδιον προσθεὶς, καὶ τὸν ἄνδρα διέσωσεν ἐκ τῶν κινδύνων. ὅλως δὲ πᾶσιν εἴ τις λέγοι τὰς γενομένας ὁμιλίας τοῖς Πυθαγορείοις πρὸς ἀλλήλους, ὑπερφέροι ἂν τῷ μήκει τὸν ὄγκον, καὶ τὸν καιρὸν τῶν συγγραμμάτων. * Μέτειμι δὲ μᾶλλον ἐπ' ἐκεῖνα, ὡς ἦσαν ἔνιοι τῶν Πυθαγορείων πολιτικοὶ καὶ ἀρχικοί. καὶ γὰρ νόμους ἐφύλαττον, καὶ πόλεις Ἰταλικὰς διῴκησαν τινὲς, ἀποφαινόμενοι μὲν καὶ συμβουλεύοντες τὰ ἄριστα, ὧν ὑπελάμβανον, ἀπεχόμενοι δὲ δημοσίων προσόδων. πολλῶν δὲ γιγνομένων κατ' αὐτῶν διαβολῶν, ὅμως ἐπεκράτει μέχρι τινὸς ἡ τῶν Πυθαγορείων καλοκαγαθία, καὶ ἡ τῶν πόλεων αὐτῶν βούλησις, ὡς ὑπ' ἐκείνων οἰκονομεῖσθαι βέλεσθαι τὰ περὶ τὰς πολιτείας. ἐν τούτῳ δὲ τῷ χρόνῳ δοκοῦσιν αἱ κάλλισται τῶν πολιτειῶν ἐν Ἰταλίᾳ γενέσθαι καὶ ἐν Σικελίᾳ.

129

[13] Ἀργεῖον] Ex MS. pro Αἰγεῖον, quod prior Edit. habet.

130 * Χαρώνδας [14] τε γὰρ, ὁ Καταναῖος, εἷς εἶναι δοκῶν τῶν ἀρίστων νομοθετῶν, Πυθαγόρειος ἦν. Ζάλευκός τε, καὶ [15] Τιμάρης, οἱ Λοκροὶ, ὀνομαστὶ γεγενημένοι ἐπὶ νομοθεσίᾳ, Πυθαγόρειοι ἦσαν· οἵ τε τὰς Ῥηγινικὰς πολιτείας συσήσαντες, τῷ τε γυμνασιαρχικῷ κληθεῖσαν, καὶ τὴν ἐπὶ [16] Θοκλέους ὀνομαζομένην, Πυθαγόρειοι λέγονται εἶναι. Φύτιός τε, καὶ Θεοκλῆς, καὶ [17] Ἐλικείων, καὶ Ἀριστοκράτης, διήνεγκαν ἐπιτηδεύμασί τε οἷς ἔθεσιν, οἷς αἱ ἐν ἐκείνοις τοῖς τόποις πόλεις κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους ἐχρήσαντο. ὅλως δ' εὑρετὴν αὐτὸν γενέσθαι φασὶ καὶ τῆς πολιτικῆς ὅλης παιδείας, εἰπόντα μηδὲν εἰλικρινὲς εἶναι τῶν ὄντων πραγμάτων, ἀλλὰ μετέχειν [18] καὶ γῆν πυρὸς, καὶ πῦρ ὕδατος, καὶ πνευμάτων· καὶ ταῦτα πνεύματός ἐστι καλὸν αἰσχρῷ, καὶ δίκαιον ἀδίκῳ, καὶ τ' ἄλλα κατὰ λόγον τούτοις.

Nam Charondas Catanæus, unus ex optimis legislatoribus, & Zaleucus atque Timares Locrenſes, itidem ob leges latas celeberrimi, Pythagorei fuerunt: ut & qui Rheginorum Reſpublicas ordinarunt, tum quæ Gymnaſiarchica vocabatur, tum quæ ab Euthycle nomen tulit: itemque Phytius, Theocles, Elicaon, & Ariſtocrates, inſtitutis moribuſque inter Pythagoreos præcelluerunt: quibus & ipſis eo tempore civitates ejus regionis utebantur. In genere ajunt, omnium politicarum diſciplinarum Ipſum authorem fuiſſe; cum diceret, nihil in primis rerum elementis purum; ſed terram ignis, ignem aëris, aërem aquæ, aquam ſpirituum participem eſſe: eodem modo turpe honeſto, injuſtum juſto, & alia ſecundum cujuſque rationem hiſce admiſceri:

[14] Χαρώνδας —— Ζάλευκός τε] Vide omnino eruditiſſimum Richard. Bentlejum in Diſſert. de Phalar. Epiſt. pag. 343. & ſeqq. ubi pluribus argumentis evincit, Charondam & Zaleucum non fuiſſe Pythagoreos, nec leges ſuas a Pythagora accipere potuiſſe, cum Pythagora ipſo antiquiores fuerint.

[15] Τιμάρης] Hic infra, Num. 172. vocatur Τιμάρατος.

[16] Ἐπὶ Θοκλέους] Obrechtus legit, Εὐθυκλέους, ut ex verſione ejus patet. Sed cujus ſecutus fuerit auctoritatem, nobis non conſtat. Arcerius ſcribendum putabat, vel Ἐπιθοκλέους, una voce; vel ἐπὶ Διοκλέους, vel Ἐμπεδοκλέους. Sed hoc eſt ariolari, non vero certi quid afferre. Nos, quoniam veterum auctoritate deſtituti ſumus, ipſum quidem nomen proprium mutare non audemus, ſed tantum ſcribendum exiſtimamus, ἐπὶ Θεοκλέους.

[17] Ἐλικείων] Infra, Num. 172. idem vocatur Ἐλικάων: quod magis placet.

[18] Καὶ γῆν πυρὸς, καὶ πῦρ ὕδ.] Obrechtus locum hunc plenius ſic legit, καὶ γῆν πυρὸς, καὶ πῦρ ἀέρος, καὶ ἀέρα ὕδατος, καὶ ὕδωρ πνεύματος. Deinde ea quæ ſequuntur, καὶ ταῦτα πνεύματός ἐστι, ut ſupervacanea prorſus & inutilia delenda ſunt: eorum vero loco ſcribendum, ὡσπώτως δὲ, vel ſimile quid.

juxta iſtud vero ſuppoſitum, rationem in alterutram partem ferri. Duos autem eſſe corporis & animæ motus; alterum ratione carentem, alterum ſpontaneum. Reſpublicas vero tres quaſdam lineas conſtituere, quarum extremæ ſe invicem contingerent, & unum rectangulum conficerent; ita ut prima illarum, epitriti, ſecunda dia pente naturam habeat, tertia inter ambas anameſes locum teneat: ratiocinantibus autem nobis, quemadmodum lineæ iſtæ inter ſe coincidant, & quænam ſpatia circumſcribant, optimam Reip. formam repræſentari. Hujus autem inventi gloriam ſibi vindicavit Plato, in libris *de Rep.* aperte dicens, epitritum illud fundamentum quinario conjunctum, duplicem harmoniam præbere. Ajunt præterea Illum excoluiſſe affectuum moderationem & mediocritatem, atque id, quod adjuncto bono quodam præcipuo, ſingillatim vitam cujuſque beatam efficit: &, ut paucis multa complectar, adinveniſſe Eundem ferunt electionem bonorum noſtrorum, officiorumque, quæ cuique conveniunt. Inſuper Illum dicunt Crotoniatas

ἐκ ἧ τούτης τ ὑποθέσεως λαβεῖν τὸν λόγον τ εἰς ἑκάτερον μέρ@ ὁρμιώ. δύο ἧ εἶναι κινήσεις Ϲ ἔ σώματ@ Ϲ τ ψυχῆς· τὴν μὲν ἄλογον, τὴν δὲ προαιρετικήν. πολιτειῶν δὲ γραμμάς τινας τιάσδε τρεῖς συνιστάμενον, τῆς ἄκρεις ἀλλήλων συμπλωούσας, ϗ μίαν ὀρθὴν γωνίαν ποιούσας· τὴν μὲν ἐπίτριτε φύσιν ἔχουσαν· τὴν ἧ πέντε ποιοῦσαν δυναμένην· τὴν ἧ τούτων ἀμφοτέρων ἀνάμεσον. * Λογιζομένων 131
δ' ἡμῶν τὰς τε τ γραμμῶν πρὸς ἀλλήλας συμπτώσεις, ϗ τὰς τ χωρίων, τῶν ὑπὸ τούτων, βελτίστην ὑποτυπῶσθαι πολιτείας εἰκόνα. σφεπερόμενοι δὲ τ δόξαν [19] Πλάτωνα, λέγοντα φανερῶς ἐν τῇ Πολιτείᾳ, τὸν ἐπίτριτον ἐκεῖνον ῥυθμένα, τὸν τῇ πεμπάδι συζυγνύμενον, ϗ τὰς δύο παρεχόμενον ἁρμονίας. ἀσκῆσαι ἧ φασὶν αὐτὸν Ϲ τὰς μετριοπαθείας, ϗ τὰς μεσότητας, ϗ τὸ σὺν τινὶ προηγουμένῳ τ ἀγαθῶν ἕκαστον εὐδαίμονα ποιεῖν τὸν βίον· ϗ συλλήβδην, προσδρεῖν τ αἵρεσιν τ ἡμετέρων ἀγαθῶν Ϲ προσηκόντων ἔργων. * Ἀπαλλάξαι δὲ 132
λέγεται σὺν Κροτωνιάτας ϗ τῶν

[19] Πλάτωνα λέγοντα ἐν τῇ Πολ.] Arcerius hic notaverat, Platonis ſententiam a Jamblicho hoc loco citatam occurrere in *Epinomide*, ſub finem. Sed fallitur. Exſtat enim lib. VIII. *de Republ.* haud procul ab initio: ubi Philoſophus ait, ὧν ἐπίτριτ@ ῥυθμὸς πεμπάδι συζυγεὶς, δύο ἁρμονίας παρέχεται. Ariſtides Quintil. lib. III. *de Muſica*, pag. 152. Edit. Meibom. Τότε δὴ Ϲ Πλάτων φησὶν ἐπίτριτον ῥυθμὸν πεντάδι συζυγίᾳ. Cæterum hanc Platonis ſententiam refutat Ariſtoteles lib. V. *de Republ.* cap. XII.

παλλακίδων, καὶ καθόλε τ̃ πρὸς τὰς ἀνεγγύες γυναῖκας ὁμιλίας. πρὸς [20] Δεινωῶ γὰρ τ̃ Βροντίνε γυναῖκα, τῶν Πυθαγορείων ἑνὸς, ὅσαν σοφήν τε καὶ πρεπτὴν τ̃ ψυχὴν (ἧς ἐστὶ καὶ τὸ καλὸν καὶ πρέπον ῥῆμα, τὸ [21] τὴν γυναῖκα δεῖν θύειν αὐθημερὸν, ἀνιερωμένην ὑπὸ ἧ ἑαυτ̃ ἀνδρός· ὅ τινες [22] εἰς Θεανὼ ἀναφέρεσι) πρὸς δὴ πότον παρελθόντας τὰς τ̃ Κροτωνιατῶν γυναῖκας προκαλέσαι πρὸς ἧ συμπεῖσαι τὸν Πυθαγόραν μεταλεχθῆναι πρὸς τ̃ πρὸς αὐτὰς σωφροσύνης τοῖς ἀνδράσιν αὐτῶν· ὃ δὴ καὶ συμβῆναι. καὶ τ̃ γυναικὸς ἐπαγγειλαμένης, καὶ ἧ Πυθαγόρε μεταλεχθέντ̃, καὶ τ̃ Κροτωνιατῶν [23] πεισθέντων, ἀναιρεθῆναι παντάπασι τ̃ τότε ὑπὸ πολλῶν ζῆσαν ἀθυμίαν. * Ἔτι φασὶ Πυθαγόραν, [24] ἀφικομένων εἰς τὴν πόλιν τῶν Κροτωνιατῶν ἐκ τῆς Συβάρεως πρεσβευτῶν, [25] ὑπὲ τὴν ἐξαίτησιν τῶν φυγάδων,

à pellicum, aliarumque mulierum non legitime desponsatarum consuetudine abduxisse. Venisse enim Crotoniatarum uxores ad Deinono Brontini Pythagorei conjugem, sapientia & animi dotibus præcellentem; (cujus est etiam egregium illud & illustre dictum, quod quidam Theanoni acceptum ferunt; mulieri eo ipso die fas esse sacra facere, quo à marito suo surrexerit;) eamque rogasse, persuaderet Pythagoræ, ut ad maritos suos de continentia uxoribus debita, verba faceret: idque etiam effectui datum esse: muliere enim id quod rogata erat promittente, Pythagora vero verba faciente, & Crotoniatis assentientibus, ea quæ invaluerat libido prorsus è medio sublata est. Memorant insuper, quod, cum legati Sybaride Crotonem, ad deposcendos exules, venissent,

[20] Πρὸς Δεινωῶ] Arcerius scribendum monuit, πρὸς Θεανώ: quod probo. Sic enim Brontini uxor appellatur infra, cap. ult. sub finem: itemque a Suida v. Θεανὼ, & Laërtio, lib. VIII. num. 42. Erat vero & altera Theano, Pythagoræ uxor, cujus etiam hoc ipso loco, post aliquot versus, fit mentio.

[21] Τὴν γυναῖκα δεῖν θύειν αὐθημ.] Paulo aliter apophthegma hoc refert Laërtius lib. VIII. num. 43. aliique Scriptores a Menagio ibi citati. Illis vero (quod obiter moneo) addendus est Theo in *Progymnasmatis*, pag. 69. Confer etiam Nostrum supra, Num. 55. ubi dictum hoc ipsi Pythagoræ tribuitur.

[22] Εἰς Θεανώ] Utique cum Arcerio addendum censeo, τὴν ἧ Πυθαγόρε, i. e. *Pythagoræ uxorem*: ut sic distinguatur a Theanone Brontini uxore; cujus paulo ante facta est mentio.

[23] Πεισθέντων] Ex MS. pro προσθέντων, quod prior Edit. nullo sensu habet.

[24] Ἀφικομένων εἰς τὴν π.] Historiæ hujus uberior cognitio haurienda est ex Diodoro Sic. lib. XII. & Nostro infra, Num. 177.

[25] Ἐπὶ τὴν ἐξαίτησιν] Sic etiam legitur infra, Num. 177. At magis Græcum est, ἐπὶ τῇ ἐξαιτήσει. Cæterum Arcerius ἀσόφως plane pro ἐξαιτήσιν legendum censebat ἐξέπεμψιν: merito eam ob causam no-

Pythagoras unum ex legatis cõnſpiciens, qui hominem ſibi amicum propria manu interfecerat, nullo illum reſponſo dignatus ſit: quin interroganti & colloquium petenti, negaſſe, ſe homicidis reſponſa dare: unde etiam à quibuſdam Apollo habitus eſt. Hæc ſane omnia, & quæ paulo ante de tyrannorum ſubverſione, urbiumque Italicarum & Sicularum liberatione, aliiſque compluribus diximus, indicio ſint, quanta Ille commoda circa res civiles in homines contulerit.

θεασάμενον τινὰ τ̃ πρεσβέων, αὐτόχειρα γεγενημένον τ̃ αὐτ̃ φίλων, μηδὲν ἀποκρίνασθαι αὐτῷ. ἑπερομένῳ δὲ ἕ ἀνθρώπε, κ̀ βελομένῳ τ̃ ὁμιλίας αὐτ̃ μετέχειν, εἰπεῖν, ὡς ὐ θεμις ϑοί [26] τοῖς ἀνθρώποις. ὅθεν δὴ ϗ ϖ̃ϑ̀ τισὶν Ἀπόλλωνα νομισθῆναι αὐτόν. ταῦτα δὴ πάντα, κ̀ ὅσα μικρὸν ἔμπροσθεν [27] εἰρήκαμεν περὶ τ̃ τυράννων καταλύσεως, κ̀ τ̃ πόλεων ἐλευθερώσεως τ̃ ἐν Ἰταλίᾳ τε ϗ Σικελίᾳ, κ̀ ἄλλων πλειόνων, δείγματα ποιησόμεθα τ̃ εἰς τὰ πολιτικὰ ὠφελείας αὐτ̃, ἣν συνεβάλλετο τοῖς ἀνθρώποις.

CAP. XXVIII.

ΚΕΦ. κή.

QUod reſtat, non amplius, ut hactenus, communiter; ſed ſingillatim attingentes, virtutum Ejus opera oratione exornabimus. Primo autem à Diis, ut fieri par eſt, initium faciemus, pietatemque ejus & à pietate profecta admiranda opera nobis ob oculos ponentes, ſermone celebrabimus. Sit igitur inter alia hoc ejus pietatis indicium, quod prius commemoravimus: quod ſcilicet animam ſuam, quænam eſſet, undeque in corpus veniſſet,

ΤΟ᾽ δὴ μ̀ τοῦτο μηκέθ᾽ ὅτωσὶ κοινῶς, ἀλλὰ κατ᾽ ἰδίαν [1] ἀπόμνημονεύοντες, τὰ τ̃ ἀρετῶν ἔργα αὐτ̃ τῷ λόγῳ κοσμήσωμεν. ἀρξόμεθα δὲ πρῶτον ἀπὸ ϑεῶν, ὥσπερ νομίζε), τήν τε ὁσιότητα αὐτ̃ πειραθῶμεν ἐπιδείξαι, κ̀ τὰ ἀπ᾽ αὐτῆς ϑαυμαστὰ ἔργα ἐπιδείξωμεν ἑαυτοῖς, κ̀ τῷ λόγῳ κοσμήσωμεν. ἓν μὲν οὖν δεῖγμα αὐτῆς ἐκεῖνο ἔσω, ὃ ϗ πρότερον ἐμνημονεύσαμεν, ὅτι δὴ ἐγίνωσκε τ̃ ἑαυτ̃ ψυχὴν, τίς ἦν, κ̀ πόθεν εἰς τὸ σῶμα εἰσεληλύθη,

134

tatus a Deſider. Heraldo *Animadverſ.* in Jamblichum, pag. 176.

[26] Τοῖς ἀνθρώποις] Senſus exigit, ut ſcribatur, τοῖς ἀνθρωποκτόνοις, vel ἀνδροκτόνοις.

[27] Εἰρήκαμεν περὶ τ̃ τῶν τυράννων καταλ.] Supra, Num. 33.

[1] Ἀπόμνημονεύοντες] Ex MS. pro ἀπεμόμενοι; quod prior Edit. habet.

τὰς

τάς τε [2] πρότερας αὐτῆς βίας, καὶ τούτων πρόδηλα τεκμήρια παρεῖχε. μετὰ τοῦτο τοίνυν σκῆνος. [3] Νέστον ποτὲ τὸν ποταμὸν σὺν πολλοῖς τῶν ἑταίρων διαβαίνων προσεῖπε τῇ φωνῇ· καὶ ὁ ποταμὸς γεγωνόν τι καὶ σαφὲς ἀπεφθέγξατο, πάντων ἀκουόντων, Χαῖρε Πυθαγόρα. ἔτι μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἔν τε Μεταποντίῳ τῆς Ἰταλίας, καὶ ἐν Ταυρομενίῳ τῆς Σικελίας συγγεγονέναι, καὶ διειλέχθαι κοινῇ τοῖς ἑκατέρωθεν ἑταίροις αὐτῶν, [4] διαβεβαιοῦνται σχεδὸν ἅπαντες, σταδίων ἐν μεταιχμίῳ παμπόλλων καὶ χιλίων καὶ χιλίαν θάλατταν ὑπαρχόντων, ὧδ' ἡμέρας ἀνυσίμων πάνυ πολλαῖς. * Τὸ μὲν γὰρ, 135
ὅτι τὸ μηρὸν χρύσεον ἐπέδειξεν Ἀβάριδι τῷ Ὑπερβορέῳ, εἰκάσαντι αὐτὸν Ἀπόλλωνι εἶναι τὸν ἐν Ὑπερβορέοις, ὅπερ ἦν ἱερεὺς ὁ Ἄβαρις, βεβαιοῦνται, ὡς τοῦτο ἀληθὲς ὑπολαμβάνοι, καὶ ἐν Δαψιδίοις, πάνυ τε-

& priora vitæ actæ genera noverit, atque horum manifesta & clara documenta dederit. Post hæc & istud, quod Nessum fluvium aliquando multis discipulis comitatus, transiens, voce compellaverit, & flumen articulate clareque, omnibus audientibus, responderit: *Salve Pythagora.* Deinde uno eodemque die Metaponti in Italia, & Tauromenii in Sicilia versatum, cumque utriusque loci discipulis locutum esse, pene omnes affirmant; plurimis licet terra marique stadiis, & quæ nec multis diebus quis confecerit, interjectis. Jactatum est autem abunde etiam vulgi sermonibus, quod Abaridi Hyperboreo, ipsum Apollini apud populares suos culto, cujus sacerdos erat, assimilanti, femur aureum ostenderit; ut confirmaret, quod secundum rei veritatem sic de eo judicasset, minimeque in eo deceptus

[2] Τάς τε πρότερας αὐτῆς βίας] Hanc Pythagoræ impostúram merito ridet & exagitat Lactant. *Divin. Institut.* lib. III. p. m. 151.

[3] Νέστον ποτὲ τὸν ποταμὸν σὺν πολλοῖς —— τοῖς ἑκατ. ἑταίροις ὁμίλησι τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ] Hæc omnia habet etiam Porphyrius, Num. 27. 28. 29. nisi quod pro flumine *Nesso*, nominet *Caucasum*. Laërtius Lib. VIII. Num. II. eandem de Pythagora historiam narrans, *Nessum* itidem fluvium illum vocat. At Ælianus *Var. Hist.* lib. II. cap. XXVI. Κῶσον appellat; idemque lib. IV. cap. XVII. Κόσον. In diversum ab his abit Apollonius cap. VI. *Histor. Comment.* qui sic ait: Ὑπὸ δὲ καὶ Σάμον ποταμὸν, Δαβαίνων σὺν ἄλλοις, ἤκουσε φωνῇ μεγάλῃ ὑπὸ ἀνθρώπου, Πυθαγόρα χαῖρε. Sic ergo Scriptores hi, quod ad rem ipsam attinet, consentiunt; at in nomine fluvii discrepant. Nos ut in re dubia & incerta nihil definimus: sed tantum Lectorem remittimus ad Menagium in dictum locum Laërtii; & Jacob. Perizonium ad Ælian. *Var. Hist.* lib. II. cap. 26.

[4] Διαβεβαιοῦνται σχεδὸν ἅπαντες] Sic ex Porphyrio locum hunc emendavimus. Ante enim male, Διαβεβαιοῦται σχεδὸν ἅπαντες.

fuiſſet. Sunt & millia alia his diviniora magiſque miranda, quæ uniformi conſonaque narratione de Viro traduntur: qualia ſunt, terræmotus infallibiliter prædicti, peſtes celeriter depulſæ, ventorum violentorum grandiniſque effuſiones abſque mora ſedatæ, fluctus maris & fluminum placati, ut diſcipuli facilius tranſire poſſent. Quorum compotes etiam facti Empedocles Agrigentinus, Epimenides Cretenſis, & Abaris Hyperboreus, multis in locis talia facinora deſignarunt. Satis autem nota ſunt ipſorum opera: inprimis vero, quod Empedocles cognominatus fuerit *Alexanemas*, Ventorum depulſor; Epimenides *Catharies*, Expiator; Abaris vero *Aithrobates*, Aërambulus: qui poſterior hoc nomen tulit, cum telo ſibi ab Apolline Hyperboreo donato vectus, flumina, maria, & invia quæque, per aërem quodammodo incedens, ſuperaret. Quod aliqui & Pythagoram uſurpaſſe opinantur, cum uno die Metaponti & Tauromenii cum utriuſque loci diſcipulis verſatus eſt. Fertur & futurum terræmotum apud pu-

θρύλλη). καὶ μυρία ἕτερα τούτων θειότερα καὶ θαυμασιώτερα περὶ τὸν ἀνδρὸς ὁμαλῶς καὶ συμφώνως ἱστορεῖ). προρρήσεις τε σεισμῶν ἀπειράβατοι, καὶ λοιμῶν ἀποτροπαὶ σὺν τύχῃ, καὶ ἀνέμων βιαίων, καλαζῶν τε χύσεως θαυμάσια καταλύσεις, καὶ κυμάτων ποταμίων τε καὶ θαλασσίων ἀπραδιασμοὶ [5], πρὸς εὐμαρῆ τῶν ἐπαίρων βάσιν· ὧν μεταλαβόντας Ἐμπεδοκλέα τε τὸν Ἀκραγαντῖνον, καὶ Ἐπιμενίδην τὸν Κρῆτα, καὶ Ἄβαριν τὸν Ὑπερβόρειον, πολλαχῆ καὶ αὐτὸς παῦτα τινὰ ἐπιτετελεκέναι. * Δῆλα δ' αὐτῶν τὰ μὲν πάντα ὑπάρχει· ἄλλως τε καὶ Ἀλεξάνεμος μὲν ὁ τὸ ἐπώνυμον Ἐμπεδοκλέης· [6] Καθαρεὺς ἦν, τὸ Ἐπιμενίδου· Αἰθροβάτης ἦν, τὸ Ἀβάριδος· ὅτι ἄρα [7] εἰς ὃν ἐν Ὑπερβορέοις Ἀπόλλωνος δωρηθέντι αὐτῷ ἐποχήματι, ποταμούς τε καὶ πελάγη καὶ τὰ ἄβατα διέβαινεν, ἀεροβατῶν τρόπον τινά· ὅπερ ὑπενόησαν καὶ Πυθαγόραν τινὲς πεπυθέναι τότε, ἡνίκα καὶ ἐν Μεταπόντῳ καὶ Ταυρομενίῳ τοῖς ἑκατέρωθεν ἐπαίροις ὡμίλησε τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ. λέγεται δ' ὅτι καὶ σεισμὸν ἐσόμενον ὑπὸ

136

[5] Ἀπραδιασμοί] Sic etiam Porphyrius. Quam vocem cæteroqui ſuſpectam habebat Arcerius, ejuſque loco ſcribendum ſuſpicabatur, ἀπωθισμοί: ſed male. Eſt enim vox inſolens quidem, attamen vitii expers, ſignificatque, *tranquillationes*, ſi ſic dicere liceat; vel *ſerenationes*: ab εὐδία.

[6] Καθαρεύς] Scribe καθαρτὴς, ut habet Porphyrius loco laudato.

[7] Οἷς δὲ ἐν Ὑπερβορέοις Ἀπ.] Confer Noſtrum ſupra, Num. 91.

φρέατος, ἃ ἐγεύσατο, προηγόρευσε· καὶ ὡς νεὼς ἀεροδρομούσης,
137 ὅτι καταποντωθήσεται). * Καὶ ταῦτα μὲν ἔστω τεκμήρια τῆς εὐσεβείας αὐτοῦ. Βούλομαι δὲ ἄνωθεν τὰς ἀρχὰς ὑποδεῖξαι τῆς τῶν θεῶν θρησκείας, ἃς προεσήσατο Πυθαγόρας τε, καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ ἄνδρες. [8] Ἅπαντα ὅσα ὡς τὰ πρακτέα, [9] ἢ μὴ πρακτέα διορίζουσιν, ἐστόχασται τοῦ πρὸς τὸ θεῖον ὁμολογίας [10]· καὶ ἀρχὴ αὕτη ἐστὶ, [[11] καὶ βίος ἅπας συντέτακται πρὸς τὸ ἀκολουθεῖν τῷ θεῷ, καὶ ὁ λόγος ἅπας, ταῦτα ἐστὶ] τῆς φιλοσοφίας. ὅτι [12] μελοῖον ποιοῦσιν οἱ ἄνθρωποι, ἄλλοθεν ποθὲν ζητοῦντες τὸ εὖ, ἢ παρὰ τοῦ θεοῦ. καὶ ὅμοιον, ὥσπερ ἂν εἴ τις ἐν βασιλευομένῃ χώρᾳ τῶν πολιτῶν τινὰ ὕπαρχον θεραπεύοι, ἀμελήσας αὐτοῦ τοῦ πάντων ἄρχοντος. τοιοῦτον γὰρ οἴονται ποιεῖν τοὺς ἀνθρώπους. ἐπεὶ γάρ ἐστί τε θεὸς, καὶ ἔστι πάντων κύριος, [13] δεῖν δὲ ὁμολογεῖται πᾶσι τὸν κύριον τἀγαθὸν αἰτεῖν· πάντες τε, οὓς μὲν ἂν φιλῶσι, καὶ οἷς ἂν χαίρωσι, τού-

teum, quem degustaverat, prædixisse; & navem submersum iri, quæ secundo vento vehebatur. Atque hæc sint certa Ejus pietatis indicia. Lubet autem etiam cultus divini repetita altius principia ostendere, quæ à Pythagora, & ejus sectatoribus proposita sunt: quod scilicet omnia, quæ de agendis vel fugiendis definiunt, tendant ad consensionem cum Deo: estque principium, ad quod omnis eorum vita ordinatur: *Deum sequi:* atque hujus philosophiæ ista ratio est; quod ridicule agant homines, qui quod bonum est, aliunde quam à Diis petunt: perinde ac si quis in provincia Regis potestati subjecta, quendam è civium numero præfectum colat, neglecto eo qui omnibus dominatur: tale enim quid Pythagorei existimant ab hominibus illis fieri. Cum enim & Deus sit, & omnibus imperet, in confesso est, quod bonum à Domino petendum sit: omnes enim iis bona tribuunt, quos amant, quosque sibi

[8] Ἅπαντα ὅσα ὡς τὰ πρ. —— τοῦ δὲ πρὸς τὸ θεῖον ὁμολογίας ἐστόχασται, τἀναντία] Totus hic locus legitur etiam supra, Num. 86. 87.

[9] Ἢ μὴ πρακτέα] Hæc in priore Edit. desunt; quæ ex MS. revocavi.

[10] Ὁμολογίας] Vir doctus ad marginem codicis Spanhemiani rescripserat, ὁμιλίας: quod non aspernandum.

[11] Καὶ βίος ἅπας συντ.] Verba hæc uncis inclusa desunt in MS. At eadem leguntur etiam supra Num. 86. ubi vide quæ notavimus.

[12] Ὅτι μελοῖον ποιοῦσι] Supra rectius, μελοῖον γὰρ ποιοῦσι.

[13] Δεῖν ὁμολογεῖται τἀγαθ. τ.] Sic locum hunc ex ipso Jamblicho, Num. 87. emendavimus. Ante enim corrupte legebatur, δεῖν δὲ ὁμολογεῖν τοῦ τὸν κύριον τ' ἀγαθὸν εἶπ.

acceptos habent; quos vero contrario affectu proſequuntur, iis contraria immittunt. Unde planum eſt, agenda eſſe ea quæ Deo grata ſunt: hæc autem ſcire difficile eſt, niſi quis vel eum qui Deum audivit, vel Deum ipſum audiverit, vel divino artificio cognitionem hanc ſibi comparaverit. Hinc & divinationi operam dant: illa enim eſt unica propitiæ Deorum voluntatis interpretatio: & qui hanc eorum occupationem in pretio habet, is ſimul videtur exiſtimare, Deos eſſe; qui vero horum alterutrum ſtultum cenſet, ille utrumque ſtultitiæ damnat. Sunt autem multa illorum interdicta ex ſacris initiis introducta; quia hæc in honore nec pro vana oſtentatione habent; ſed Deum quendam pro eorum auctore agnoſcunt. Unde omnes pariter Pythagorei proni ſunt ad fidem adhibendam talibus, qualia de Ariſtæo Proconeſio, & de Abaride Hyperboreo commenta referuntur; & quotquot alia ſunt generis ejuſdem. Omnibus enim hujuſmodi adhibent aſſenſum: multa quoque & ipſi comminiſcuntur;

πις διδόασι τ' ἀγκιθύ· τοὺς δὲ ὡς ἐναντίως ἔχοντι, τἀναντία· δῆλον ὅτι ταῦτα πρακτέον, οἷς τυγχάνῃ ὁ θεὸς χαίρων. * Ταῦτα δ' ὰ ῥάδιον 138
εἰδέναι, ἂν μή τις ἢ θεᾶ ἀκηκοὼς, ἢ θεᾶ ἀκούσῃ, ἢ διὰ τέχνης θείας πορίζηται. διὸ καὶ τοῖς τ' μαντικὴν ἀποδάζουσι. μένη γὰρ αὕτη ἑρμηνεία [14] τῆς τοῖ τ' θεῶν ἑρμηνείας ἐστί. [15] καὶ ὅμως δὲ τ' αὐτῶν πραγματείαν [16] ἀξίαν τῷ δίξειεν εἶναι, τῷ οἰομένῳ θεὸς εἶναι· τοῖς δ' εὐήθειαν ἑτέρου τούτων, ἢ ἀμφότερα. ἔστι δ' καὶ τ' ἀποταγμάτων τὰ πολλὰ ἐκ τελετῶν εἰσενηνεγμένα, διὰ τὸ οἴεσθαι εἶναι αὐτὰς ταῦτα, καὶ μὴ νομίζειν ἀλαζονείαν, ἀλλ' ἀπό τινος θεᾶ ἔχειν τ' ἀρχήν· καὶ τοῦτό γε πάντες οἱ Πυθαγόρειοι ὁμῶς ἔχουσι πιστικῶς, οἷον [17] τοῖ Ἀριστέᾳ τ' Προκονησίᾳ, καὶ Ἀβάριδι τ' Ὑπερβορέᾳ τὰ μυθολογούμενα, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα λέγεται. πᾶσι γὰρ πιστεύουσι τοῖς τοιούτοις, πολλὰ δὲ καὶ αὐτοὶ πειρῶνται.

[14] Τῆς τοῖ τ' θεῶν ἑρμηνείας] Vel διὰ ſcribe, vel τὸ τοῖ prorſus dele. Deinde pro ἑρμηνείας, quod ab hoc loco prorſus alienum eſt, Arcerius & Obrechtus legunt εὐμενείας: quod probo.

[15] Καὶ ὅμως τ' τῶν αὐτῶν πρ.] Locus hic obſcurus eſt, & procul dubio vitioſus; quem ſic legendum puto, καὶ ὅλως δὲ αὕτη ἡ πραγματεία ἀξία τῷ δίξειεν εἶναι, τῷ οἰομένῳ θεὸς εἶναι. εἰ δέ τινι εὐήθεια ἑτέρου, (ſc. δίξειε) καὶ ἀμφότερα. Senſum expreſſit Obrechtus in verſione.

[16] Ἀξίαν τῷ] Sic MS. pro ἀξίαντῷ, quod prior Edit. habet. Deinde, εὐήθειαν itidem auctoritate codicis MS. repoſuimus, pro εὖ ἢ θείαν.

[17] Περὶ Ἀριστέᾳ τ' Προκονησίᾳ] De eo nimirum fabulabantur, animam ejus, quoties vellet, corpore exire, & in idem redire ſolitam eſſe. Vide Herodotum lib. IV. Apollonium *Hiſtor. Mir.* cap. 2. & alios.

τῶν πιστῶν ἢ τ̃ δοκούντων μυθικῶν ἀπομνημονεύσιν, ὡς οὐδὲν ἀπιστοῦντες ὅ, τι ἂν εἰς τὸ θεῖον
[3] Αἱ ἐπήρειαι ἢ αἱ τῆ λογισμῶ, καὶ αἱ εἰλικρ.] Hæc in alienum locum rejecta ſunt, & adeo turbata. ut nec caput nec pes veræ ſententiæ in illis appareat. Conjungenda enim ſunt cum præcedentibus illis, βρωμάτων τινῶν ἀκολάστων, eademque ſic ſcribenda, ταῖς ὀργυπίοις καὶ ταῖς τῆ λογισμῶ εἰλικρινείαις ἐμποδιζόντων. Vide Nos ſupra ad Num. 68. ubi idem locus occurrit.

[4] Καὶ ἀδιάπαυστος] Schefferus de *Philoſ. Ital.* pag. 115. vertit, *Ac ne minimo quidem ſpiritu proderent doctrinas*: ſed male. Rectius Obrechtus. Locus autem hic non ſolum legitur ſupra, Num. 68. ſed etiam infra, Num. 225.

[5] Κατεξανάστασις] Vocem hanc Lexica vulgata ignorant; nec eam temere alibi reperias. Exſtat tamen etiam apud Longinum Cap. VII. Num. 6. ubi Faber exiſtimabat, vocem illam nuſquam alibi reperiri Significat autem κατεξανάστασις proprie, *animum contra aliquid inſurgendi*; vel una voce, *contemptum*: ut Obrechtus recte reddidit. Nam ſupra Num. 69. vox hæc cum καταφρόνησις jungitur.

ficta; juniorum directio & adhortamenta invidia vacua; omniaque id genus alia ad hanc eandem virtutem referenda erunt. Licebit præterea virorum illorum continentiam, & quomodo illam Pythagoras docuerit, ex iis etiam cognoscere, quæ Hippobotus & Neanthes de Myllia & Timycha Pythagoreis, memoriæ prodiderunt. Referunt enim, Dionysium tyrannum, cum nihil inexpertum omitteret, non potuisse tamen ullius Pythagorei amicitiam sibi conciliare; utpote qui ingenium ejus imperiosum, & à legum observatione abhorrens caute declinabant. Turmam itaque triginta militum, duce Eurymeno Syracusano, Dionis fratre, viris immisisse, ut cum pro more & temporis ratione Metapontum Tarento commigrarent, iis insidias tenderet: in usu quippe habebant, ut pro diversis anni tempestatibus, domicilium mutarent, & loca huic rei apta seligerent. Itaque in agro Tarentino, regione convallibus obsita, quam PHALAS i. e. cacumina sive apices nominabant, qua illis necessa-

καὶ αἰδῶς μὲν ἀνυπόκριτος πρὸς σὲ προσήκοντας· πρὸς δὲ τὰς ὁμιλικὰς ἄπλαστος ὁμοιότης καὶ φιλοφροσύνη· [6] συνεπίτασις δὲ καὶ παρόρμησις πρὸς σὲ νεωτέρας φθόνε χωρίς· καὶ πάντα ὅσα τοιαῦτα εἰς τὸ αὐτὸ ἀρετὴν ἀνέθηκεν.

* Καὶ ἐξ ὧν δὴ Ἱππόβοτος καὶ 189
Νεάνθης περὶ Μυλλίας καὶ Τιμύχας τῶν Πυθαγορείων ἱστοροῦσι, μαθεῖν ἔνεστι τὴν ἐκείνων τῶν ἀνδρῶν σωφροσύνην, καὶ ὅπως αὐτὴν Πυθαγόρας παρέδωκε τὸν γὰρ Διονύσιον τὸν τύραννον φασὶν, ὡς πάντα ποιῶν ἀδενὸς αὐτῶν ἐπιτυγχάνε τῆς φιλίας, φυλαττομένων δὲ παντελῶς τὸ μοναρχικὸν αὐτῷ καὶ ὠμὸν ἦθος, λόχον τινὰ πρίακοντα ἀνδρῶν, ἡγεμόνα Εὐρυμένην Συρακόσιον, Δίωνος ἀδελφὸν, ὑποπέμψαι τοῖς ἀνδράσι, λοχήσοντα τὴν μεταβασιν αὐτῶν τὴν ἀπὸ Τάραντος εἰς Μεταπόντιον εἰωθυῖαν καὶ καιρὸν γίνεσθαι. ἡρμόζοντο γὰρ πρὸς τὰς [7] ὡρῶν μεταβολὰς, καὶ τόπους εἰς τὰ τοιάδε ἐπελέγοντο ὑποτηδείους.

* Ἐν [8] δὴ Φάλαις, χωρίῳ τῆς Τα- 190
ραντίνης Φαραγγώδει, καθ' ὃ συμβαίνει αὐτοῖς ἀναγκαίως τὴν

Eandem significationem vox ista habet apud Longinum dicto loco: quamvis Faber eam aliter, i. e. male, illic interpretetur.

[6] Συνεπίτασις] Supra, Num. 69. minus recte legitur, συνεπίπτωσις.

[7] Ὡρῶν] Ex MS. pro ἱερῶν: quod Arcerius *montium* verterat; haud parum sane a loci hujus sensu aberrans.

[8] Ἐν δὴ Φάλαις] Sic MS. At prior Edit. corrupte & nullo sensu, ἐν δὴ φάγες.

ὁδοιπορίαν γίνεσθαι, ἐλόχα κατακρύψας τὸ πλῆθος ὁ Εὐρυμένης. ἐπειδὴ δὲ ἤδη πρόσω ἐβεβήκεσαν οἱ ἄνδρες περὶ μέσον ἡμέρας εἰς τὸν τόπον, λῃστρικῶς αὐτοῖς ἐπαλαλάξαντες ἐπέθεντο οἱ ἐνεδρεύσαντες. οἱ δὲ καταπλαγέντες μετ' εὐλαβείας ἅμα τε διὰ τὸ ἀπροσδόκητον, καὶ αὐτὸ τὸ πλῆθος, (ἦσαν γὰρ αὐτοὶ σύμπαντες δέκα πρὸς τὸν ἀριθμόν) καὶ ὅτι ἄνοπλοι πρὸς πολλοὺς ὡπλισμένους διαγωνισόμενοι ἔμελλον ἀλίσκεσθαι, δρόμῳ καὶ φυγῇ διασώζειν αὑτοὺς διέγνωσαν, ἀδὲ τοῦτο ἀλλότριον ἀρετῆς τηδεμόνι. τῷ γὰρ ἀνδρείαν ἤδη φύσεως τε καὶ νομίμων παιδεύματι, ὡς ἂν ὀρθὸς παραγορεύοι λόγος. καὶ ἐπετύγχανον ἤδη τότε. * Βαρέως γὰρ τοῖς ἄλλοις ἀπελείποντο οἱ σὺν Εὐρυμένει διωγμῷ, [10] εἰ μήπερ φεύγοντες ἐπέτυχον πεδίῳ πρὸ κυάμοις ἐσπαρμένῳ καὶ πεφυλοπρανῶς· καὶ μὴ βεβήλωμοι δόγμα παραβαίνειν, τὸ κελεῦον, κυάμων μὴ ἅπτεσθαι, ἔστησαν, καὶ ὑπ' ἀνάγκης λίθοις καὶ ξύλοις καὶ τοῖς προσυχοῦσιν ἕκαστος μέχρι τοσούτου ἠμύνοντο σφᾶς διώκοντας, μέχρι τινὰς αὐτῶν μὲν ἀνῃρηκέναι, πολλοὺς δὲ τετραυματικέναι· πάντας μὲν ὑπὸ τοῦ δο-

191

rio tranſeundum erat, copias ſuas Eurymenes in inſidiis collocaverat: cumque Pythagorei nihil tale metuentes, circa meridiem eo perveniſſent, milites clamore edito, latronum more in eos irruerunt. Illi vero re improviſa, numeroque inſidiantium, nam ipſi non amplius decem erant, in metum terroremque conjecti, ac ſe facile captum iri rati, quod inermes adverſus perarmatos pugnaturi eſſent, curſu fugaque ſibi conſulere decreverunt: minime id à virtute alienum exiſtimantes; quippe qui probe noverant, fortitudinem fugiendorum & ſuſtinendorum, prout recta ratio dictaverit, ſcientiam eſſe. Nec ceſſerat infeliciter conſilium; ſiquidem Eurymenis milites armis graves, fugientibus ſegnius inſtabant: niſi ad campum fabis conſitum, affatimque jam florentem perveniſſent. Tum enim dogma illud, quod fabas attingere vetabat, violare abnuentes, pedem fixerunt, & neceſſitate compulſi, lapidibus, fuſtibus, & aliis quæcunque præ manibus erant, tamdiu ſe contra hoſtes defenderunt, donec quidam ex ipſis cæſi, plures vulnerati, denique omnes à

* Οἱ σὺν Εὐρυμένει] Sic recte MS. pro corrupto, οἱ σωφρονοῦντες, quod prior Edit. habet.

[10] Εἰ μήπερ φεύγοντες] Prior Editio habet, εἰ μὴ περιφεύγοντες. At Nos repræſentavimus hic lectionem codicis MS.

ſatellitibus interfecti ſunt: neque enim ullus eorum vivus capi ſuſtinuit, ſed omnes ſecundum ſectæ ſuæ regulas occumbere maluerunt. At Eurymenes ejuſque ſatellites valde conturbati erant, quod ne unicum quidem ad Dionyſium adducere poſſent; cum tamen in hunc unice finem à tyranno miſſi eſſent. Terra itaque cæſis injecta, communique tumulo iis ibidem extructo, domum redire parabant; cum iis forte obvii facti ſunt Myllias Crotoniates & Timycha Lacæna, uxor ejus, quos reliqua multitudo à tergo reliquerat; quia Timycha, jam decem menſibus gravida tardius incederet. Hos igitur vivos in poteſtatem redactos ad tyrannum læti deduxerunt, nullo ſtudio curaque omiſſa, quo illos incolumes conſervarent. Dionyſius autem, cognito quod acciderat, gravem mœrorem præ ſe tulit: Vos vero, ait ad Mylliam & Timycham, præ omnibus dignos à me honores conſequemini, ſi in regni conſortium mecum venire volueritis: quæ promiſſa cum illi reſpuiſſent; at unum ſaltem ſi me docueritis, inquit Dionyſius, incolumes, dato ſufficienti præſidio, dimittam: interroganteque Myllia, quid tandem eſſet quod tantopere diſcere averet; hoc, ſubjecit,

ρυφίρων ἀναιρεθῆναι, καὶ μηδένα τοπαράπαν ζωγρηθῆναι, ἀλλὰ πρὸ τούτων θάνατον ἀσμένοις καθὰ τὰς τῆς αἱρέσεως ἐντολάς. * Ἐν 192
συγχύσει δὴ πολλῇ τόν τε Εὐρυμένη, καὶ σὺν αὐτῷ, καὶ ἐπὶ τῇ τυχόσῃ ἦσαν, εἰ μηδὲ ἕνα ζῶντα ἀγάγοιεν τῷ πέμψαντι Διονυσίῳ, εἰς αὐτὸ μόνον τοῦτο προτρεψαμένῳ αὐτούς. γῆς οὖν ἐπαμήσαντες τοῖς πεσοῦσι, καὶ ἤρῳον πολυάνδρειον ἐπιχώσαντες αὐτόθι, ὑπέστρεφον. εἶτα αὐτοῖς ἀπαντήσας Μυλλίας Κροτωνιάτης, καὶ Τιμύχα Λακεδαιμονία, γυνὴ αὐτοῦ, ἀπολελειμμένοι δὲ πλήθους, ὅτι ἔγκυος ὅσα ἡ Τιμύχα, τὸν δέκατον ἤδη μῆνα εἶχε, καὶ χολαίως διὰ τοῦτο ἐβάδιζε. τούτους δὴ ζωγρήσαντες ἄσμενοι πρὸς τὸν Τύραννον ἤγαγον, μετὰ πάσης κομιδῆς καὶ ἐπιμελείας διασώσαντες.
* Ὁ δὲ περὶ τῶν γεγονότων διαπυθό- 193
μενος, καὶ σφόδρα [11] ἀγανακτήσας ἔφαινεν· Ἀλλ' ὑμεῖς γε, εἶπεν, ὑπὲρ πάντων δὴ ἀξίας τεύξεσθε παρ' ἐμοῦ τιμῆς, εἴ μοι συμβασιλεύσαι θελήσετε τοῦ δὲ Μυλλίᾳ καὶ τῇ Τιμύχας πρὸς πάντα, ἃ ἐπεγγέλλετο, ἀναιδέσι, ἀλλὰ ἔν γέ με, ἔφη, διδάξαντες, μετὰ τῆς ἐπικαλλίστης προπομπῆς διασώζεσθε. πυθομένῳ δὲ τῷ Μυλλίᾳ, καὶ τί ποτ' ἐστὶν, ὃ μαθεῖν προθυμεῖται· ἐκεῖνο,

[11] Ἀγανακτήσας ἔφαινεν] Lego, ἀγανακτήσας, ὡς ἔφαινεν.

εἶπεν

εἶπεν ὁ Διονύσιος, τίς ἡ αἰτία, δι' ἣν οἱ ἑταῖροί σε ἀποθανεῖν μᾶλλον ἤλοντο, ἢ κυάμους πατῆσαι; καὶ ὁ Μυλλίας εὐθὺς, ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν, εἶπεν, ὑπέμειναν, ἵνα μὴ κυάμους πατήσωσιν, ἀποθανεῖν· ἐγὼ δὲ αἱρέμαι, ἵνα τάτε σοι τ' αἰτίαν μὴ ἐξείπω, κυάμους μᾶλλον πατῆσαι. 194 * Καταγελάντος δὲ τ Διονυσίε, καὶ μεταξῆσαι κελεύσαντος αὐτὸν σὺν βίᾳ, βασάνους ἢ ἀπιφέρειν τῇ Τιμύχᾳ προστάττοντος· ἐνόμιζε γὰρ, ἅτε γυναῖκά τε ἔσαν, καὶ ἔπαγκον, ἐρήμῳ ἢ τᾷ ἀνδρὸς, ῥαδίως τᾶτο ἐκλαλήσειν, φίλῳ τ βασάνων· ἡ γυναῖα δὲ [12] συμβρύξασα ἀπὶ τᾶς γλώσσας τὰς ὀδόντας, καὶ ἀποκόψασα αὐτὶν, προσέπτυσε τῷ Τυράννῳ, ἐμφαίνασα, ὅτι εἰ ἐ ὑπὸ τ βασάνων τὸ θῆλυ αὐτᾶς νικηθὲν συναναγκαθείη τῶν ἐχεμυθημόνων τι ἀνακαλύψαι, τὸ μιὸ ὑπηρετᾶσαν ἐκ τοδῶν ὑπ' αὐτᾶς [13] ἐκκεκοπαι. ἔτως [14] δυσκατάθετοι πρὸς τὰς 165 ἐξωτερικὰς φιλίας ἦσαν, εἰ καὶ βασιλικὰ τυγχάνοιεν. * Παρα-

tyrannus, cur ſocii tui mori maluerint, quam fabas calcare? at ego, regeſſit è veſtigio Myllias, malim fabas calcare, quam cauſam hujus rei prodere. Quo reſponſo perculſus Dionyſius, Myllian è conſpectu abripi, Timychæ vero tormenta admoveri juſſit; ratus eam, utpote mulierem, & gravidam, & à marito deſtitutam facilius illud metu tormentorum indicaturam eſſe: ſed virago illa dentibus linguam mordicus correptam, abſcidit, & in Tyrannum exſpuit; eoque illi demonſtravit, quod, licet ſexus ejus muliebris tormentis ſuccumbens, tacendum aliquid evulgare adigeretur; miniſtra tamen loquendi à ſe è medio ſublata præciſaque eſſet. Adeo difficulter ad admittendas extraneas, imo regias etiam amicitias, adduci ſe paſſi ſunt. Con-

[12] Συμβρύξασα ἐπὶ τ γλώσσας τὰς ὀδ.] Hiſtoriam hanc reſpexit Sanctus Ambroſius, lib. 2. *de Virginit.* cap. 4. his verbis: *Pythagorea quædam, una ex virginibus, celebratur fabulâ, cum a Tyranno cogeretur ſecretum prodere, ne quid in ſe ad extorquendam confeſſionem vel tormentis liceret, morſu linguam abſcidiſſe, atque in Tyranni faciem deſpuiſſe: ut, qui interrogandi finem non faciebat, non haberet, quam interrogaret.* Hunc locum acceptum refero Ægidio Menagio qui eum obſervaverat in *Hiſtoria Mulierum Philoſopharum*, ubi de Timycha agit. Apud eum plura vide. Cæterum pro συμβρύξασα, quod ex cod. MS. revocavimus, prior Edit. male habet συμβύξασα: quod Arcerius infeliciter in συμπλύξασα mutandum cenſebat.

[13] Περικέκοπται] Sic recte MS. At prior Edit. vitioſe, ἐκκέκοπται.

[14] Δυσκατάθετοι] Operam hic ludit Arcerius, qui vocem hanc, quæ utique recte ſe habet, in δυσκάθεκτοι mutandam cenſet.

ſimilia hiſce, ſilentii etiam præcepta fuerunt, quæ ad exercendam continentiam ducebant: cujus nimirum difficillimum genus eſt, linguam moderari. Ad temperantiam quoque referendum eſt, quod Crotoniatis Pythagoras perſuaſit, ut à profano & ſpurio pellicum commercio ſe abſtinerent: item, quod Muſices beneficio adoleſcentem amoris œſtro percitum emendavit, & ad ſanam mentem traduxit: ſed & dehortatio à laſcivia, in eandem virtutem incidit. Atque hæc ſuis diſcipulis ita tradidit Pythagoras, ut ipſe eorum primus effector eſſet. Nam corpora ſua ita curabant illi, ut in eodem ſemper habitu permanerent; non vero jam quidem macilenta, alio vero tempore obeſa eſſent: hoc enim

πλήσια ἢ τούτοις ἐς τὰ ωβὶ τ σιωπῆς ἦν ωβαγγέλματα, φέροντα εἰς ϖωφροσύνης ἄσκησιν. πάντων γὰρ χαλεπώτατον ἐστὶν ἐγκρατεύματων, τὸ γλώττης κρατεῖν. τῆς αὐτῆς ἢ ἀρετῆς ἐστι, καὶ τὸ πεῖσαι Κροτωνιάτας ἀπέχεσθαι τῆς [15] ἀλύτου ἐ νόθης ωβὸς τὰς παλλακίδας σωμασίας. καὶ ἔτι ἡ ὑπὸ τ μουσικῆς ἐπανόρθωσις, [16] δι' ἧς ἐ τὸ οἰστρηθὲν μειράκιον ὑπὸ ἔρωτος εἰς σωφροσύνην μετέστησε. καὶ ἡ τῆς ὕβρεως ἢ ἀπάγουσα ωβαίνεσις εἰς τὴν αὐτῷ ἀρετῷ ἀνήκε. * Καὶ 196
ϖῶτα δὲ παρέδωκε τοῖς Πυθαγορείοις Πυθαγόρας, ὧν αὐτὸς ἦν. [17] ϖροσεῖχον γὰρ ἅπαν τὰ σώματα, ὡς ἂν ὑπὸ τ αὐτῶν ὑφέκειντο, καὶ μὴ ϖοτὲ [18] μὲν ῥικνὰ, ϖοτὲ ἢ πολύσαρκα. ἀνωμάλως γὰρ

[15] Ἀλύτου] Miror, Arcerium vocem hanc, non ſolum ſanam, ſed etiam elegantem, ſollicitaſſe, & in ἀλέτου mutandam cenſuiſſe: quamvis ipſe teſtetur, ſe ad marginem codicis ſui hoc ſcholium annotatum reperiſſe, παῖς γὰρ μνησταῖς σωοικεῖν μέλλοντες ἔθυον, παῖς παλλακίσι δὲ, ἀδαμῶς. Verum utique Scholiaſtes ille dicit. Nam nullæ nuptiæ legitimæ & ſolennes olim abſque ſacrificiis celebrabantur. Hinc θύειν γάμους apud Ælian. *Var. Hiſt.* VIII. 7. *nuptias ſolenniter celebrare* ſignificat: & apud Suidam ἄθυτοι γάμοι appellantur, nuptiæ illegitimæ, & abſque ſacris contractæ.

[16] Δι' ἧς ἐ τὸ οἰστρηθὲν μειρ.] Hiſtoria, ad quam hic reſpicit Jamblichus, narratur ſupra, Num. 112.

[17] Προσεῖχον γὰρ ἅπαν τὰ σώματα, ὡς ἂν ὑπ.] Scribendum eſt, προσεῖχον γὰρ ἅπας τοῖς σώμασι, ὡς ἂν ὑπὸ τ αὐτῶν ὑφέκειντο. Confer cum hoc loco Porphyrium, Num. 35. qui idem, quamvis aliis verbis, refert.

[18] Μὲν ῥικνὰ] Sic recte codex MS. At prior Edit. vitioſe, μεμελανά: quod Arcerius bona fide *ſollicita* verterat. Ῥικνὰ autem hic ſignificat, *macilenta*: quod vel ex oppoſito ei πολύσαρκα patet. Hinc obiter emendo Heſychium v. Ῥικνοὶ, apud quem pro ἰκμοὶ σαρξὶν, legendum eſt addita negatione, οὐκ ἰκμοὶ σαρξίν. Miror autem, ut & hoc obiter moneam, Henr. Stephanum in *Theſauro* ſuo vocem ῥικνὸς, & inde derivata, prorſus omiſiſſe: cum tamen uſus ejus ſatis frequens ſit apud veteres Scriptores.

βίᾳ τοῦτο ᾤοντο εἶναι δεῖγμα. ἀλλὰ ὡσαύτως τε καὶ τὴν διάνοιαν, οὐχ ὅτε μὲν ἱλαροὶ, ὅτε δὴ κατηφεῖς, ἀλλὰ ἐφ' ἑαυτοῦ πρᾴως χαίροντες. διεκρέοντο δὴ ὀργὰς, ἀθυμίας, τερψεις. καὶ ἦν αὐτοῖς παράγγελμα, [19] ὡς οὐδὲν δεῖ τῶν ἀνθρωπίνων συμπτωμάτων ἀπροσδόκητον εἶναι παρὰ τοῖς νοῦν ἔχουσιν, ἀλλὰ πάντα προσδοκᾶν, ὧν μὴ τυγχάνουσιν αὐτοὶ κύριοι ὄντες. εἰ δέ ποτε αὐτοῖς συμβαίη ἢ ὀργὴ, ἢ λύπη, ἢ ἄλλο τι τοιοῦτον, σκοποῦντες ἀπηλλάττοντο, καθ' ἑαυτὸν ἕκαστον ἡμόμενον, ἐπειρᾶτο καταπέπτειν τε καὶ ἰατρεύειν τὸ πάθος. * Λέγεται δὲ καὶ τάδε περὶ τῶν Πυθαγορείων, ὡς ὅτε οἰκέτην σκόλοπι ἔδεις αὐτῶν, ἢ ὑπὸ ὀργῆς ἐχόμενος· ὅτε τῶν ἐλευθέρων ἐνέτησέ τινα· ἀλλ' ἀνέμενεν ἕκαστον τὴν τῆς διανοίας ἀποκατάστασιν. σκάλωμα δὲ τὸ [20] νουθετεῖν, παιδαρτᾶν. ἐποιοῦντο γὰρ τὴν ἀναμονὴν, σιωπῇ χρώμενοι καὶ ἡσυχίᾳ. Σπίνθαρος γοῦν διηγεῖτο πολλάκις περὶ Ἀρχύτου Ταραντίνου, ὅτι διά χρόνου τινὸς εἰς ἄγρον ἀφικόμενος, [21] ἐκ στρατιᾶς νεωστὶ παραγενόμενος, ἦν ἐστρα-

197

vitæ inæqualis ſignum habebant. Eodem modo ſibi conſtabant animo; neque modo hilares, modo triſtes erant; ſed velut ad perpendiculum, æquabiliter leniterque lætabantur: iras vero, & animi dejectionem, atque perturbationes procul habebant; eratque illis inter præcepta, ſapientes nihil eorum non expectare debere, quæ homini accidere poſſunt, quæque in ejus poteſtate non ſunt. Quod ſi quandoque ira, vel triſtitia, vel aliud quippiam hujuſmodi alicui ſuperveniſſet, è medio ſe proripiebant, & pro ſe quiſque ſine arbitris, affectum illum digerere & ſanare conabatur. Iſta quoque de Pythagoreis feruntur, quod nemo illorum iratus, vel ſervum verberibus mulctaverit, vel liberum hominem verbis corripuerit: ſed quisque expectarit, donec ſibi animus ad tranquillum ſtatum rediiſſet. Vocabant autem caſtigare verbis, PÆDARTAN, i. e. diſciplina inſtruere. Cæterum cum ſilentio & tranquillitate, patientiæ litabant: unde & Spintharus ſubinde de Archyta Tarentino referebat, quod, cum poſt aliquod temporis intervallum à bello redux, quod Ta-

[19] Ὡς οὐδὲν δεῖ τῶν ἀνθρωπ. συμπτ.] Hæc leguntur etiam infra, Num. 224. uſque ad verba illa, ἰατρεύειν τὸ πάθος.

[20] Τὸ νουθετεῖν, παιδαρτᾶν] Sic locum hunc ſcribendum eſſe recte monuit Schefferus *de Philoſ. Ital.* cap. XIV. in fine. Ante enim legebatur, τὸν νουθετῶ, παιδαρτᾶν. Conferendus eſt autem cum hoc loco Noſter ſupra, Num. 101. & infra, Num. 230. ubi pariter docemur, τὰς νουθετήσεις a Pythagoreis olim dictas fuiſſe; παιδαρτάσεις.

[21] Ἐκ στρατιᾶς] Ex MS. pro καὶ στρατιᾶς.

rentini contra Meſſenios ductu ejus geſſerant, rus ſuum reviſeret, & villicum cum cætera familia, rem ruſticam, non ut par erat diligenter, ſed extreme ſupina negligentia curaſſe animadverteret, tanta ira indignationeque correptus ſit, ut in ſervos invectus, bene cum illis agi dixerit, quod ipſis iratus ſit; alias tam gravium admiſſorum condigna ſupplicia luituros eſſe. Similia etiam de Clinia tradi, ait: nam & illum omnes caſtigationes punitioneſque diſtuliſſe, donec mentem in tranquillum ſtatum reſtitutam haberet. Præterea memorant, viros iſtos à lamentis, ploratu, & id genus omnibus ſibi temperare; & nec lucri ſpe, nec cupiditate, nec ira, nec ambitione, aut alio quopiam ſimili affectu ad contendendum inter ſe abripi: ſed omnes Pythagoreos ita erga ſe invicem affectos eſſe, ut bonus pater erga liberos ſuos. Egregium etiam fuit, quod cuncta Pythagoræ adſcribebant attribuebantque, nec ullam ſibi, niſi admodum raro, ab inventis ſuis gloriam vindicabant: pauci enim ſunt quorum propria opera celebrantur. Admireris etiam merito, quod id ὧν ἴδια γνωρίζεσθαι ὑπομνήματα.

τοσοῦτο ἡ πόλις εἰς Μεσσηνίους, ὡς εἶδε τὸν τε ἐπίτροπον, καὶ σὺν ἄλλους οἰκέτας, οὐκ εὖ τὴν περὶ τὴν γεωργίαν ἐπιμέλειαν πεποιημένους, ἀλλὰ μεγάλῃ τινὶ κεχρημένους ὀλιγωρίᾳ ὑπερβολῇ, ὀργισθείς τε ἠναγκάσθη ἔτως, ὡς ἂν κεῖνος εἶπεν, ὡς ἔοικε, πρὸς σὺν οἰκέτας, ὅτι εὐτυχοῦσιν, ὅτι αὐτοῖς ὠργίσθη. εἰ γὰρ μὴ τοῦτο συμβεβηκὸς ἦν, οὐκ ἄν ποτε αὐτοὺς ἀθρόως ἠφέθη, τηλικαῦτα ἡμαρτηκότας. * Ἔφη δὴ 198 λέγεσθαι καὶ περὶ Κλινίου τοιαῦτά τινα. καὶ γὰρ ἐκεῖνον ἀναβάλλεσθαι πάσας νουθετήσεις τε καὶ κολάσεις εἰς τὸν τῆς διανοίας ἀποκατάστασιν. οἴκτων δὲ καὶ δακρύων καὶ πάντων τῶν τοιούτων εἴργεσθαι σὺν ἄνδρας, ἔτε δὲ κέρδους, ἔτε ἐπιθυμίαν, ἔτε ὀργῆς, ἔτε φιλοτιμίαν, ἔτε ἄλλο ἑδὲν τῶν τοιούτων αἴτιον γίνεσθαι διαφορᾶς· ἀλλὰ πάντας τὺς Πυθαγορείους ἔτως ἔχειν πρὸς ἀλλήλους, ὡς ἂν πατὴρ πρὸς τέκνα [22] σχοίη. καλὸν δὲ καὶ τὸ πάντα [23] Πυθαγόρᾳ ἀναπτέναι τε καὶ ἀποκαλεῖν, καὶ μηδεμίαν ποιεῖσθαι δόξαν ἰδίαν ἀπὸ τῶν εὑρισκομένων, εἰ μή πού τι σπάνιον. πάνυ γὰρ δή τινες εἰσὶν ὀλίγοι, * Θαυμάζεται δὲ καὶ ἡ τῆς Φυλα- 199

[22] Σχοίη] Sic MS. pro ἴσχοίη.

[23] Πυθαγόρᾳ ἀναπτέναι τε κ.] Confer Noſtrum ſupra, Num. 158. & Scheffer. de *Philoſ. Ital.* pag. 132. Cæterum pro ἀποκαλεῖν antea male legebatur, ἀπολαλεῖν.

κῆς ἀκριβείας. [24] ἐν γὰρ τοσούτοις χρεαῖς ἐτῶν ἀδεὶς ἀδενὶ φαίνεται τῶν Πυθαγορείων ὑπομνημάτων [25] περιπεσὼν τοῦ Φιλολάου ἡλικίας· ἀλλ' [26] ὅτι πρῶτος ἐξήνεγκε τὰ θρυλλούμενα τοῦτα τρία βιβλία, ἃ λέγεται Δίων ὁ Συρακόσιος ἑκατὸν μνῶν πριάσθαι, Πλάτωνος κελεύοντος, εἰς πενίαν τινὰ μεγάλην τε καὶ ἰσχυρὰν ἀφικνουμένου τοῦ Φιλολάου· ἐπειδὴ καὶ [27] αὐτὸς ἦν ἀπὸ συγγενείας τῶν Πυθαγορείων, καὶ διὰ τοῦτο μετέ-
200 λαβε τῶν βιβλίων. * Περὶ δὲ δόξης τάδε φασὶ λέγειν αὐτούς. ἀνοητὸν μὲν εἶναι, καὶ τὸ πάσῃ καὶ παντὸς δόξῃ προσέχειν, καὶ μάλιστα τὸ τῇ τοῦ τῶν πολλῶν γινομένῃ. τὸ γὰρ καλῶς ὑπολαμβάνειν τι καὶ δοξάζειν ὀλίγοις ὑπάρχειν. δῆλον γάρ, ὅτι παρὰ σοῦ εἰδότας τοῦτο γίνεται· ὅτι δὲ εἰσὶν ὀλίγοι. ὥστε δῆλον, ὅτι οὐκ ἂν διατείνοι εἰς σοῦ πολλὰς ἡ τοιαύτη δύναμις. ἀνόητον δὲ εἶναι, καὶ πάσης ὑπολήψεώς τε καὶ δόξης καταφρονεῖν. συμβήσεται γὰρ ἁμαρτῆ τι καὶ ἀνεπανόρθωτον εἶναι τὸν

adeo accurate cuſtodiverint, ut per tot ſecula nemo reperiatur, in ullum Pythagoreorum commentarium incidiſſe, ante Philolai tempora. Hic enim primus celebratos illos tres libros evulgavit, quos Dio Syracuſanus Platoni, id flagitanti, centum minis emiſſe dicitur: inciderat enim in magnam gravemque paupertatem Philolaus; & quia cum Pythagoreis neceſſitudine junctus erat, ideo librorum iſtorum particeps factus eſt. De fama & gloria iſta dicuntur tradidiſſe: inſipientis eſſe omnem undique opinionis auram captare; præſertim quæ à promiſcuo vulgo proficiſcitur: nam paucis contingere, ut recte de quopiam ſentiant opinenturque: quin apertum eſſe, id intelligentibus tantum competere: horum autem perexiguum eſſe numerum: indeque manifeſtum fieri, quod iſta facultas ad multitudinem ſe minime extendat. Sed & illum inſipienter agere, qui omnem de ſe opinionem famamque contemnat: qui enim eo animo ſit, illum rudem & inemendabilem

[24] Ἐν γὰρ τοσούτοις χρεαῖς ἐτ.] Vide Schefferum, loco laudato; itemque Sam. Tennulium ad Jamblich. in Nicom. pag. 72. 73. & Joh. Albert. Fabricium in *Biblioth. Græca*, Lib. II. Cap. XII. pag. 454.

[25] Περιπεσὼν] Sic MS. Antea vero male, παρεμπεσὼν.

[26] Οὗτος πρῶτος ἐξήνεγκε τὰ θρ.] Ad rem faciunt illa Laërtiana in *Pythagor.* Num. 15. Μίχει δὲ Φιλολάῳ οὐκ ἦν τι γνῶναι Πυθαγόρειον δόγμα. Οὗτος μόνος ἐξήνεγκε τὰ λεγόμενα τρία βιβλία, ἃ Πλάτων ἐπέστειλεν ἑκατὸν μνῶν ἐωνῆσθαι. Confer Menagium ad Laërtium in *Philolao*, Num. 85. & Sam. Tennul. ad Jamblich. in Nicom. pag. 199.

[27] Αὐτὸς] Id eſt, Philolaus; non vero, ut Arcerius exiſtimabat, Dion.

manſurum. Neceſſe autem eſſe, ut is qui ignarus eſt, ſe ad diſcenda quæ ignorat, componat; diſcenti vero incumbere, ut animum ad opinionem ſententiamque ejus, qui gnarus eſt, quique docere poteſt, advertat: generatim inſuper opus eſſe, ut juvenes, quibus ſalus ſua cordi eſt, attendant, quid ſeniores, quique vita recte acta inclaruerunt, ſenſerint opinatique fuerint. Præterea in univerſa hominum vita ætates quaſdam inter ſe diſtributas eſſe, quas ENDEDASMENAS vocare dicuntur: neque cujuſvis eſſe, illas ſecum invicem connectere: ſubverti enim unam ab altera, niſi quis ab incunabulis id, quod in ſe hominis eſt, bene recteque inſtitutum habeat. Debere itaque cum educatione pueri ita comparatum eſſe, ut ſi ad probitatem, ad ſobrietatem, ad fortitudinem exacta fuerit, potiſſima ejus pars in adoleſcentiam transferatur. Eodem modo, ſi adoleſcens ad honeſtatem, fortitudinem & temperantiam cum cura educatus ſit, præcipuam hujus educationis portionem in virilem ætatem transfundi debere: quod enim vulgo circa hæc fieri amat, abſurdum & ridiculum eſſe; dum pueros exiſtimant modeſte & temperanter agere, & ab omnibus quæ odioſa & turpia videntur, ſe continere debere; cum vero ad ado-

ἕτω διακείμενον. ἀναγκαῖον δὲ εἶναι τῷ μὲν ἀνεπιστήμονι μανθάνειν, ἃ τυγχάνῃ ἀγνοῶν τε καὶ οὐκ ἐπισάμενος· τῷ δὲ μανθάνοντι προσέχειν τὴν διάνοιαν τῇ τοῦ ἐπισαμένου τε καὶ διδάξαι δυναμένου ὑπολήψει τε καὶ δόξῃ. * Καθόλου δ' εἰπεῖν, ἀναγ- 201
καῖον εἶναι σφᾶς σωφρονεῖν τῶν νέων προσέχειν τὸν τῶν πρεσβυτέρων τε καὶ καλῶς βεβιωκότων ὑπολήψεσί τε καὶ δόξαις. ἐν ᾗ τῷ ἀνθρωπίνῳ βίῳ τῷ σύμπαντι εἶναί τινας ἡλικίας ἐνδεδασμένας, (ἕτω γὰρ καὶ λέγειν αὐτὰς φασίν) ἃς οὐκ εἶναι δυνατὸν πρὸς ἀλλήλας συνεῖραι. ἐκκρέεσθαι γὰρ αὐτὰς ὑπ' ἀλλήλων, ἐάν τις μὴ καλῶς τε καὶ ὀρθῶς ἄγῃ τὸν ἄνθρωπον ἐκ γενετῆς. δεῖ δὲ τῆς παιδὸς ἀγωγῆς καλῆς τε καὶ σώφρονος γενομένης, καὶ ἀνδρικῆς, πολὺ εἶναι μέρος τὸ παραδιδόμενον εἰς τὸν τῶν νεανίσκων ἡλικίαν· ὡσαύτως δὲ καὶ τῆς τῶν νεανίσκων ἐπιμελείας τε καὶ ἀγωγῆς καλῆς τε καὶ ἀνδρικῆς καὶ σώφρονος γινομένης, πολὺ εἶναι μέρος παραδιδόμενον εἰς τὸν τῶν ἀνδρῶν ἡλικίαν· ἐπεί περ εἴς γε δὴ πολλὰς ἀτοπόν τε καὶ γελοῖον εἶναι τὸ συμβαῖνον. * Παῖδας μὲν γὰρ ὄν- 202
τας οἴεσθαι δεῖν εὐτακτεῖν τε καὶ σωφρονεῖν, καὶ ἀπέχεσθαι πάντων τῶν φορτικῶν τε καὶ ἀσχημόνων εἶναι δοκούντων· νεανίσκους δὲ γενομένους

ἀφεῖσθαι τοῖς μάλιστά γε δὴ τοῖς πολλοῖς ποιεῖν, ὅτι ἂν βέλωνται. συγχωρεῖν δὲ χεδὸν εἰς τοῦτο τὴν ἡλικίαν ἀμφότερα τὰ γένη τῶν ἁμαρτημάτων. καὶ γὰρ παιδαριώδη πολλὰ καὶ ἀνδρώδη ἅμα νεανίσκους ἁμαρτάνειν. τὸ μὲν γὰρ φεύγειν ἅπαν τὸ τῆς ἀσωτίας τε καὶ τάξεως γένος, ὡς ἀπλῶς εἰπεῖν· διώκειν δὲ τὸ τῆς παιγνίας τε καὶ ἀκολασίας καὶ ὕβρεως τὸ παιδικὸν εἶδος, τῆς τε παιδὸς ἡλικίας οἰκειότατον εἶναι. ἐκ τούτου ἂν εἰς τὴν ἐχομένην ἡλικίαν ἀφικνεῖσθαι τὸν τοιοῦτον διάθεσιν. τὸ δὲ τῶν ἐπιθυμιῶν τῶν ἰσχυρῶν, ὠσαύτως δὲ καὶ αὐτὸ τῶν φιλοτιμιῶν γένος, ὁμοίως δὴ καὶ τὰς λοιπὰς ὁρμάς τε καὶ διαθέσεις, ὅσαι τυγχάνουσιν ἅμα ἔτι χαλεπαί τε καὶ θορυβώδεις γένεσι, ἐκ τῆς τε ἀνδρὸς ἡλικίας εἰς τὴν τῶν νεανίσκων ἀφικνεῖσθαι. διόπερ πασῶν δεῖσθαι ἡλικιῶν τούτου πλείστης ἐπιμε-
203 λείας. * Καθόλου δὴ εἰπεῖν, ἐθέσπισε τὸν ἄνθρωπον ἑαυτὸν εἶναι ποιεῖν, ὅτι ἂν βέλῃ), ἀλλ' ἀεί τινα ἐπισταταρχεῖν δεῖν, καὶ ἄρχειν νόμιμόν τε καὶ εὐχήμονα, ἧς ὑπήκοον ἔσεσθαι ἕκαστον τῶν πολιτῶν. πανταχοῦ γὰρ ἐξίστασθαι τὸ ζῶον ἑαυτοῦ τε καὶ ὀλιγωρητὸν, εἰς κακίαν τε καὶ φαυλότητα. ἐρωτᾶν τε καὶ διαπορεῖν πολλάκις αὐτὸς ἔφασκεν, τίνων ἕνεκα δὴ παῖδας σωφρίζομεν προσφέρεσθαι τροφῆς τεταγμένως τε καὶ συμμέτρως, καὶ τὴν μὲν τάξιν καὶ τὴν συμμετρίαν ἐπιφαίνομεν

lescentiam pervenerint, tunc plerique illis plenam faciendi quod lubet, licentiam indulgent. Quo fit, ut in hanc ætatem utriusque fere generis vitia confluant: siquidem & pueriliter multa, & viriliter adolescentes delinquunt. Fugiunt enim, ut verbo dicam, quicquid cum diligentia & bono ordine tractari desiderat; lusuum vero, incontinentiæ, petulantiæque species, puerili ætati familiares, sectantur: ex puerili itaque in proximam ætatem hanc affectionem devolvi: similiterque ambitionem reliquasque graves atque turbulentas inclinationes, & affectus, è virili ætate, in juvenilem sese penetrare; adeoque huic præ omnibus intentiore cura invigilandum esse. In summa, nunquam homini concedendum, ut quod lubet, perpetret; sed semper adjungendum qui præsit; ita ut quilibet civium, legitimo decentique imperio pareat. Nam animal sibi derelictum neglectimque habitum, celeriter in vitia, & ad pravitatem delabi. Ajunt & sæpe eos interrogasse disputasseque; quare pueros adsuefaciamus, ut in capiendo cibo ordinem modumque servent; ostendentes illis hac ratione, quod ista pulchra; contraria vero, qualia

ſunt confuſio, & exceſſus quilibet, turpia ſint: unde & ebrietati & gulæ deditum eſſe, inſigni probro habetur. Si enim nihil horum nobis profuturum eſt, poſtquam in viros evaſerimus; fruſtra, dum pueri ſumus, tali ordini nos adſuefieri. Eandem autem & cæterarum aſſuetudinum rationem eſſe. At enim non cerni, quod in aliis animalibus, quæ ab hominibus erudiuntur, idem fiat; ſed ſtatim ab initio catulum & pullum ea aſſueſcere atque doceri, quæ jam adultis agenda ſunt. In genere dicitur, Pythagoreos perinde obvios quoſvis ac familiares adhortari, ut à voluptate ſibi caveant, tanquam à re ſummæ cautionis indiga: nullo enim nos alio, quam iſthoc affectu, vehementius decipi, & in peccata præcipites agi: hinc generatim videntur contendiſſe, ne unquam ad voluptatem collineantes, aliquid cœpta-remus: hunc quippe finem utplurimum inhoneſtum noxiumque eſſe: itaque eo propoſito ad agendum nos accingere debere, ut bonum honeſtumque primo loco ſpectemus; utilitatem vero commoditatemque in ſecundis collocemus: & hæc quidem judicio

αὐτῆς καλά· τὰ δὲ τούτων ἐναντία, τῇ τε ἀπαξίαν καὶ τὴν ἀσυμμετρίαν, αἰσχρά. [28] ὃ δ' ἐστὶν ὅ, τε οἰνόφλυξ καὶ ἄπληστον ἐν μεγάλῳ ὀνείδει κεῖσθον. εἰ γὰρ μηδὲν τούτων ἐστὶ χρήσιμον εἰς τὸ τὸν ἀνδρὸς ἡλικίαν ἀφικνουμένων ἡμῶν, μάταιον εἶναι τὸ συνεθίζειν παῖδας ὄντας τῇ τοιαύτῃ τάξει. τὸν αὐτὸν δὲ λόγον εἶναι καὶ περὶ τὰ ἄλλων [29] ἐθῶν.

* Οὐκοῦν ὅτι γε τῶν λοιπῶν ζώων 204
τοῦτο ὁρᾶσθαι συμβαῖνον, ὅσα ὑπ' ἀνθρώπων παιδεύεται, ἀλλ' εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς τόν τε σκύλακα καὶ τὸν παῖδα ταῦτα συνεθίζεσθαί τε καὶ μανθάνειν, ἃ δεήσει πράττειν αὐτοὺς τελεωθέντας. καθόλου δὴ οὖν Πυθαγορείους ἔφασαν προσκελεύεσθαι τοῖς ἐντυγχάνουσί τε καὶ ἀφικνουμένοις εἰς συνήθειαν, εὐλαβεῖσθαι τὴν ἡδονήν, ὥσπερ τι καὶ ἄλλο τῶν εὐλαβείας δεομένων. ἐθὲν γὰρ ὅτῳ σφάλλειν ἡμᾶς, μάλιστα δ' ἐμβάλλειν εἰς ἁμαρτίαν, ὡς τοῦτο τὸ πάθος. καθόλου δὲ, ὡς ἔοικε, διετείνοντο μηδέποτε μηδὲν πράττειν ἡδονῆς προσαγομένους. καὶ γὰρ ἀρχὴν μονὰ καὶ βλαβερὸν, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, τοῦτον εἶναι τὸν σκοπόν· ἀλλὰ μάλιστα μὲν πρὸς τὸ καλόν τε καὶ εὔχημον βλέποντες, πράττειν ὃ ἂν ᾖ πρακτέον· δεύτερον δὲ πρὸς τὸ συμφέρον τε καὶ ὠφέλιμον. δεῖσθαι δὲ πῶς μέτρου

[28] Ὃ δ' ἐστὶν] Lego, καὶ ὅπ ἐστὶν ὅ, τε οἰνόφλυξ, &c.
[29] Ἐθῶν] Male antea, ἐθνῶν.

ἀ τῆς

205 ἀ τῆς τυχόσης. * Περὶ δὲ τῆς ὀνομαζομένης ἐπιθυμίας παιᾶνα λέγειν ἔφασαν οὗτ' ἄνδρας ἐκείνους· αὐτὴν μὲν τ ἐπιθυμίαν ἐπιφορήν τινα εἶναι τ ψυχῆς, καὶ ὁρμὴν, καὶ ὄρεξιν, ἤτοι πληρώσεως τινος, ἢ παρουσίας τινῶν, αἰσθήσεως ἢ ἀφῆσεως αἰσθητικῆς. γίνεσθαι δ' αὐτ τ ἐναντίων ἐπιθυμίαν, [30] ἢ κενώσεώς τε καὶ ἀπουσίας, καὶ τ μὴ αἰσθάνεσθαι ἐνίων. πικίλον δ' εἶναι τὸ πάθος τοῦτο, καὶ χαλεπὸν τ θεῖ ἄνθρωπον πολυειδέστατον. εἶναι δὲ τὰς πολλὰς τ ἀνθρωπίνων ἐπιθυμιῶν ἐπικήτους καὶ κατασκευασμένας ὑπ' αὐτῶν τ ἀνθρώπων. διὸ καὶ πλείσης ἐπιμελείας δεῖσθαι τὸ πάθος τοῦτο, καὶ φυλακῆς τε καὶ σωματικίας ἀ τ τυχόσης. τὸ μὲν γὰρ κενωθέντος σώματος τῆς τροφῆς ἐπιθυμεῖν, φυσικὸν εἶναι· καὶ τὸ πάλιν ἀναπληρωθέντος, κενώσεως ἐπιθυμεῖν τ προσηκούσης, φυσικὸν καὶ τοῦτο εἶναι. τὸ δ' ἐπιθυμεῖν περιέργου τροφῆς, ἢ περιέργου τε καὶ τρυφερᾶς ἐσθῆτός τε καὶ στρωμνῆς, ἢ περιέργου τε καὶ πολυτελοῦς καὶ πικίλης οἰκήσεως, ἐπίκλητον εἶναι. τὸν αὐτὸν δὴ λόγον εἶναι καὶ περὶ σκευῶν τε, καὶ ποτηρίων, καὶ ἀλακόνων, καὶ θρεμμάτων, τῶν εἰς
206 τροφὴν ἀνηκόντων. * Καθόλου δὲ τ

non vulgari opus habere. De cupidinibus, uti vocantur, ista docuisse viros illos, referunt: ipsam quidem cupiditatem, esse concitationem quandam animæ, & impetum, appetitionemque, qua juxta inclinationem sensuum atque appetitus sensitivi, repleri aliquibus rebus, aut quarundam rerum præsentit frui, desideramus: vicissim vero, esse quandam cupiditatem, quæ ad evacuationem tendit, quaque abesse à nobis quædam, & non sentiri volumus. Multifarium autem esse hunc affectum, & præ omnibus fere, qui se in homine exerunt, affectibus, pluriformem: sed & pleraſque humanas cupiditates, extrinsecus accersitas esse, & propria hominum opera paratas: ideoque illas magna cura atque custodia, & minime perfunctoria exercitatione indigere: nam naturale quidem esse, ut corpus exinanitum alimoniis refocilletur: idemque postquam repletum est, juxta naturæ ductum, evacuatione opus habere: ast exquisitos cibos, aut curiosam delicatamque vestem, ac stragula, aut sumptuosam splendidamque habitationem concupiscere; id vero accersitum esse: eodem modo se rem habere cum suppellectili, vasis, ministris, pecore ad vescendum apto. Universe autem cum

[30] Ἢ κενώσεως] In priore Edit. & MS. corrupte legitur, οἰκενώσεως: cujus loco ἢ κενώσεως scribendum esse, viderat etiam Arcerius.

humanis affectibus ita comparatum eſſe, ut nuſquam conſiſtant, ſed in infinitum abripiant: quapropter à prima ſtatim juventute, proficientium curæ attendendum, ut mature quæ appetenda ſunt, expetant; vanaſque & ſuperfluas cupiditates fugiant; adeoque ab hujuſmodi appetitionibus imperturbati purique permaneant; eosque ipſos contemnant, qui, eo quod cupiditatibus impliciti ſunt, dignos ſe contemptu reddiderunt. Cumprimis vero animadvertere licere, vanas illas, damnoſas, exorbitantes, & effrenatas cupiditates iis dominari, qui eminentiori quapiam poteſtate conſpicui ſunt: nihil enim tam abſonum eſſe, quo hujuſmodi tam puerorum, quam virorum, & mulierum animus ſe non incitet. In genere vero admodum multiplicem eſſe alimentorum, quæ ſumuntur, varietatem: haberi enim quodammodo infinitos numero fructus, infinitas radices quibus humanum genus veſcatur; varii præterea generis carnes comedere, ita ut difficile ſit, inter pedeſtria pariter, volatiliaque, & aquatica animalia quæpiam reperire, à quibus deguſtandis abſtineat; quin & in illis parandis condiendiſque, varias artes, ſuccorumque multiplices mixturas excogitatas fuiſſe:

τοῖς ἀνθρώπων παθῶν ἀρεδὸν τὸ πάντων μάλιστα πιθανὸν εἶναι, οἷον μηδαμῆ ἵστασθαι, ἀλλὰ προάγειν εἰς ἄπειρον. διόπερ εὐθὺς ἐκ νεότητος ἐπιμελητέον εἶναι τῶν ἀναφυομένων, ὅπως ἐπιθυμήσωσι μὲν ὧν δεῖ· φεύξονται δὲ τὰ ματαίων τε καὶ περιέργων ἐπιθυμιῶν, ἀπέραντοί τε καὶ ἀπερίληπτοι τῶν πιστῶν ὀρέξεων ὄντες, καὶ καταφρονοῦντες αὐτῶν τε τῶν ἀξιοκαταφρονήτων, καὶ τῶν ἐνδεδεμένων ἐν τῇ ἐπιθυμίᾳ. μάλιστα δ' εἶναι καταναοητὰς τάς τε ματαίας καὶ τὰς βλαβερὰς, καὶ τὰς περιέργους καὶ τὰς ὑβριστικὰς τῶν ἐπιθυμιῶν, ἔτι δὲ τῶν ἐν ἐξουσίαις ἀναστρεφομένων γινομένας. οὐδὲν γὰρ οὕτως ἄτοπον εἶναι, ἐφ' ὃ τὴν ψυχὴν οὐκ ὀρμᾷν τῶν τοιούτων παίδων τε, καὶ ἀνδρῶν, καὶ γυναικῶν. * Καθόλου δὲ ποικιλωτάτην 207
εἶναι τῶν προσφερομένων ποικιλίαν. ἀπέραντον μὲν γάρ τι πλῆθος εἶναι καρπῶν, ἀπέραντον δὲ ῥιζῶν, ᾧ χρῆται τὸ ἀνθρώπινον γένος. ἔτι δὲ σαρκοφαγία παντοδαπὴ χρῆσθαι, καὶ ἔργον εἶναι [31] εὑρεῖν, τίνος ἕκαστα, τῶν χερσαίων, καὶ τῶν πτηνῶν, καὶ τῶν ἐνύδρων ζώων. καὶ δὴ σκευασίας παντοδαπὰς περὶ τοῦτο μεμηχανῆσθαι, καὶ χυμῶν παντοίας μίξεις.

[31] Εὑρεῖν, τίνος ἕκαστα] Sic locum hunc auctoritate codicis MS. emendavi & diſtinxi. Antea enim legebatur, εὑρεῖν τινος, ἕκαστα: nullo utique ſenſu.

ὅθεν εἰκότως [32] μανικόν τε καὶ πολύμορφον εἶναι καὶ τὴν τῆς ψυχῆς κίνη-
208 σιν τὸ ἀνθρώπινον φύλον. * Ἕκαστον γὰρ δὴ τῶν προσφερομένων ἰδίᾳ πινὸς παθήσεως αἴτιον γίνεσθαι. ἀλλὰ τοῦτ' ἀνθρώπους τὸ μὲν παραχρῆμα μεγάλης ἀλλοιώσεως αἴτια γινόμενα σωρᾶν, οἷον καὶ τὸν οἶνον, ὅτι πλείων προσενεχθεὶς, μέχρι μέν τινος ἱλαρωτέρους ποιεῖ, ἔπειτα μανικωτέρους καὶ ἀχημονεστέρους· τὰ δὲ μὴ τοιαύτην ἐνδεικνύμενα δύναμιν, ἀγνοεῖν. γίνεσθαι δὲ πᾶν τὸ προσενεχθὲν αἴτιόν τινος ἰδίας παθήσεως. διὸ δὴ καὶ μεγάλης σοφίας τὸ καταγνῶναί τε καὶ σωιδεῖν, ποίοις τε καὶ πόσοις δεῖ χρῆσθαι πρὸς τροφήν. εἶναι δὴ ταύτην τὴν ἐπιστήμην τὸ μὲν ἐξ ἀρχῆς Ἀπόλλωνός τε καὶ Παιῶνος· ὕστερον δὴ τῶν περὶ τὸν
209 Ἀσκληπιόν. * Περὶ δὲ γενέσεως τάδε λέγειν αὐτοὺς ἔφασαν· καλὸν μὲν ὄντα δεῖν φυλάττεσθαι τὸ καλούμενον προφερές. ὅτε γὰρ τὰ φυτῶν τὰ προφερῆ, ὅτε τῶν ζώων, εὔκαρπα γίνεσθαι πρὸ χρόνου τινὸς τῆς καρποφορίας, ὅπως ἐξ ἰσχυόντων τε καὶ τετελειωμένων τῶν σωμάτων τὰ σπέρματα καὶ οἱ καρποὶ γίνωνται. δεῖν οὖν τάς τε παῖδας καὶ τὰς παρθένους ἐν πόνοις τε καὶ ἐν γυμνασίοις καὶ καρτερίαις τὴν προσηκούσης

unde mirum non eſſe, ſi mortalium natio inſanos ac multifarios animi motus hauriat. A ſingulis quippe cibis, ſingulas etiam, & cuique cibo proprias affectiones ingenerari: quod & ipſi homines in iis alimentis obſervant, quæ notabiles alterationes afferunt: quale quid contingit in vino immoderate hauſto; quod hilariores primum efficit, dein vero ebriis mentem adimit, eoſque ludibrio exponit: ea vero ignorant quæ tantam vim non exerunt: cum tamen omne quod comeditur, ſingularis cujuſdam affectus cauſa fiat: ut adeo inſignis ſapientiæ res haberi debeat, expendere atque obſervare, qualibus alimentis utendum, quantumque cibi aſſumendum ſit: eam vero ſcientiam initio ab Apolline & Pæone traditam, ac deinceps ab Æſculapio excultam fuiſſe. De generatione denique hæc illos docuiſſe fertur: primo cavendum eſſe quod præcox dicitur: Neque enim aut in plantis præcoces fructus, aut in animalibus immaturos fœtus bene ſe habere; ſed debere accedere temporis quoddam intervallum, antequam fructum ferant; ut ex validis perfectiſque corporibus ſemina & fructus proveniant. Ideoque pueros & virgines in laboribus, exercitiis, & tolerantia convenienti educari, cibiſque ali

[32] Μανικόν] Sic ſcribendum eſſe ſenſus & ſequentia manifeſto ſuadent. Antea vero corrupte legebatur, μαντικόν.

oportere, qui vitæ labori, temperantiæ, patientiæque debitæ accommodati ſint. Multa vero in rebus humanis occurrere, quæ ſerius diſcere præſtat; inter quæ etiam eſſe rei Venereæ uſum. Ita igitur educandum eſſe puerum, ut intra annum vigeſimum de tali commercio nihil cogitet; poſtquam vero ad id ætatis venerit, raro ei rei operam det: quod futurum ſit, ſi bonum corporis habitum, in honore, & pro re præclara habuerit; & perſuaſus ſimul ſit, illum cum intemperantia in uno eodemque homine neutiquam conſiſtere poſſe. Laudata ab illis etiam dicunt vetera hæc Græcarum civitatum inſtituta, quibus vetabatur cum matre, cum filia, aut ſorore rem habere; itemque in templis, aut in publico: bonum enim & utile eſſe, ut quamplurima huic rei obſtacula objiciantur. Iidem Viri generationes quæ præter naturam fiunt, quæque cum laſciva libidine conjunctæ ſunt, è medio tollendas; eas vero, quæ ſecundum naturam, & temperantiæ conformes ſunt, ac ad ſobriam & legitimam liberorum procreationem

τρέφειν, [33] τροφὼ προσφέροντας, τὴν ἁρμόττουσαν φιλοπόνῳ τε & σώφρονι & καρτερικῷ βίῳ. πολλὰ δὲ τῶν κατ' ἀνθρώπινον βίον πιαῦτα εἶναι, ἐν οἷς βέλτιόν ἐστιν ἡ ἀψιμαθία, ὧν εἶναι καὶ τὰ τῶν ἀφροδισίων χρεία. * Δεῖν δὲ τὰ παῖδα ἄτως 210
ἀγεσθ, ὥστε μὴ ζητεῖν ἐντὸς τῶν εἴκοσιν ἐτῶν τὰ τοιαύτων συνουσίαν. ὅταν δὲ εἰς τοῦτο ἀφίκηται, ἀνανίοις εἶναι χρηστέον τοῖς ἀφροδισίοις. ἔσεσθαι δὲ τοῦτο, ἐὰν τιμιόν τε καὶ καλὸν εἶναι νομίζηται ἡ εὐεξία. ἀκρασίαν γὰρ ἅμα & εὐεξίαν ἀ πάνυ γίνεσθαι περὶ τὸν αὐτόν. ἐπαινεῖσθαι δ' αὐτοῖς ἔφασαν & τὰ τοιάδε τῶν παρὰ τοῖς Ἕλλησι καλῶς πόλεσι, τὸ μήτε μητράσι συγγίνεσθαι, μήτε θυγατρὶ, μήτ' ἀδελφῇ, μήτ' ἐν ἱερῷ, μήτ' ἐν τῷ φανερῷ. καλόν τε γὰρ εἶναι, καὶ σύμφορον, τὸ ὡς πλεῖστα γίνεσθαι κωλύματα τῆς ἐνεργείας ταύτης. ὑπολαμβάνον δ', ὡς ἔοικεν, ἐκεῖνοι οἱ ἄνδρες βδελυρεῖν μὲν δεῖν τὰς παρὰ φύσιν γιγνόμενας, καὶ τὰς μετ' ὕβρεως γινομένας· καταλιμπάνειν δὲ τῶν κατὰ φύσιν τε καὶ μὴ σωφροσύνης γινομένων τὰς [34] ἐπὶ τεκνοποιΐᾳ

[33] Τροφὼ προσφέροντας] Cave confundas has duas phraſes apud Græcos, τροφὼ προσφέρειν, & τροφὼ προσφέρεσθαι. Prius enim ſignificat, cibum alicui porrigere edendum; velut nutrix infanti, vel matres filiolis. Poſterius vero, cibum capere, vel ſumere: nullo ſcilicet porrigente. Hic ergo τροφὼ προσφέροντας, vertes, *cibum præbentes*.

[34] Ἐπὶ τεκνοποιΐᾳ σώφρονί τε καὶ νομ.] Hoc Græci eleganter vocabant, ἐπ' ἀρότῳ παίδων σωφρονίζειν: metaphora ducta ab agricultura. Iſidorus Peluſ. Lib. III. Ep. 243, Παρ' Ἀθηναίοις ἡ σωφρεια, ἡ

σωφρονί τε καὶ νομίμῳ γινομένας.
211 * Ὑπελάμβανον δεῖν πολλῷ πρόνοιαν ποιεῖσθαι σοῦ τὴν τεκνοποιουμένης τῶν ἐσομένων ἐκγόνων. πρώτην μὲν οὖν εἶναι καὶ μεγίστην πρόνοιαν, τὸ προσάγειν αὐτὸν πρὸς τὴν τεκνοποιΐαν σωφρόνως τε καὶ ὑγιεινῶς βεβιωκότα καὶ ζῶντα, καὶ μήτε πληρώσαντα χρώμενον τροφῆς ἀκαίρως, μήτε προσφερόμενον ποιᾶται, ἀφ' ὧν χεῖρας αἱ τῶν σωμάτων ἕξεις γίνονται· μήτε [35] δὴ μεθύοντά τε, ἀλλ' ἥκιστα πάντων. ᾤοντο γὰρ ἐκ φαύλης τε καὶ ἀσυμφώνου καὶ παραχώδους κράσεως μοχθηρὰ γίνεσθαι τὰ σπέρματα. 212 * Καθόλου δὲ παντελῶς ᾤοντο ῥαθύμου τινὸς εἶναι καὶ ἀπροσκέπτου, τὸν μέλλοντα ζωοποιεῖν, καὶ ἄγειν τινὰ εἰς ὑπόστασίν τε καὶ οὐσίαν, μήτε μὴ σπουδῆς πάσης προσοράν, ὅπως ἔσται ὡς χαριέστατα τῶν γινομένων ἡ εἰς τὸ εἶναι καὶ ζῆν ἄφιξις· ἀλλὰ τὰς μὲν φιλόκυνας μὴ πάσης σπουδῆς ἀπιμελεῖσθαι τῆς σκυλακείας, ὅπως ἐξ ὧν δεῖ, καὶ ὅτε δεῖ, καὶ [36] ὡς δεῖ ἀλκιμόνων, προσηνῆ γίνηται τὰ σκυλάκια. ὡσαύτως δὲ καὶ τοῦ 213 φιλόρνιθας. * Δῆλον δ' ὅτι καὶ τὰς

tendunt, retinendas esse censuerunt. Dein nascituræ soboli in anteceſſum providendum esse ab iis, qui liberis procreandis operam dant: primam vero & præcipuam cautionem circa ipsam generationem adhibendam illi, qui soboli generandæ animum admovet; ut victu sobrio & salubri utatur, neve alimentis intempestive se ingurgitet, aut ebrietate præcipue, aliave perturbatione, corporis habitum deteriorem reddat. Existimabant enim è pravo dissonoque, & turbido temperamento, vitiosa semina edi. Universe autem vecordem plane & inconsideratum pronuntiabant, si quis vitam nascendique ortum alteri daturus, non omni diligentia provideat, ut iste in lucem vitamque introitus quam amabilissimus fiat? iniquum enim esse, eos qui canum studio feruntur, omnem curam impendere, ut catuli concipiantur ex quibus oportet, & quo tempore oportet, atque ex hoc vel alio modo affectis, utque inde mansueti evadant: similiterque agere avium etiam studiosos. Quin & cæteros

κατὰ νόμον, ἐπ' ἀρότῳ (sic enim ibi legendum est pro ἐπ' ἀρότῳ) παίδων ἐλέγετο γίνεσθαι. Ἄρτος παίδων hic vocatur proprie, *aratio liberorum*, i. e. procreatio: quod præcise dictum est, pro, ἄρτος ἐπὶ παίδων τεκνώσει; ut loquitur Plutarchus in libro *de Præcept. Conjugal.* pag. 144.

[35] Μήτε δὴ μεθύοντά τε, ἀλλ' ἥκιστα π.] Idem plane monet Plutarchus in aureolo tractatu περὶ παίδων ἀγωγῆς, pag. 1. & 2. & Plato Lib. VI. *de Legib.* pag. 623.

[36] Ὡς δεῖ ἀλκιμόνων] Sic scribendum putavi, pro, ὡδὶ ἀλκιμόνων, quod prior Edit. habet.

qui generoſorum animalium deſiderio tenentur, omnibus modis proſpicere, ne admiſſura temere fiat: homines vero nullam ſobolis ſuæ rationem habere; ſed & in procreando obiter perfunctorieque verſari, & in educando, inſtituendoque, ſupinæ prorſus negligentiæ reos fieri: hanc enim graviſſimam juxta evidentiſſimamque cauſam eſſe, quod plurimi hominum mali atque improbi ſint: quia nimirum liberorum progeneratio apud pleroſque belluino ritu, & temerarie inſtituitur. Hac manuductione, hocque ſtudio Viri illi verbis factiſque circa temperantiam exercebantur: idque juxta præcepta, quæ jam olim, tanquam Oracula quædam Delphica, ab ipſo Pythagora acceperant.

λοιπὸς τ̃ ἐπιτηδευόντων περὶ τὰ γενναῖα τ̃ ζώων, πᾶσιν προσήκειν ἐπιμελῶς περὶ δ̃ μὴ εἰκῇ γίνεσθαι τὰς γενέσεις αὐτῶν. οὐ δ̓ ἀνθρώπους μηδένα λόγον ποιεῖσθαι τ̃ ἰδίων ἐκγόνων, ἀλλ̓ ἅμα γυναῖκα εἰκῇ τε καὶ ὡς ἔτυχε συνιόντας πάντα τρόπον, καὶ μ̃ τοῦτο τρέφειν τε & παιδεύειν μ̃ πάσης ὀλιγωρίας. τοῦτο γὰρ εἶναι τ̃ ἰσχυροτάτην καὶ σαφεστάτην αἰτίαν τῆς τῶν πολλῶν ἀνθρώπων κακίας τε καὶ φαυλότητος. βουκηματώδη γὰρ καὶ εἰκαίαν τινὰ γίνεσθαι τὴν τεκνοποιίαν παρὰ τοῖς πολλοῖς. ποιοῦσι ὑφηγήματα καὶ ἐπιτηδεύματα παρὰ τοῖς ἀνδράσιν ἐκείνοις διὰ λόγων τε καὶ ἔργων ἠσκεῖτο περὶ σωφροσύνης, ἄνωθεν παρειληφόσιν αὐτοῖς τὰ παραγγέλματα, ὥσπερ τινὰ [37] πυθόχρηστα λόγια παῤ αὐτοῦ & Πυθαγόρου.

CAP. XXXII.

QUod autem fortitudinem attinet, multa jam ex ante dictis propius ad eam pertinent: utputa admiranda illa facinora, quæ à Timycha perpetrata ſunt: itemque ab iis qui mortem obire maluerunt, quam Pythagoræ placita de fabis, aliiſque quæ huic ſtudiorum generi conſentanea ſunt, tranſgredi. Sed & quæ ipſe Pythagoras præclare deſignavit, dum ſolus

ΚΕΦ. λϚ'.

ΠΕρὶ δὲ ἀνδρείας, πολλὰ μὲν ἤδη καὶ τῶν εἰρημένων οἰκείως καὶ πρὸς αὐτὴν ἔχει· οἷον τὰ περὶ Τιμύχαν θαυμαστὰ ἔργα, καὶ τὰ τῶν ἑλομένων ἀποθνῄσκειν, πρὸ τ̃ παραβαίνειν τῶν ὁρισθέντων ὑπὸ Πυθαγόρου περὶ κυάμων, καὶ ἄλλα τῶν τοιούτων ἐπιτηδευμάτων ἐχόμενα· ὅσα τε Πυθαγόρας αὐτὸς ἐπετέλεσε γυμνικῶς, ἀποδημῶν πανταχοῦ

214

[37] Πυθόχρηστα λόγια] Vide Nos ſupra ad Num. 161.

παχὺ μόνῳ, καὶ πρὸς πόνους καὶ κινδύνους ἀμηχάνους ὅσους ἀλλαχόθι, [1] ἐλόμενος ἢ καὶ τὴν πατρίδα ἀπολιπεῖν, καὶ ἐπὶ τὴν ἀλλοδαπῆς διατρίβων· τυραννίδας δὲ καταλύων, καὶ πολιτείας συγκεχυμένας διατάττων, ἐλευθερίαν τε ἀπὸ δουλείας ταῖς πόλεσι χαριζόμενος· καὶ τὴν ἀνομίαν [2] παύων, ὕβριν τε καταλύων, καὶ τοὺς ὑβριστὰς καὶ τυραννικοὺς κολάζων· καὶ τοῖς μὲν δικαίοις καὶ ἡμέροις πρᾶον ἑαυτὸν παρίχων καθηγεμόνα, τοὺς δὲ ἀγρίους ἄνδρας καὶ ὑβριστὰς ἀπελαύνων τῆς [3] σωφροσύνης, καὶ μὴ χρῆσθαι τούτοις [4] ἀπαγορεύων· καὶ τοῖς μὲν σωφρονίζομένοις πρόθυμος, τοῖς δὲ παντὶ σθένει ἐνιστάμενος.

215 * Πολλὰ μὲν ἂν τούτων ἔχοι τις ἂν λέγειν τεκμήρια, καὶ πολλάκις αὐτοῦ κατορθωθέντα· μέγιστα δὲ πάντων ἐστὶ τὰ πρὸς Φάλαριν αὐτῷ μετὰ παῤῥησίας ἀνυποστάτου ῥηθέντα τε καὶ πραχθέντα. ὅτε γὰρ ὑπὸ Φαλάριδος ἐσχάτως τῶν τυράννων κατείχετο, καὶ συνέμιξεν αὐτῷ σοφὸς ἀνὴρ Ὑπερβόρειος τὸ γένος, Ἄβαρις τοὔνομα, αὐτοῦ τούτου ἕνεκα ἀφικόμενος, τοῦ συμβαλεῖν αὐτῷ· λόγους

quaquaverſum peregrinatus eſt, laboribuſque ac periculis immenſum quantis ſeſe obtulit, & relicta patria, vitam apud exteros exigere ſtatuit: quin &, dum tyrannides ſuſtulit, turbatis Rebuſp. priſtinum ordinem reſtituit, & civitates è ſervitute in libertatem aſſeruit: eodem pertinet quod injuſtitiam compeſcuit, contumelias diſpulit, & protervis tyranniciſque ingeniis obſtitit; ac juſtis quidem manſuetiſque benignum ſe ductorem præbuit; feros vero & protervos à convictu ſuo removit, illiſque negavit ſe reſponſa daturum: alteris denique alacriter opem tulit; alteris autem, totis viribus repugnavit. Pronum itaque foret & horum multa certiſſima documenta proferre, & majori etiam numero ad virtutis amuſſim ab eo geſta, adjicere: ſed inter ea maxime eminent, quæ coram Phalaride, cum invicta oris libertate, ſive dixit, ſive fecit. Cum enim à Phalaride crudeliſſimo tyrannorum captivus detineretur, eique congreſſus eſſet vir ſapiens, gente Hyperboreus, nomine Abaris, qui ob hoc ipſum advenerat, ut cum eo ſermonem ſociaret; plu-

[1] Ἐλόμενος] Hæc vox non abſque ſenſus diſpendio in priore Edit. deeſt, quam ex MS. revocavi.

[2] Παύων] Ex MS. pro quo antea inepte legebatur, πάντων.

[3] Σωφροσύνης] Itidem ex MS. pro ὁσίας, quod prior Edit. habet.

[4] Ἀπαγορεύων] Imo potius, ἐξαγορεύων, i. e. palam profitens, vel eloquens. Nam ἀπαγορεύειν, ut notum eſt, ſignificat, *interdicere*, *vetare*: quod ſenſui loci hujus non convenit.

res quæſtiones, maxime ſacras, Abaris ei propoſuit, de ſimulacris, de religioſiore Deorum cultu, de providentia, de rebus, tum quæ cœlo continentur; tum quæ in terris paſſim verſantur, multisque ſimilibus aliis. Pythagoras vero, prout divino afflatu incitabatur, acriter, utque veritati prorſus conſonum erat, tantaque cum perſuadendi facultate reſpondit, ut audientibus dicta plane approbaret. Tum vero Phalaris & contra Abaridem, quod ab eo Pythagoras laudaretur, ira exarſit, & in ipſum Pythagoram acerbe invectus eſt: auſus etiam in Deos ipſos, graves ſeque dignas blaſphemias evomere. Abaris autem eapropter Pythagoræ gratias agebat; inſuperque ab eo edoctus eſt, quod à Cœlo pendeant reganturque omnia: id quod ei tum ex aliis plurimis, tum inprimis ex præſentiſſima ſacrorum efficacia oſtendit: tantumque aberat, ut docentem talia Pythagoram pro præſtigiatore Abaris haberet; ut potius illum, tanquam Deum quempiam, ſupra modum ſuſpexerit. Ad hæc Phalaris divinationem, & quicquid in ſacris fieri ſolet, aperte negavit. Abaris vero ab hiſce digreſſus eſt ad alia, quæ in oculos incurrunt; & ex iis quæ humanis viribus averruncari

γες τε ἠρώτησε, καὶ μάλα ἱερὰς, περὶ ἀγαλμάτων καὶ τῆς ὁσιωτάτης θεραπείας, καὶ τῆς τῶν θεῶν προνοίας, τῶν τε κατ' οὐρανὸν ὄντων, καὶ τῶν περὶ τὴν γῆν περιφερομένων, ἄλλα τε πολλὰ τοιαῦτα ἐπύθετο. * Ὁ δὲ 216
Πυθαγόρας, οἷος ἦν, [1] ἐνθέως σφόδρα, καὶ μετ' ἀληθείας πάσης ἀπεκρίνατο, καὶ πειθοῦς, ὥστε προσαγαγέσθαι σὺν ἀκόντων. τότε ὁ Φάλαρις ἀνεφλέχθη μὲν ὑπὸ ὀργῆς πρὸς τὸ ἐπαινεῖν τὸν Πυθαγόραν Ἄβαριν· ἠγρίαινε δὲ καὶ πρὸς αὐτὸν τὸν Πυθαγόραν· ἐτόλμα γὰρ πρὸς σὺν θεοὺς αὐτὸς βλασφημίας δεινὰς προσφέρειν, καὶ τοιαύτας, οἵας ἂν ἐκεῖνος εἶπεν. ὁ δ' Ἄβαρις πρὸς ταῦτα ὡμολόγει μὲν χάριν Πυθαγόρᾳ· μετὰ γὰρ τοῦτο ἐμάνθανε παρ' αὐτοῦ περὶ ἑκάστου ἠρωτῆσθαι ἐξ οὐρανόθεν ἠρτῆσθαι τὰ οἰκονομεῖσθαι πάντα, ἀπ' ἄλλων τε πλειόνων, καὶ ἀπὸ τῆς ἐνεργείας τῶν ἱερῶν· πολλῷ γε ἔδει μὴ τὸν Πυθαγόραν νομίζειν τὰ τοιαῦτα παιδεύοντα, ὡς γε καὶ αὐτὸν ἐθαύμαζεν ὡς ἂν θεὸν ὑπερφυῶς. πρὸς ταῦτα Φάλαρις· ἀνὴρ μὲν μαντείαν, ἀνὴρ δὲ τὰ ἐν τοῖς ἱεροῖς δρώμενα περιφανῶς. * Ὁ δὲ Ἄβα- 217
ρις μετῆγε τὸν λόγον ἀπὸ τούτων ἐπὶ τὰ πᾶσι φαινόμενα ἐναργῶς, καὶ ἀπὸ τῶν ἐν ἁμιλλαίοις, ἅπερ πολέ-

[1] Ἐνθέως] Ex MS. pro ἐν θεοῖς.

μοις

μοις [6] ἀωλήτοις, ἢ νόσοις ἀνιάτοις, ἢ καρπῶν φθοραῖς, ἢ λοιμῶν φοραῖς, ἢ ἄλλοις ποὶ τοιούτοις παγχαλέποις & ἀνηκέστοις, [7] ὧν ἐπαγομένων δαιμονίων τινῶν καὶ θείων εὐεργετημάτων, ἐπειρᾶτο συμπείθειν, ὡς ἔστι θεία πρόνοια, πᾶσαν ἐλπίδα ἀνθρωπίνην καὶ δύναμιν ὑπερφέρουσα. ὁ δὲ Φάλαρις ἠνηχμωτὶ πρὸς πᾶσι, καὶ ἀπεθρασύνετο. αὖθις ἦν ὁ Πυθαγόρας ὑποπτεύων μὲν, ὅτι Φάλαρις αὐτῷ ῥάπτοι θάνατον, ὅμως ἤ εἰδὼς, ὡς οὐκ εἴη [8] Φαλάριδι μόρσιμος, ἐξουσιαστικῶς ἐπεχείρει λέγειν. ἀπιὼν γὰρ πρὸς τὸν Ἄβαριν ἔφη, ὅτι ἐρανόθεν ἡ Δάβασις εἰς τε τὰ ἀέρια, καὶ τὰ ὀπίγεια φέρεσθαι πέφυκε. * Καὶ ἔτι θεῖ τῆς πρὸς τὸν
218 ἐρανὸν ἀκολουθίας πάντων, διεξῆλθε γνωριμώτατα τοῖς πᾶσι· θεῖ τε τῆς ἐν τῇ ψυχῇ αὐτεξουσίου δυνάμεως ἀναμφισβητήτως ἀπέδειξε· καὶ προϊὼν, θεῖ τῆς τοῦ λόγου καὶ τοῦ νοῦ πλείας ἐνεργείας ἐπεξῆλθεν

nequeunt, nempe ex bellis inexpugnabilibus, ex incurabilibus morbis, ex interitu fructuum, ex peſtilentiæ graſſatione, ex aliis denique id genus graviſſimis & atrocibus calamitatibus, quæ Dæmonum quorundam, aut Deorum operatione immittuntur, perſuadere conatus eſt; eſſe utique divinam providentiam, quæ omnem hominum expectationem, & vim longe exſuperet. Sed Phalaris fronte perfricta, contra hæc audacius inſurrexit. Denuo igitur Pythagoras, ſuſpicatus quidem à Phalaride necem ſibi parari, gnarus tamen ſimul, quod non eſſet in fatis, ut ab illo occideretur, liberrime dicere orſus eſt. Ad Abarim enim converſus, docuit, quod à Cœlo in res aëreas & terreſtres tranſitus quidam & deſcenſus fieri ſoleat: deinde per notiſſima quæque ediſſeruit, quod omnia Cœli ordinem ſequantur: item demonſtravit, animæ facultatem liberam, ſuique juris eſſe: & longius progreſſus, perfectas rationis mentiſque operationes eſſe

[6] Ἀωλήτοις] Scribo, ἀτλήτοις, i. e. *intolerabilibus*.

[7] Παρεπιγνομένων δαιμ. τινῶν καὶ θείων εὐεργετ.] Locum hunc ſic ſcribendum puto, γινομένων δαιμ. τιν. καὶ θείων νουθετημάτων: ut conſtructio talis ſit, καὶ ἀπὸ τῶν νουθετημάτων δαιμονίων τινῶν & θείων, γινομένων οὐκ ἀμηχάνους, ἤτοι πολέμους, &c. Νουθέτημα θεῖον autem hic vocatur admonitio, ſive caſtigatio divina, quæ fit immiſſis calamitatibus: eodem ſenſu, quo Græci dicunt νουθετεῖν τινα πληγαῖς, i. e. verberibus aliquem officii ſui admonere: qua phraſi præter alios uſus eſt Ariſtophanes.

[8] Φαλάριδι μόρσιμος] Alludit ad verſum illum Homericum, *Odyſſ.* X. Οὔ μέν με κῆνες, ἐπεὶ ἄ τοι μόρσιμός εἰμι. Quo verſu uſum eſſe Apollonium Tyanenſem, cum a Domitiano vitæ periculum ei immineret, refert Philoſtratus.

adſtruxit: ac ita demum ſolita libertate, de tyrannide, omnibusquæ fortunæ prærogativis, deque injuſtitia, omnique hominum avaritia, quam nullius iſta cuncta pretii ſint, ſolide docuit: hiſque ſubjunxit divinam de vita optima admonitionem; ejuſque cum peſſima comparationem exſerte inſtituit; ſed & quomodo anima cum ſuis facultatibus & affectibus ſe habeat, clariſſime detexit: quodque omnium præſtantiſſimum eſt, demonſtravit, Deos non eſſe cauſſam malorum, morboſque, & ſi quæ alia corpus male afficiunt, ab intemperantia proſeminari; reprehenſis fabularum ſcriptoribus atque poëtis, ob ea quæ in fictionibus ſuis ſecius dicta extant. Hincque Phalaridem redarguendo erudivit, quæque & quanta eſſet Cœli potentia, ex ipſis operibus oſtendit; quodque pœnæ legibus ſancitæ, jure meritoque infligantur, multis certiſque argumentis probavit. Inſuper quantum diſcrimen inter hominem & cætera animalia intercederet, aperte indicavit: ac de oratione quoque interna & externa ſcientifice locutus eſt; ut & de mente, notitiaque, quæ ab illa provenit, ac de aliis moralibus, hisque affinibus dogmatibus. Tradidit etiam quæ communi vitæ utilia forent, hiſque congruas

Τὸ δ' ἀνελόντα [7] Σῖμον τὸ Ἁρμονικὸν, καὶ [8] τὸν κανόνα σφετερισάμενον ἐξενεγκεῖν ὡς ἴδιον· εἶναι μὲν δὴ [9] ἐπὶ τῇ τὰς ἀναγεγραμμένας σοφίας. Ἀφελὼν δὲ τὴν μίαν, ἣν Σίμων ὑφείλετο, σωζαφανισθεῖσαν καὶ τὰς ἄλλας τὰς ἐν τῷ ἀναθήματι γε-
4 γραμμένας. * Ἄλλοι δ' ἐκ Θεανοῦς τῆς Πυθαινακτος, τὸ γένος Κρότωνος, υἱὸν Τηλαυγοῦς Πυθαγόρου ἀναγράφουσι, καὶ θυγατέρα Μύιαν· οἱ δὲ καὶ Ἀρίμνηστον· ὧν καὶ συγγράμματα Πυθαγόρεια σώζεσθαι.

Simum vero Harmonicum hoc ipſum ſuſtuliſſe, & canonem muſicum ſibimet attribuiſſe, ac venditaſſe pro ſuo. Fuiſſe autem ſeptem artes adſcriptas: ſed una à Simo ſublata, cæteras quoque quæ donario erant ſubſcriptæ, fuiſſe deletas. Alii ex Theano Pythanactis filia, genere Creſſa, Telaugen filium, & Myiam filiam Pythagoram ſuſcepiſſe ſcribunt: quibus Arignotam nonnulli addunt: quorum ſcripta Pythagorica ſuperſunt.

reliquiis dicam, quæ in Capitolio ſpectantur: ea enim legum ſcribendarum ratio non à Romanis aut Græcis, ſed ab ipſo Deo Opt. Max. originem ducit: qui legem digito proprio lapideis tabulis inſcriptam Hebræis per Moyſen promulgavit: & ſane optime hunc ſcribendi modum exprimunt S. literæ. Job. cap. XIX. v. 24. *Quis mihi tribuat, ut ſcribantur ſermones mei ſtylo ferreo, aut plumbi lamina: vel certe ſculpantur in ſilice.* De fœderibus quoque tabulis æreis perſcriptis exempla habes 1. Macchab. cap. VIII. v. 22. & cap. XV. v. 13.

[7] Σῖμον] Simum Poſidoniatem Pythagoricum Jamblichus commemorat: neſcio tamen an illi hoc tribuendum, ob reverentiam, qua præceptorem colebant Pythagorici.

[8] Τὸν κανόνα] Muſicum ſcilicet: quod & in verſione explicationis cauſa addidi: nam Laërtius teſtatur Pythagoram canonem unius chordæ inveniſſe. Meminit etiam Nicomachus lib. 1. Enchirid. Harm. pag. 79. τὸ Πυθαγορικὸν λεγόμενον κανόνος: cujus diviſionem ibidem tradit. Ea autem regula ſive norma eſt, omnium tonorum rationes & proportiones continens. Quomodo autem à Pythagora inventa fuerit vide apud eundem Nicomachum pag. 69. & Jambl. lib. 1. cap. 26. Hunc Canonem tanquam κεφάλαιον in omni harmonica diſquiſitione adhibendum docet Ptolemæus lib. 1. Harm. c. 2. Τὰ μὲν ὄργανοι τὸ τοιοῦτος ἐφόδῳ καλεῖται κανὼν ἁρμονικὸς, ἀπὸ τῆς χρείας κατηγορίας, καὶ τῷ κανονίζειν τὰ παῖς αἰσθήσεσιν ὑδίοντα πρὸς τὴν ἀλήθειαν περιελλημένος. Ubi Scholion Græcum, Κανὼν ἐστὶ μέτρον ὀρθότητος τῶν ἐν τοῖς ψόφοις συμμετριῶν. ἢ μέτρον ὀρθότητος τῶν ἐν τοῖς ψόφοις ἡρμοσμένων ἀφορῶν, αἱ θεωρεῖται ἐν λόγοις ἀριθμῶν. Ita MS. Codex Græcorum Muſicorum, quem Illuſtriſſimi Card. Barberini inſtructiſſima bibliotheca mihi ſuppeditavit: unde etiam τὸ μονόχορδα inſtrumenta muſica, Panduras vulgo dictas, Pythagorici Κανόνας appellabant: teſte Nicomacho l. 1. p. 67.

[9] Ἐπὶ σοφίας] Σοφίαν Pythagoræ & Platonis Schola proprie vocabat, τὴν τῶν ὄντων καὶ ὄντως ὄντων ἐπιστήμην, καὶ μάλιστα τὴν ἐν τούτοις καταλήψιν καὶ γνῶσιν τῆς ἀληθείας. Promiſcue tamen omnis ars & ſcientia ita dicitur: idque auctore etiam Homero, quem τὴν τεχνικὴν hoc nomine appellaſſe Heſychius, Suidas, aliique obſervant. Quemadmodum etiam σοφιστὴς, quivis artifex. Hic artes liberales hoc nomine intelligi ex adjuncto numero ſeptenario apparet.

Timæus verò auctor eſt, Pythagoræ filiam, virginem adhuc virginei, mulierem vero muliebris chori agmen duxiſſe: Crotoniatas autem domum illius in Cereris ædem convertiſſe; angiportum vero Muſæum indigitaſſe. At Lycus Hiſtoriarum quarto commemorat diverſas de ipſius patria quorundam ſententias eſſe, dum ait: *Patriam itaque & civitatem, cujus civem virum hunc eſſe contigit, niſi ipſe videris, ſcire parum tua interſit: quidam enim Samium eum eſſe dicunt, alii vero Phliaſium, nonnulli Metapontinum.* Præterea de doctrina quoque ejus vulgo tradunt, ipſum Mathematicas quas vocant ſcientias, ab Ægyptiis Chaldæiſque & Phœnicibus didiciſſe. Geometriæ enim

Τίμαιος δ' ἱστορεῖ, τὴν Πυθαγόρου θυγατέρα ἔτι παρθένον ὖσαν [10] ἡγεῖσθαι τῶν παρθένων ἐν Κρίτωνι, καὶ γυναῖκα τῶν γυναικῶν. τὴν δ' οἰκίαν Δήμητρος ἱερὸν ποιῆσαι σὺν Κροτωνιάταις· τὸν δὲ στενωπὸν καλεῖν Μουσεῖον. * [11] Λύκος δ' ἐν τῇ πτάρτῃ τῶν ἱστορικῶν καὶ περὶ τὴν πατρίδα ὡς διαφωνούντων τινῶν μνημονεύει λέγων· τὴν μὲν οὖν πατρίδα καὶ τὴν πόλιν, ἧς γνώσεται πολίτου τὸν ἄνδρα τοῦτον συμβέβηκεν, εἰ μὴ τυγχάνῃς καπιδὼς, μηδὲν διαφερέτω σοι. λέγουσι γὰρ αὐτὸν οἱ μὲν οὖν Σάμιον, οἱ δὲ [12] Φλιάσιον, οἱ δὲ Μεταποντῖνον. * Ἔτι δὲ καὶ περὶ τὴν διδασκαλίας αὐτοῦ οἱ πλείους, τὰ μὲν τῶν μαθηματικῶν καλουμένων ἐπιστημῶν, παρ' Αἰγυπτίων τε καὶ Χαλδαίων, καὶ Φοινίκων φασὶν ἐκμαθεῖν. [13] γεωμετρίας μὲν γὰρ

[10] Ἡγεῖσθαι τῶν παρθένων] Jamblichus idem refert lib. 1. cap. 30. Γήμαντα δὲ τὴν ἡγουμένην αὐτῷ θυγατέρα, μεθ' ἣν τοῦτο δὲ Μίνωνι τῷ Κροτωνιάτῃ συνοικήσασαν, ἀγαγεῖν ὅπως, ὥστε παρθένον μὲν ὖσαν ἡγεῖσθαι τῶν χορῶν, γυναῖκα δὲ γενομένην πρώτην προσιέναι τοῖς βωμοῖς, *Cum autem uxorem duxiſſet filiam ex ea ſuſceptam, quæ Menoni Crotoniatæ poſtea nupſit, ita educaſſe, ut virgo quidem duceret choros, nupta vero prima ad aras accederet.* Ita locus ille conſtituendus. Choros autem duxiſſe, qui honore & dignitate cæteros omnes præcederent, tam notum eſt, ut & proverbio locum fecerit. Ita Diana apud Homerum in hymno,

Μουσῶν καὶ Χαρίτων καλὸν χορὸν ἐστιχόωσα,
Ἡγεῖται χαρίεντα περὶ χροὶ κόσμον ἔχουσα,
Ἐξάρχουσα χορούς.

Hinc χορηγὸς & χορδίκλης.

[11] Λύκος] Ita hic legendum docuere jam pridem Viri Clariſſimi, qui de Græcis hiſtoricis ſcripſere: ad quos lectorem remitto. Cæterum quod ille de Philoſophi noſtri patria referebat, idem quoque Flav. Joſ. affirmat lib. 11. contra Appion. Æquè difficile eſſe Pythagoræ patriam indicare atque Homeri.

[12] Φλιάσιον] Vide Pauſ. lib. 2. Mneſarchi pater Euphron, avus Hippaſus, qui occupata à Doribus Phliunte in Samum profugit. Diogenes alia & longiore ſerie recenſet.

[13] Γεωμετρίας] Cauſam explicat Jamblich. l. 1. c. 29. Διὰ δὲ Νείλου προοδίσεις καὶ ἀφωρίσεις. Sic enim legendum. Unus inſtar omnium erit ad hunc locum illuſtrandum Proclus in Euclid. lib. 11. cap. 4. Cui addas Julianum ita de inventoribus artium differentem apud Cyrill. lib. v.

ἐκ παλαιῶν χρόνων ἐπιμεληθῆναι Αἰγυπτίους· τὰ μὲν περὶ ἀριθμούς τε καὶ λογισμούς, Φοίνικας· Χαλδαίους δὲ τὰ περὶ τὴν οὐρανὸν θεωρήματα· περὶ δὲ τὰς τῶν θεῶν ἀγιστείας, καὶ τὰ λοιπὰ τὰ περὶ τὸν βίον ἐπιτηδεύματα τῶν Μάγων φησὶ διακοσμεῖσθαί τε καὶ λαβεῖν. * Καὶ ταῦτα μὲν σχεδὸν πολλοῖς ἐπιγινώσκειν, διὰ τὸ γεγράφθαι [14] ἐν ὑπομνήμασι. τὰ δὲ λοιπὰ τῶν ἐπιτηδευμάτων ἥκιστα εἶναι γνώριμα. πλὴν τοσαύτη γε ἁγνεία, φησὶν Εὔδοξος ἐν τῇ ἑβδόμῃ τῆς γῆς περιόδου, κεχρῆσθαι, καὶ τῇ περὶ τοὺς φόνους φυγῇ καὶ τῶν φονευόντων, ὡς μὴ μόνον τῶν ἐμψύχων ἀπέχεσθαι, ἀλλὰ καὶ μαγείρους καὶ θηρατῶν μηδέποτε πλησιάζειν. Ἀντιφῶν δ' ἐν τῷ περὶ τοῦ βίου τῆς ἐπ' ἀρετῇ πεω-

ab antiquis uſque temporibus ſtudioſiſſimos fuiſſe Ægyptios; numerorum & proportionum Phœnices; Aſtronomiæ autem motuumque cœleſtium Chaldæos. Deorum vero ſacra & cultum cæteraque vitæ inſtituta ex Magorum inſtitutione eum accepiſſe ajunt. Atque hæc plurimis quidem eſſe cognita, quandoquidem literarum monumentis perſcripta ſunt: reliqua autem ejus inſtituta minus eſſe comperta. Cæterum Eudoxus, lib. VII. *de Situ Orbis*, tanta puritate Pythagoram uſum ſcribit, adeoque ab omni cæde atque mactantibus abhorruiſſe, ut non tantum animatis abſtinuerit, ſed nec coquis nec venatoribus unquam appropinquarit. Antiphon autem libro *de Vita Virorum virtute*

Ἡ μὲν περὶ τὰ φαινόμενα θεωρία διὰ τῆς ἔθνεσιν ἐπελεύθη, τῶν πρώτων τηρήσεων διὰ τῆς βαρβάροις γνωρίμων ἐν Βαβυλῶνι. Ἡ δὲ περὶ τὴν μουσικὴν διὰ τῶν μαθημάτων τῆς ἐν Αἰγύπτῳ τὸν ἀρχὸν λαβεῖν φασὶ πᾶσιν μέγιστον ἠυξῆσθαι· τὸ δὲ περὶ τοὺς ἀριθμοὺς διὰ τῶν Φοινίκων ἐμπόρων ἀρξάμενον πως εἰς ἐπιστήμης διὰ τοῖς Ἕλλησι κατεσχηκέναι πρόχημα. τὰ δὲ τελεία μὲν τῶν σωμαθμῶν μουσικῆς Ἕλληνες εἰς ἓν συνῆψαν, ἀστρονομίαν μετρίαν πρόσφυαντες. ἀμφοῖν δὲ τοὺς ἀριθμοὺς προσαρμόσαντες, καὶ τὸ ἐν τύποις ἀναρμόνιον καταστήσαντες, ἐντεῦθεν ἔφασαν τὸν διὰ σφίσι μυστικὸν· τοὺς ὅρους εὑρόντες τῶν ἁρμονικῶν λόγων φασὶ τὸν ἀκρῆς αἰσθησιν ἁπλῶσιν ὁμολογίαν, ἢ ὅπ μάλιστα τούτῳ ἴσης. De Chaldæorum Aſtrologicis Prædictionibus idem Cyrill. l. c Julian. Ælian. de Anim. lib. 1. cap. 22. Sextus Empir. lib. v. adv. Mathem. Diogen. Laërt. in Procœmio: Τοὺς Χαλδαίους περὶ ἀστρονομίαν & πρόρρησιν ἀσχολεῖσθαι· τοὺς δὲ Μάγους περί τε θεραπείας θεῶν διατρίβειν, καὶ θυσίας, καὶ εὐχάς. Vide & ſequentia de alba veſte victuſque ratione: quæ manifeſte imitatus eſt Pythagoras. His adde & Theophraſti teſtimonium ex libro de Signis, apud Proclum lib. IV. in Timæum p. 285.

[14] Ἐν ὑπομνήμασι] Illos forte intelligit commentarios, quos à Pythagoreis relictos memorat infra pag. 40. v. 24. & Jambl. lib. 1. cap. 29. Citantur etiam τὰ Πυθαγορικὰ ὑπομνήματα à Diogen. Laërtio ex Alexandro de Succeſſionibus Philoſophorum: quæ morientem Pythagoram apud filiam Damo depoſuiſſe Lyſidis teſtimonio affirmat.

illuſtrium, eximiam ejus tolerantiam in Ægypto commemorat,

τδυσάντων, καὶ [15] τὴν καρτερίαν αὐτὸ τ' ἐν Αἰγύπτῳ διηγεῖται λέ-

[11] Τὴν καρτερίαν τὴν ἐν Αἰγύπτῳ] Non ex maligno & ſubdolo Sacerdotum ingenio factum arbitror, quominus homines exteri ad arcana ſacra Ægyptiorum admitterentur: ſed ex ſolenni initiationis ritu, & quod myſteria illa aliter non conſtarent. Nam cum in ipſo receſſu nihil ſacrum vel admirandum continerent, externo cæremoniarum apparatu religioſa quædam veneratio iis concilianda fuit: ne ſi abſque ſiparo cuivis paterent, jocus & ludus vulgo fierent: cum non ſolum pulchra difficilia ſint, ſed & difficilia pulchra habeantur. Nihil ego de ſanctis & adorandis Eccleſiæ myſteriis dicam: a quorum non ſolum participatione, ſed conſpectu etiam profani & ἀμύητοι ſedulo arcebantur. De gentium ſacris exemplo eſſe poteſt, quod de Mythræ initiis apud Suidam legitur, neminem illi Deo conſecrari potuiſſe, niſi per aliquot ſuppliciorum gradus ſacrum & impaſſibilem ſeſe oſtenderet. Verba hæc ſunt: Μίθραν νομίζουσιν οἱ Πέρσαι εἶναι τὸν ἥλιον, &c. οὗτος ἂν δὲ εἰς αὐτὸν δωρήσαιτό τις τελεσθῆναι, εἰ μὴ πρῶτον βαθμῶν παρελθὼν τῶν κολάσεων δείξῃ ἑαυτὸν ὅσιον καὶ ἀπαθῆ. Et Gregor. Nazianz. Orat. 1. cont. Julian. & in SS. Lumina, τὰς ἐν Μίτρᾳ βασάνους καὶ κωλύσεις ἐνδίκους τὰς μυστικὰς commemorat. Quo loco Elias Cretenſis annotat, initiandos per XII cruciatus duci ſolitos: nimirum per ignem, per frigus, per famem, per ſitim, per flagra, per itineris moleſtiam, aliaque id genus. Nonnus autem in σωαγωγῇ hiſtoriarum cap. v. ſuppliciorum gradus LXXX fuiſſe ſcribit, partim remiſſiores, partim intentiores. *Primum enim*, inquit, *levioribus ſupplicii*s, *deinde atrocioribus afficiuntur: atque ita poſt decurſa omnia tormenta ipſius ſacris imbuuntur. Igni quippe & aqua atque hujuſmodi ſuppliciorum generibus excruciantur.* Τὸ δυσπρόσδεκτον Ægyptiorum Pythagoras ipſe poſtea imitatus fuit, teſte Jamblicho lib. 1. c. 17. qui poſtquam indolem, genus, moreſque diſcipulorum diu multumque exploraſſet, triennium integrum eos ſolebat rejicere, ut conſtantiam probaret: admiſſis tandem in contubernium quinquennii ſilentium ὡς χαλεπώτατον ἐγκράτευμα injungebat. Eamque conſuetudinem a myſteriis tranſlatam fuiſſe expreſſe notat: quæ in reliquorum deinde Philoſophorum ac Sophiſtarum ſcholas, Athenis præſertim, recepta fuit. Ad hujuſmodi enim κρυπτοδείας referendum, quod de balneo & pallio Sophiſtico Olympiodorus apud Photium cod. 80. & Greg. Naz. Orat. in Baſilium M. ſcribunt: qua de re videndus Vir Cl. Herib. Roſwedus ad lib. VI. *de Vitis Patrum*. In quibuſdam Germaniæ Academiis ſimiles ritus cum ipſis literis, ni quid fallor, introducti pertinaciter retinentur, quam depoſitionem vulgo vocant: tum proterva divexationes, quibus anno integro recentiores literarum candidati a provectioribus exagitantur. Quin & mercatorum collegia nonnulla in Septentrionali Germania per ſimiles ſuppliciorum gradus, flagra inquam, ignem & aquam tyrones recipiunt. Sed ut ad Pythagoram redeamus; in hiſce probationum generibus circumſionem quoque ab eo ſuſceptam autumo: quod Clem. Alexandr. 1. Strom. teſtatur. Cæterum non ſolum Philoſophi probationes haſce in ſuas ſcholas tranſtulerunt: ſed naſcentis Eccleſiæ temporibus in monachorum quoque cœnobia per interiorem Ægyptum receptæ fuerunt. Cujus rei teſtem oculatum habes, Joann. Caſſianum lib. IV. Inſtitut. c. 3. *Ambiens quis*, inquit, *in cœnobii recipi diſciplinam non ante prorſus admittitur, quam diebus decem vel eo amplius pro foribus excubans indicium perſeverantiæ ac deſiderii ſui, pariterque humilitatis ac patientiæ dederit, injuriis quoque & exprobrationibus multis affectus experimentum dederit conſtantiæ*

γων· τὸν Πυθαγόραν ἀποδεξάμενον τῶν Αἰγυπτίων ἱερέων τὰ ἀγωγὰ, καὶ δόσεώς τε μεταχεῖν πάσης, δεηθῆναι Πολυκράτης τὸ τυράννυ γράψαι πρὸς Ἄμασιν τὸν βασιλέα τὰ Αἰγύπτυ, φίλον ὄντα καὶ ξένον, ἵνα κοινωνήσῃ τῆς τῶν προειρημένων παιδείας. ἀφικόμενον δὲ πρὸς Ἄμασιν, λαβεῖν γράμματα

dum ait, Pythagoram Ægyptiorum Sacerdotum inſtituta ſuſcepturum, cum omni ſtudio id ageret qui eorum particeps fieret, rogaſſe Polycratem Tyrannum, ut Amaſi Ægyptiorum regi amico atque hoſpiti ſcriberet, ut ad doctrinam Sacerdotum, quos diximus, admitteretur. Verum cum ad Amaſim perveniſſet, literas ab ipſo

ſuæ: qualiſque futurus ſit in tentationibus opprobriorum tolerantia declaraverit. Dein cap. 7. ait hac perſeverantia comprobatum non ſtatim congregationi Fratrum commiſceri, ſed deputari ſeniori, qui haud longe a veſtibulo monaſterii curam habet peregrinorum & advenientium. *Cumque ibidem*, inquit, *integro anno deſerviens abſque ulla querela ſuum erga peregrinos exhibuerit famulatum, admiſcendus ex hoc congregationi fratrum alii traditur ſeniori, qui decem jumioribus præeſt. Hic illi ſemper imperare curabit*, ut ait cap. 8. *quæ ſenſerit animo ejus eſſe contraria.* Quin plura etiam ſuperflua, minuſque neceſſaria, vel impoſſibilia frequentius injungebantur. Cujus rei, ſi vis, exempla vide cap. 24. 27. & 29. Cauſas deinde hujus difficultatis & refutationis exponit, c. 33. & ſeqq. Similia inſtituta omnes ferme aſcetici ordines ab Ægyptiis accepta ſervant, & tanto quidem magis, quanto minus a diſtricto primitivæ converſationis rigore diſcedunt. Eſſæos quoque Judæorum Philoſophos per ſimiles probationum gradus olim in contubernium receptos fuiſſe ipſe Porphyrius prolixe docet, lib. IV. *de Abſt.* ex Fl. Joſepho. Qui & alia multa cum Pythagoreis communia habuere, ſilentium, bonorum communionem, veſtem candidam, dogmatum ſuorum occultationem, abſtinentiam ab animatorum eſu, & ſimilia. Quæ & ipſi haud dubie ab Ægyptiis ut alia multa accepere. Nec miretur quiſquam quod a Judæis & Gentilibus ſacræ converſationis & perfectioris vitæ inſtituta in Eccleſiam derivata dixerim; cum & ipſum φιλοσοφίας atque ἀσκήσεως nomen religioſa vita inde traxerit. Nec minori jure Chriſtiani ſaniora Gentilium inſtituta in ſuos uſus convertere potuerunt, quam Hebræi Ægyptiorum ſpolia. Hoc enim argumento manifeſte liquet, extitiſſe in ſingulis nationibus qui agnita naturæ humanæ corruptione, ſtrictiori genere vivendi ad perfectiorem aliquem pietatis gradum ſupra vulgus eniterentur: unde Clementi Alexandrino hæc Gentilium & Judæorum inſtituta βαθμοὶ & ὑποβάθραι τῆς κατὰ Χριστὸν φιλοσοφίας dicuntur: tantum abeſt ut hoc nomine religioſam vitam noſtri ſeculi more condemnaret. Nec dubito ſi quis altius hæc vellet perveſtigare, quin à Nazaræis & priſcis Hebræorum Patriarchis, hoc eſt, ex ipſo veritatis fonte repeti poſſent. Sed hæc obiter & in excurſu fieri nequeunt. Addo περὶ παρθενείας, cujus hoc loco meminit, intelligi poſſe promiſcue de omnibus moleſtiis ac difficultatibus, quas ſane maximas Sacerdotia Ægyptiorum adjunctas habebant. De his ipſe Porphyrius lib. IV. *de Abſt.* Πολλὰ καὶ τὰς ἱερωσύνας ἐνεδέχοντο βάρη, καὶ ὑπηρετήματα τῆς κοινῆς ἰχνῶν μείζω. Et poſtquam vigilias ac meditationes continuas, ſtataſque preces recenſuit; addit: ὁ μὲν δὴ πόνων ὁ ἀτρύτος τε & ἀνιηρὸς παρθενίαν διαμαρτυρεῖ τοῖς ἀνδράσι.

ad Sacerdotes accepiſſe : ab Heliopolitis autem, in quos primum inciderat, Memphin tanquam ad ſeniores fuiſſe ablegatum : atque id vere Heliopolitas prætendiſſe : Memphi eodem prætextu dimiſſum, ad Dioſpolitas acceſſiſſe. Illos vero, cum metu regis cauſam nullam obtendere poſſent, exiſtimaſſe ipſum laboris & ærumnarum magnitudine à propoſito receſſurum : ideoque dura admodum, & à Græcorum religione prorſus aliena injunxiſſe. At illum, cum promptiſſime ea exequeretur, usque adeo admirationi ipſis fuiſſe, ut & ſacrificare, & ſtudiis illorum intereſſe ei liceret : quod nulli unquam extero homini contigiſſe reperitur. Reverſum autem in Joniam, ludum in patria aperuiſſe, quem Pythagoræ Hemicyclum nunc quoque appellant : ubi Samii de publicis rebus conſulturi congregantur. Antrum quoque proprium extra urbem philoſophiæ

πρὸς τοὺς ἱερέας· καὶ συμμίξαντα τοῖς Ἡλιοπολίταις, ἐκπεμφθῆναι μὲν εἰς Μέμφιν ὡς πρὸς πρεσβυτέρους· τῇ δ' ἀληθείᾳ σκηπτομένων τὸν Ἡλιοπολιτῶν τὰ παῦτα· ἐκ δὲ Μέμφεως καλὰ τὴν ὁμοίαν σκῆψιν πρὸς Διοσπολίτας ἐλθεῖν. * Τῶν δ' ὑπ' αὐτὸν δυναμένων προίχεσθαι αὐτὸν, ἀφὰ τὸ δέος τοῦ βασιλέως, νομισάντων ἂν ἐν τῷ μεγέθει τῆς κακοπαθείας ἀποκήσειν αὐτὸν τὴν ἐπιβολῆς, προστάγματι σκληρῷ καὶ κεχωρισμένῳ τῆς ἑλληνικῆς ἀγωγῆς κελεῦσαι ὑπομεῖναι αὐτόν. τὸν δὲ ταῦτα ἐκτελέσαντα προθύμως, ἔτως θαυμασθῆναι, ὡς ἐξουσίαν λαβεῖν θύειν τοῖς θεοῖς ἐπὶ προσιένα τῆς τούτων ἐπιμελείας· ὅπερ ἐπ' ἄλλῳ ξένῳ γεγονὸς οὐχ εὑρίσκεται. * Ἐπανελθόντα δ' εἰς τὴν Ἰωνίαν, κατασκευάσαι ἐν τῇ πατρίδι [16] διδασκαλεῖον, τὸ Πυθαγόρου καλούμενον ἔτι καὶ νῦν ἡμικύκλιον· ἐν ᾧ Σάμιοι περὶ τῶν κοινῶν συνιόντες βουλεύονται. ἔξω δὲ τῆς πόλεως [17] ἄντρον οἰκεῖον τῆς ἑαυτοῦ φιλοσοφίας

8

9

[16] Διδασκαλεῖον] Ita etiam alibi. Nam Pythagoræ ſcholam proprie διδασκαλεῖον appellant, ut Platonis Academiam, Ariſtotelis Lyceum vel περίπατον, Epicuri hortos, Zenonis porticum. Hinc ſectatores Pythagoræ, οἱ ἀπὸ τῆς Πυθαγορικῆς διδασκαλείας, Nicomacho lib. 1. Harm. & Jambl. lib. 1. cap. 23. & 28. atque alibi. Sed ut à docendo διδασκαλεῖον, ita ab audiendo ſeu auſcultando τὸ ἀκροᾶσθαι τοῦ Πυθαγόρου vocat, cap. 29. & ſæpius ἀκροατήριον: de quo infra.

[17] Ἄντρον οἰκεῖον] Hac quoque in re Magos imitatus videtur, qui ſacra ſua in antris & ſpelæis colebant. Credo ut ſecretum loci, & ſacer horror doctrinæ religionem aliquam conciliaret. Quam ob cauſam à Minoe & à Numa antra frequentata legimus. Aliter vero Diogenes ex Hermippo in ædicula ſubterranea eum habitaſſe aliquandiu refert, ut ab inferis ſe rediiſſe vulgo perſuaderet. Sed de his abunde libro de Nympharum antro ipſe Porphyrius agit.

πιή-

πιήσαντα, ἐν τούτῳ τὰ πολλὰ τῆς ἡμέρας καὶ τῆς νυκτὸς διατρίβειν, συόντα λόγοις τῶν ἑταίρων· γεγονέναι δ' ἐτῶν παραμικρὸν τεσσαράκοντα, φησὶν ὁ Ἀριστόξενος, καὶ ὁρῶντα τὸν [18] Πολυκράτους τυραννίδα σωφρονεστέραν ἤδειν, ὡς τε καλῶς ἔχειν ἐλευθέρῳ ἀνδρὶ τὴν ἀπιστίαν τε καὶ δεσποτείαν μὴ ὑπομένειν, ἔτως δὴ τὸν εἰς Ἰταλίαν ἄπαρσιν ποιήσασθαι.

10* [19] Διονύσιος δ' ἐν τοῖς ὑπὲρ Θάλλου ἀπίστοις τὰ περὶ τὸν φιλόσοφον ἀκριβῶς διελθόντος, ἔκρινα μηδαμῶς τὰ τοῦτο παρελθεῖν. φησὶ δὴ Μνήσαρχον Τυρρηνὸν ὄντα γένει, τῶν Λήμνον καὶ Οὐμβρον καὶ Σκύρον κατῳκισμένων [20] Τυρρηνῶν, κακεῖθεν μεταστάντα, πολλὰς μὲν πόλεις, πολλὰ δὲ χωρία ἐπιόντα, ἐπιτυχεῖν ποτε παιδὶ νηπίῳ, ὑπὸ λάκκῃ μεγάλῃ ἐν εὐφυεῖ κειμένῳ· ἐπιστάντα δὲ θεάσασθαι ὕπτιον εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβλέποντα πρὸς ἥλιον ἀσκαρδαμυκτεῖ, καὶ τῷ στόματι ἐνόντα κάλαμον σμικρὸν καὶ λεπτὸν, καθάπερ αὐλόν. θαυμάσαντα δὲ καὶ δρόσῳ ἐκ τῆς λάκκης

suæ conſtituiſſe, & in illo ut plurimum dies noctesque verſatum fuiſſe, & amicorum colloquiis vacaſſe. Ariſtoxenus refert, eum, cum jam annos quadraginta natus eſſet, & Polycratis tyrannidem vehementiorem cerneret, quam ut ſibi ingenuo homini imperium dominatumque illius ferre liceret, hac occaſione in Italiam diſceſſiſſe. Cæterum cum Diogenes libro *de Incredibilibus* ultra Thulen accurate de Philoſophi hujus rebus expoſuerit, illius quoque ſententiam neutiquam mihi prætereundam cenſui. Refert is Mneſarchum Tyrrenum fuiſſe ex eorum genere, qui Lemnum, Imbrum, & Scyrum incoluere, cumque inde diſcedens multas urbes variaſque regiones circuiret, inveniſſe aliquando infantulum ſub magna & procera populo collocatum, juxtaque adſtantem ſpectaſſe puerum ſupino in cœlum vultu, ſolemque inconniventibus oculis intuentem; & calamum exiguum tenerumque inſtar fiſtulæ ori inſertum: & cum non ſine admiratione rore ex populo deſtillan-

[18] Πολυκράτους τυραννίδα] Vide hanc ad rem luculentam narrationem Apuleji in *Floridis*, quæ totam Pythagoræ vitam mirum in modum illuſtrat.

[19] Διονύσιος ἐν τοῖς ὑπὲρ Θάλλου] Hujus excerpta habemus apud Photium, cod. CLXVI. quo lectorem remitto.

[20] Τυρρηνῶν] De Thyrrenorum erroribus per Ægei maris inſulas, vide Cluverium Ital. Ant. lib. II. cap. I. Unde Pelargi ſive Pelaſgi dicti, quod ciconiarum more hinc inde vagarentur. Sed ex Tyrrhenis Italis Pythagoram natum fuiſſe Lucius quidam Pythagoricus probare conatur, apud Plutarchum Sympoſ. lib. VIII. Quæſt. 7. rationibus ſane haud magni momenti.

te, nutriri videret, ſuſtuliſſe puerum, quod divino quodam genere profatum crederet; (hunc cum virilem ætatem attigiſſet, in Samo ab Androcle indigena in familiam cooptatum ajunt, qui rei familiaris adminiſtrationem illi commiſit:) Mneſarchum vero cum opibus abundaret, educaſſe puerum, indito Aſtræi nomine, una cum propriis tribus filiis, Eunoſto, Tyrreno, & Pythagora: quem ut dixi puerum adhuc Androcles filium ſibi adoptavit. Puerulum itaque ad citharœdum, palæſtram, & pictorem miſit: at juvenem poſtea Miletum ad Anaximandrum ablegavit, ut Geometriam atque Aſtronomiam addiſceret. Pythagoras autem, inquit, ad Ægyptios quoque & Arabes, Chaldæos, & Hebræos acceſſit; apud quos & ſomniorum interpretandorum ſcientiæ accuratiſſime operam dedit; tum divinatione,

καταπλαγέντα θεασάμενον τρεφόμενον, ἀναλαβεῖν, θείαν τινὰ νομίζοντα τὴν ἐκ παιδὸς εἶναι φύσιν, ἀνδρωθέντα δ' ἐν Σάμῳ ἀναληφθῆναι ὑπὸ Ἀνδροκλέους ἐπιχωρίου, ὃς τὴν ἐπιμέλειαν αὐτῷ τῆς οἰκίας ἐνεχείρισεν. βιόντα δ' ἐν ἀφθόνοις, ἀνατρέφειν τὸ παιδίον, Ἀστραῖον καλέσαντα, μετὰ τῶν αὐτοῦ παίδων, τριῶν ὄντων, Εὐνόστου, καὶ Τυρρηνοῦ, καὶ Πυθαγόρου· ὃν καὶ υἱὸν ἔθετο Ἀνδροκλῆς ὄντα νεώτατον.

* Παῖδα μὲν οὖν ὄντα ἔπεμπεν εἰς τὴν κιθαριστὴν, καὶ παιδοτρίβου, καὶ ζωγράφου· νεανίαν δὲ γενόμενον εἰς Μίλητον πρὸς Ἀναξίμανδρον, μαθησόμενον τὰ γεωμετρικὰ καὶ ἀστρονομικά. ἀφίκετο δὲ καὶ πρὸς Αἰγυπτίους, φησὶν, ὁ Πυθαγόρας, καὶ πρὸς Ἄραβας, καὶ Χαλδαίους, καὶ [21] Ἑβραίους, παρ' ὧν καὶ τῶν θεῖ ὀνείρων γνῶσιν ἠκριβώσατο· καὶ [22] τῇ ἀφ' λιβανωτοῦ μαντείᾳ

[21] Καὶ Ἑβραίους] Apud Cyrillum lib. x. c. Julian. hæ duæ voces deſunt. Rectius tamen adeſſe exiſtimo: cùm Clem. Alex. Euſebius, D. Auguſtinus, aliique teſtentur Pythagoram cum Hebræis quoque fuiſſe converſatum, & ab iis dogmata quædam accepiſſe. Quin etiam genus ex iiſdem duxiſſe plerique arbitrabantur, teſte D. Ambroſio lib. 1. quæſt. 6. De ſomniorum interpretationibus exempla non pauca ſacræ literæ ſuggerunt. Sed ex divina revelatione, non peculiari gentis ſcientia profectas eædem docent, quamvis nullam non curioſam artem Judæos excoluiſſe conſtet. De Ægyptiorum & Chaldæorum ariolis & conjectoribus vide Geneſ. cap. 41. & Daniel. cap. 2. ad priorem locum ſic habet Catena Græca interpr. Lipomano. *Ægyptii, ab antiquo divinationibus & ſuperſtitioſis artibus intenti fuerunt. Quas qui Abraham illos docuiſſe dicunt, gravi injuria afficiunt ſanctum, dum ſtulti illum laudare contendunt arrogantiâ Judaicâ.* Similia Nicolaus Damaſcenus de Abrahamo prodidit, ut videre eſt apud Fl. Joſephum, & Euſeb. Præp. lib. IX. cap. 16, & 17. quamvis nulla iſthic peculiaris mentio de Oneirocriticis.

[22] Τῇ ἀφ' λιβανωτοῦ μαντείᾳ] Idem teſtatur Laërtius. Qui hoc divinandi ge-

πρῶτος ἐχρήσατο· καὶ ἐν Αἰγύπτῳ μὲν τοῖς ἱερεῦσι συνῆν καὶ τὴν σοφίαν ἐξέμαθε, καὶ τὴν Αἰγυπτίων φωνήν.

12 * Γραμμάτων δὲ τελοῦσι διαφοραὶ, ἐπιστολογραφικῶν τε, καὶ ἱερογλυφικῶν, καὶ συμβολικῶν· τῶν μὲν κοινολογουμένων κατὰ μίμησιν, τῶν δὲ ἀλληγορουμένων κατά τινας αἰνιγμούς. καὶ περὶ θεῶν πλέον τι ἔμαθεν. ἔν τε Ἀραβίᾳ τῷ βασιλεῖ συνῆν, ἔν τε Βαβυλῶνι τοῖς τ' ἄλλοις Χαλδαίοις συνεγένετο, καὶ πρὸς [23] Ζάβρατον ἀφίκετο, παρ' ᾧ καὶ καθαίρεται τὰ ἐπὶ πλεῖστα βίᾳ λύματα, καὶ ἐδιδάχθη ἀφ' ὧν ἀγνεύειν προσήκει ἀνθρώπους· τότε περὶ φύσεως λόγον ἤκουσε, καὶ τίνες αἱ τῶν ὅλων ἀρχαί. ἐκ γὰρ τούτων περὶ θεῶν τὰ ἔθνη [24] πλάνης ὁ Πυθαγόρας τὸ πλεῖστον τῆς σοφίας ἐνεπορεύσατο.

quæ fit thure primus ipse usus est. Et in Ægypto quidem cum Sacerdotibus vixit, & sapientiam, ac linguam Ægyptiorum perdidicit, atque triplex literarum genus, epistolicum scilicet, hieroglyphicum, & symbolicum. Quorum illud propriam & communem loquendi consuetudinem imitatur; reliqua per allegorias sub quibusdam ænigmatum involucris sensum exprimunt. Tum etiam de Diis accuratiorem perfectioremque quandam doctrinam hausit. In Arabia cum rege versabatur. Babylone cum aliis Chaldæis vixit: tum Zabratum quoque frequentabat: cujus ope à prioris vitæ sordibus expurgatus fuit, & quibus rebus homini serio abstinendum, didicit, tum de rerum naturæ & principiis universi docentem audivit, nam ex peregrinatione ad hasce gentes Pythagoras potissimam sapientiæ partem acquisivit.

nere utebantur apud veteres, dicebantur γυμνοὶ. Homer. Iliad. Ω.

Ἡ οἱ μάντιες εἰσὶ γυμνοὶ, ἢ ἱερῆες.

Quo loco Eustathius: εἰσὶ δὲ γυμνοὶ μὲν καὶ τὰς παλαιὰς οἱ ἀφ' ὧν ἐπιγινωσκόμενοι μαντεύεσθαι, οἱ καὶ ἐμπυρομάντεις καὶ λιβανομάντεις. Similia apud Hesychium extant.

[23] Ζάβρατον] Idem Clem. Alexandr. Strom. 1. ex Alexandri libro de Symbolis Pythagoricis prodidit, Ναζαράτῳ τῷ Ἀσσυρίῳ μαθητεῦσαι τὸν Πυθαγόραν. Ubi primam syllabam ex præcedenti voce male repetitam existimo. Apud Cyrill. lib. IV. c. Julian. qui ex Clemente sua transcripsit, Zaran editum video. Ut non dubitem quin idem quoque Plutarchi Ζαράτας sit, lib. de Generat. Anim. in Timæo: quem Theodoretus Therap. IX. nomine Zaradam, gente Persam vocat. Ab hoc Chaldæo Pythagoram didicisse existimo τὰς πλείστας καθαρμοὺς καὶ τὴν ἱερατικὴν ἀναγωγὴν τῆς ψυχῆς. De quibus Hierocles agit ad Aureum Carmen, pag. 305. & seq.

[24] Ἐκ τῆς πλάνης ἐνεπορεύσατο] Haud aliter Eusebius lib. X. Præp. cap. 4. postquam Pythagoræ errores ad varias nationes recensuit, addit: καὶ ἄλλα παρ' ἄλλων συλλεξάμενος μόνον οὐδὲ τὸ σοφὸν Ἑλλήνων ἔσχεν ὅδιν, πενίᾳ σοφίας καὶ ἀπορίᾳ σωτηρικῶν. ἐμπαλιν δ' ἐν τῷ ἔξωθεν αὐτῷ πεπορισμένων αἰτίᾳ αὐτὸς μαθήσεως κατέστη τοῖς Ἕλλησιν. Ibidem quoque Platonem fateri ait: Sese τὰ κράτιστα ἐμπορευθῆναι εἰς φιλοσοφίαν παρὰ τῶν Βαρβάρων. Quin adeo de

Aſtræum verò Mneſarchus Pythagoræ dono dedit, qui recepti naturam exploravit: & poſt quam corporis motum ac quietem probe conſideraſſet, doctrina eum imbuit: primus enim hanc artem explorandi hominum ingenia excoluit, naturam uniuſcujuſque perſpiciens. Nec quenquam amicum aut familiarem ſibi adſcivit, quin prius quo ingenio eſſet de exteriori vultus corporiſque habitu conjectaſſet. Erat ipſi & alius puer quem ex Thracia ſibi comparaverat, cui nomen Zamolxis: quod recens nato pellis urſina fuiſſet injecta. Pellem enim Thraces Zalmum vocant. Hunc quia chariſſimum ſibi Pythagoras habebat, ſublimiorem illam contemplationem, tum ſacrorum ritus, cæterumque Deorum cultum edo-

* Τὸν δὴ Ἀσραῖον τῷ Πυθαγόρᾳ 13
χαρίζεται Μνήσαρχος· ὁ δὲ λαβὼν ἐφυσιογνωμόνησας, καὶ τὰς κινήσεις, καὶ τὰς ἠρεμίας ἔ σώματος ἐπισκεψάμενος ἐπαίδευσε. τούτῳ γὰρ ἠκρίβωσε πρῶτος τῷ περὶ ἀνθρώπων ἐπιστήμῃ, οἷος τὴν φύσιν ἕκαστος σκοπεῖν ἐπήνεσε. καὶ ὅτ' ἂν φίλον ἔτι γνώριμον ἐποιήσατο ἀδένα, πρὶν πρότερον φυσιογνωμονῆσαι [25] τὸν ἄνδρα, ὁποῖός ποτ' ἐστίν. * Ἦν δ' αὐτῷ καὶ 14
ἕτερον μειράκιον, ὃ ἐκ Θρᾴκης ἐκτήσατο, ᾧ [26] Ζάμολξις ἦν ὄνομα· ἐπεὶ γυμνηθέντι αὐτῷ δορὰ ἄρκτου ἐπεβλήθη. τοῦτο γὰρ δορὰν οἱ Θρᾷκες Ζαλμὸν καλοῦσιν. Ἀγαπῶν δ' αὐτὸν ὁ Πυθαγόρας, τὴν μετέωρον θεωρίαν ἐπαίδευσε, τά τε περὶ ἱερουργίας, καὶ τὰς ἄλλας εἰς θεοὺς

omnibus Philoſophis affirmat illos hinc inde toto vitæ tempore oberrantes alienis plumis ſeſe exornaſſe: ὥστε αὐτοῖς ἤδη τῶν πάλαι φιλοσοφίαν ἐξ ἐρανου συνῆναι. De peregrinationibus autem Philoſophorum deinde cap. 8 ex 1. lib. Bibl. Diodori prolixe tractat. Cæterum ut hi collectas peregrinatione ſapientiæ opes ἐμπορίαν & ἔρανον vocant; ita Thales qui Pythagoræ peregrinandi conſilium dedit, ἐφόδιον ſimili ratione dixit, apud Jambl. l. 1. c. 2.

[25] Φυσιογνωμονῆσαι] Vide infra, Num. 54. & Jambl. lib. 1. cap. 17. & Max. Tyr. Diſſert. 15. ubi de Zopyro & hujus conjecturalis ſcientiæ incertitudine præclare tractat. De Socrate quoque idem prodidit Apulejus: *Qui ubi Platonem puerum adſpexit, ingenium intimum de exteriori conſpicatus eſt facie.*

[26] Ζαμόλξις] Extat hic locus apud Cyrillum lib. VI. c. Julian. De Zamolxi autem præter Herodotum & Diogenem Laërt. vide Euſtathium ad Dionyſ. pag. 43. ut & Suidam, & Etymologum, h. v. ubi Mnaſæ & Hellanici antiquiſſimorum auctorum de eo teſtimonia habes. Meminit ejuſdem Æneas Gazæus in Theophr. ubi Ζαλμόξις vitioſe ſcribitur. Locus enim ille ex Herodoti Lib. IV. expreſſus eſt. Hi tamen omnes non pro Hercule, ſed Saturno cultum fuiſſe ſcribunt. Quod autem de fronte inuſta ſeu literata ſubjungit, ſervili genere natum fuiſſe oſtendit. Hinc eleganti joco Bion Boryſthenites patrem ſuum ὐ πρόσωπον, ἀλλὰ συγγραφὴν ἐπὶ τῷ προσώπῳ habuiſſe dicebat, teſte Laërtio.

θρησκείας. τινὲς δὲ καὶ Θαλοῦ τὸν φασὶν ὀνομάζεσθαι. ὡς Ἡρακλέα δ' αὐτὸν προσκυνοῦσιν οἱ
15 βάρβαροι. * Διονυσιφάνης δ' λέγει, δηλοῦσθαι μὲν αὐτὸν τῷ Πυθαγόρᾳ, ἐμπεσόντα δ' εἰς λῃστὰς καὶ τιχθέντα, ὅτε κατεσκοπάθη ὁ Πυθαγόρας καὶ ἔφυγε, δῆσαι τὸ μέτωπον διὰ τὰ στίγματα. τινὲς δ' ἑρμηνεύεσθαι τὸ ὄνομα φασὶ Ζάμολξιν, ξένος ἀνήρ. Νοσήσαντα δὲ τὸ Φερεκύδου ἐν Δήλῳ θεραπεύσας ὁ Πυθαγόρας, καὶ ἀποθανόντα θάψας, εἰς Σάμον ἐπανῆλθε πόθῳ τοῦ συγγενέσθαι Ἑρμοδάμαντι [27] τῷ Κρεοφυλίῳ· χρόνον δέ τινα αὐτοῦ διατρίβων, Εὐρυμένους τοῦ Σαμίου ἀθλητοῦ ἐπεμελεῖτο. [28] ἐς τῆ Πυθαγόρου σοφία, καίτοι σμικρὸς τὸ σῶμα ὤν, πολλῶν καὶ μεγάλων κρατεῖ, καὶ ἐνίκα Ὀλυμπιάσιν. τῶν γὰρ ἄλλων ἀθλητῶν ἔτι τὸν ἀρχαῖον ἐπὶ τρόπον τυρὸν καὶ σῦκα σιτεμένων, ἔστιν Πυθαγόρᾳ πυθόμενον, πρῶτον κρέας τεταγμένον ἐδίων ἐφ' ἑκάστῳ τοῦ ἡμέραν, ἰσχὺν τῷ σώματι περιεποιήσατο. καί τοι γε προϊὸν τῇ

cuit. Nonnulli Thaletis nomen huic puero fuiſſe affirmant: quem Herculis inſtar barbari venerantur. Dionyſiphanes verò ſervum quidem Pythagoræ eum fuiſſe ait: ſed quod ſtigmatis notatus eſſet à latronibus in quos inciderat, cum Pythagoras ſeditioſorum factionibus exagitatus ſolum verteret; ideo frontem ob inuſtas notas obvelaſſe: alii Zamolxis nomen virum peregrinum ſignificare ajunt. Cæterum Pythagoras poſtquam Pherecydæ in Delo ægrotanti opem ſuam in morbo præſtiterat, mortuumque humarat, in Samum deinde rediit, quod Hermodamantis Creophylii contubernio frui averet. Cumque aliquamdiu cum eodem vixiſſet, Eurymeni Samio athletæ operam impendit: is licet ſtatura exigua eſſet, Pythagoræ ſapientia multos, procero corpore, ſuperavit, & Olympia vicit. Nam cum cæteri athletæ adhuc ex veteri inſtituto caſeo & ficubus veſcerentur, hic de Pythagoræ conſilio primus certum quotidie carnis pondus comedens, magnum ſibi corporis robur paravit. Quem & ſapientia ſua ſen-

[27] Ἑρμοδάμαντι τῷ Κρεοφυλίῳ] Ita legendum, ut Num. 1. non Κρεοφύλῳ. Alii Κρεώφυλον & Κρεώφιλον ſcribunt. De quo præter Strab. lib. XIV. vide Platonem x. Pol. Euſeb. Præp. l. XII. c. 49. & Euſtath. ad 2. Iliad.

[28] Οὗς τῇ Πυθαγόρου σοφίᾳ] Alius hic Pythagoras à Philoſopho fuit: licet multi male confundant. De quo vide Jamblichum lib. 1. cap. 5. prolixe narrantem. Et Plinius lib. XIII. cap. 7. exercitatorem, non Philoſophum vocat, qui primus Athletas ad carnem tranſtulit. Quod & Diogenes Laërtius confirmat. Nam Philoſophus non ſolum eſu, ſed & mactatione animantium ſuos abſtinere; & ut Hie-

ſim imbuens Pythagoras, hortabatur quidem ut certaret, ita tamen ne vinceret: quod labores quidem ſuſtinendos, invidiam autem, quæ victoria paratur, fugiendam exiſtimaret. Contingit enim fere victores, eoſque qui frondibus ſparguntur pollutos eſſe. Poſtea vero cum Samii Polycratis tyrannide oppreſſi tenerentur, Pythagoras indecorum ſibi viro Philoſopho arbitratus in ejuſmodi republ. vivere, in Italiam cogitare cœpit. Cumque inter navigandum Delphos appuliſſet, Elegos quoſdam Apollinis ſepulchro inſcripſit:

σοφία ὁ Πυθαγόρας, ἀθλεῖν μὲν παρήνει, νικᾶν δὲ μή· ὡς δέον τοῦτ' μὲν πόνους ὑπομένειν, τοῦτ' δ' ἐκ τῶν νικᾶν [29] φθόνους φεύγειν. συμβαίνει γὰρ καὶ ἄλλως μηδ' εὐαγεῖς εἶναι τοὺς νικῶντας ἢ φυλλοβολυμένους. * Μετὰ δὲ ταῦτα τὸν Πολυ- 16
κράτους τυραννίδα Σαμίους καταλαβόντος, [30] ἃ πρέπειν ἡγεμόνα ὁ Πυθαγόρας ἐν τοιαύτῃ πολιτείᾳ βίον ἀνδρὶ φιλοσόφῳ, διενοήθη εἰς Ἰταλίαν ἀπαίρειν· [31] ὡς δὲ πλέων Δελφοῖς προσέσχεν, ἐλεγεῖον τῷ τοῦ Ἀπόλλωνος τάφῳ ἐπέγραψε,

rocles ait, τῷ ἀθλητικῷ ἀγωγῷ καὶ πᾶσαν τὴν λεγομένην σωφροσύνην fugere jubebat.

[29] Φθόνους φεύγειν] Invidiam omnium maxime fugiendam non hoc ſolum loco præcipit Pythagoras, ſed & alibi: item in Aureo Carmine verſ. 36.

Καὶ πρόφυλαξό γε τοῦτο ποιεῖν ὁπόσα φθόνον ἔχει.

Quæcunque invidiam pariunt, facere illa caveto.

Δεῖ γάρ, ὅσον ἐφ' ἡμῖν, τῶν ἐπιφθόνων ἀπέχεσθαι τὴν ἡσυχίας ἐρῶντα, καὶ μὴ ἐρεθίζειν ὥσπέρ τι θηρίον τὸν φθόνον, ἵνα ἀθορύβως ἐξῇ προκόπτειν τοῖς καλοῖς. *Iis quæ invidiam pariunt, quantum fieri poteſt, tranquillitatis amatorem abſtinere oportet, neque illam inſtar feræ irritare: ut abſque ulla perturbatione in rebus honeſtis proficere liceat*; ait Hierocles. Unde & Comicus ſapienter ita vitam inſtituendam monet, *ut facillime ſine invidia invenias laudem, & amicos pares.* Invidia enim & æmulatio ſive contendendi ſtudium ἔχθρας γνησιώτατα πάθη, ut Plutarchi verbis utar. Sed contra ſentiunt illi, qui omnem virtutem & felicitatem ex invidia, tanquam corpus ex umbra metiuntur: queis invidiam meruiſſe felicitatis apex eſt. Quia, ut veterum quidam dixit, apud Stob. Serm. 38.

Τοῖς μὲν ὅσιν ἐσθλοῖς οὐδεὶς ἔλως φθονεῖ,
Ἀεὶ τὰ σεμνὰ πάντα κέκτηται φθόνον.

Extant ibidem elegantiſſimi verſus Epicharmi: quorum primus fruſtra à doctis viris tentatus, reſtitui debet in eandem ſententiam:

Τίς δὲ βιωλοίη γλυκέως μὴ φθονερωπόις φίλος,
Δῆλον ὡς ἀνὴρ γὰρ οὐδείς ἐσθ' ὁ μὴ φθονερώπης.

Quis, inquit, *amicus eſſe cupiat iis quibus nemo invidet? certum enim eſt hominem nihili eſſe, cui à nullo invidetur.* Simili argutia Plautinus adoleſcens optat, ne quis invidus ſuis invideat. Cæterum ad præceptoris ſui mentem Xyſtus Pythagoricus quoque dixit cap. 44. *Satage magnus quidem eſſe apud Deum, apud homines vero invidiam fuge.*

[30] Οὐ πρέπειν] Cyrill. MS. ἃ πρέπειν.

[31] Ὡς δὲ πλέων] Hunc locum ex Cyrillo Cl. P. Sirmondi & MS. Vaticano ſupplevi. Unde Heſychii verba explicanda: Τρίψω, ὁ νῦν τὸ Πυθαγορικῶν ἐν Δελφοῖς τρίπους.

δι' ὃ ἐδήλωσε, ὡς Σιληνοῦ μὲν ἦν υἱὸς ὁ Ἀπόλλων, ἀνῃρέθη δ' ὑπὸ Πύθωνος, ἐκηδεύθη δ' ἐν τῷ καλουμένῳ τρίποδι, ὃς παύσης ἔτυχε τῆς ἐπωνυμίας, διὰ τὸ τρεῖς κόρας τὰς Τριόπου θυγατέρας ἐκπαῦσαι
17 γεννῆσαι Ἀπόλλωνα. * Κρήτης δ' ἐπιβὰς [32] τοῖς Μόργοις μύσεις προσῆλθ' ἑνὸς τῶν [33] Ἰδαίων Δακτύλων, ὑφ' ὧν καὶ ἐκαθάρθη [34] τῇ κεραυνίᾳ λίθῳ, ἔωθεν μὲν οὖσα

queis indicabat, Apollinem filium quidem Sileni fuiſſe, interfectum autem à Pythone, & in Tripode, uti vocant, conditum fuiſſe: cui hoc nomen obtigit, quod tres puellæ, Triopi filiæ, Apollinem iſthinc eluxerint. Verum ubi Cretam attigit, Morgi, unius ex Idæis Dactylis, Sacerdotes acceſſit, à quibus Ceraunio lapide fuit purgatus: mane quidem pronus ex-

[32] Τοῖς Μόργοις μύσεις] Repræſentavi lectionem Manuſcripti Vaticani; quamvis mihi tam Morgi quam Morgorum myſtæ æque ignoti. Morgi tamen neſcio cujus meminit Stephanus v. Γαλαξία. Suidæ autem Μοργοὶ & Ἀμοργοὶ, quos & jam Μολγοὶ & ἀμολγοὶ, ὡς ἀμέλγοντας τὴν δημόσια Heſychius & Ariſtophanis Schol. appellant, nihil ad hunc locum faciunt.

[33] Ἰδαίων Δακτύλων] De Idæis Dactylis conſulenda Strabonis digreſſio libro 10. de Curetibus, aliiſque Jovis, Magnæ Deum matris, & Liberi patris Miniſtris ac Sacerdotibus: ubi varias antiquorum ſententias de ipſorum nomine, numero ac patria refert. Neque enim ſatis conſtat, utrum à Phrygiæ vel Cretæ monte ſic dicti fuerint, teſte Heſychio. Sed nemo rectius quam Apollonius Rhodius lib. 1. v. 1129. & eruditiſſimus ejus Scholiaſtes; ubi aliquot verſus ex Phoronidis auctore de iiſdem adducit. His adde Lylium Gyraldum Syntagm. 1. & Hiſtor. Deor. qui omnia ferme veterum loca congeſſit.

[34] Τῇ Κεραυνίᾳ λίθῳ] Ceraunius lapis una cum fulmine de cœlo decidere, vel potius triſulci teli cuſpis eſſe creditur, quæ obſtantia quæque magno impetu & vi prorſus admiranda diffindit & comminuit. De quo Anſel. Boëtius lib. 2. c. 261. Cur autem in Jovis fulminatoris initiationibus Curetes illum adhibuerint vel ex ipſo nomine colligi poteſt. Nec enim mirum lapidem à Jove ex nubibus demiſſum eiſdem ſacris adhibitum fuiſſe, propter ſymbola myſteriis illis apta. Unde etiam Poëta Barbarus apud Boëtium loco citato ad fulminis ictus avertendos geſtari ſolitum refert. Ex hujuſmodi enim Sympathia Selenites, Heliotropius, Hephæſtites, aliique lapides nomen invenere. Multa autem ſimilia vetuſtatis ſuperſtitioſa deliramenta legere eſt apud Plutarchum de Fluminibus, præſertim de Cylindro, Cryphio, Sicyono, & aliis. Quæ autem ſequuntur de luſtrandi ritu per lavacrum marinum aut vivum flumen, nota ſunt ex Cicerone *De Nat. Deor.* Apulejo lib. 11. Mileſior. & Virgilio 2. Æneid. Idem quoque Poëta non uno loco nigræ pecudis meminit Georg. 4. & Æneid. 3. & lib. 5.

——— *Ipſe atri velleris agnam*
Æneas matri Eumenidum, magnæque ſorori
Enſe ferit.

Tum etiam caput in ſacris velari ſolitum ex eodem conſtat, Æneid. 3.

Purpureo velare comas adopertus amictu.

Et paulo poſt:

Et capite ante aras Phrygio velamur amictu.

tenſus juxta mare, noctu autem juxta flumen, agni nigri vellere redimitus. Inde ubi in Idæum antrum nigra lana amictus deſcendit, & ternovenos dies ex more recepto iſthic exegit, & Jovi parentavit, & pulvinar vidit, quod quotannis ei ſternitur. Quin & Epigramma ſepulchro illius inſcripſit, hoc titulo: PYTHAGORAS JOVI: cujus principium:

γεγάως, ΠΥΘΑΓΟΡΑΣ ΤΩ

Niger autem amictus in ſeriis convenit & funebribus, ac ſubterraneis ſacris. qua de re viri docti ad citata Poëtæ loca: & ipſe Porphyrius apud Euſeb. Præparat. Evang. lib. IV. cap. 9. Oraculi verſum adducit:

Φαιδρὰ μὲν ἠρινίοις, χθονίοις δ' ἀναλίγκια χροιῇ.

Hoc eſt μέλαινα, ut Euſebius deinde explicat: Τοιαύτη γὰρ ἡ γῆ φύσει σκοτεινή. Quod addit de ter novenis diebus, id quoque ad eadem ſacra pertinet. Nam ut Euſebius ſtatim ſubjungit, τὸ σωματικὸν καὶ μάθος τὰ τελεῖα σύμβολα. De novenario autem numero Proclus lib. I. in Timæum pag. 45. Καὶ τοῖς τεθνηκόσιν ἔνιαπι ποιοῦσι, καὶ τοῖς γενωμένοις ὁμοίως τὰ ὀνόματα τιθέντας τινὲς ἐν τῇ ἐνάτῃ. *Mortuis ſacra novenario numero faciunt, & recens natis nomina nono die nonnulli imponunt.* Sic Virgilius 4. Georg.

Poſt ubi nona ſuos Aurora induxerat ortus,
Inferias Orphei mittit.

[35] Τὸ Ἰδαῖον ἄντρον] A Curetibus id antrum Jovi conſecratum fuiſſe teſtatur lib. *de Antro Nympharum*: ſcilicet quod Jupiter iſthic editus, & à Curetibus abſconditus, & ab Adraſtea Curetum ſorore & apiculis enutritus eſſet. Ut inter alios teſtatur Apollonius Rhodius lib. II. v. 1237. & lib. III. v. 134. Poſteriori autem hoc loco dubitat Scholiaſtes utrum

θαλάσσῃ πελοὶς ἐκτεθείς· νύκτωρ δὲ ποταμῷ, δέρεται μέλαν μαλλοῖς ἐστεφανωμένος. εἰς δὲ τὸ Ἰδαῖον [35] καλούμενον ἄντρον κατελθὼν, ἔρια ἔχων μέλαινα [36] τὰς νενομισμένας τελετὰς ἐννέα ἡμέρας ἐκεῖ διέτριψε, καὶ καθήγισε τῷ Διΐ, τόν τε στρωνύμενον αὐτῷ κατ' ἔτος θρόνον ἐθεάσατο· [37] ἐπιγράμματά τ' ἐνεχάραξεν ἐπὶ τῷ τάφῳ, ἐπιδιΐ· ἔστι δὲ ἡ ἀρχὴ,

à Cretæ an vero à Trojæ monte Idæ nomen habuerit, quia & Trojani, inquit, Jovis incunabula ſibi vendicant. Apollonius ſane non dubitavit, qui priori loco Κρητικὸν ἄντρον ſimpliciter appellat. Apiculis Jovis nutricibus hoc antrum conſecratum fuiſſe narrat Antoninus Liber. cap 19. qui de hujus antri natura conſulendus.

[36] Τὰς νενομισμένας τελετὰς] Ita hunc locum ex Cyrillo reſtitui, quod commodior ſenſus videretur. Ex quo etiam ſequentia ſupplevi, accedente inſuper Vaticano MS.

[37] Ἐπίγραμμα] Meminit ejuſdem inſcriptionis Chryſoſt. Homil. 3. in Ep. ad Titum: Οἱ Κρῆτες τάφον ἔχουσι τὸ Διὸς ἐπιγράφοντα τοῦτο· οὗτος Ζῆν κεῖται, ὃν Δία κικλήσκουσι. Διὰ τοῦτο καὶ τὸν ἐπιγραφὴν ὁ ποιητὴς ψεύστας τοὺς Κρῆτας καλῶν, &c. Aliter refert Callimachi Scholiaſtes: Ἐν Κρήτῃ ἐπὶ τοῦ τάφου ἔγραψε Μίνως ἐπιγράμματο, ΜΙΝΩΟΣ ΤΟΥ ΔΙΟΣ ΤΑΦΟΣ. Τοῦ χρόνου δὲ τὸ ἔγραψε Μίνως ἀπηλείφθη, ὥστε ἐξαλειφθῆναι, Διὸς τάφος, οὐ τέτευ ἔν ἔχει λέγεσι, Κρῆτες τὸν τάφον τοῦ Διός. *In Creta Minois ſepulchro inſcriptum*: MINOIS F. IOVIS SEPVLCHRVM. *Extinctum autem fuit progreſſu temporis nomen Minois, ita ut remaneret*, IOVIS SEPVLCHRVM. *Hinc Cretenſes ſe Jovis ſepulchrum habere ajunt.*

Ὧδε

Ὧδε γυνὼν κεῖται Ζᾶν, ὃν Δία κικλήσκουσιν.

Zan jacet hoc tumulo, qui vulgo Jupiter audit.

18 * Ἐπὶ δὲ τῆς Ἰταλίας ἐπιβὰς ἐν Κρότωνι ἐγένετο, φησὶν ὁ Δικαίαρχος, ὡς ἀνδρὸς ἀφικομένου πολυπλάνου τε καὶ πολυπειροῦ, καὶ κατὰ τὴν ἰδίαν φύσιν ἅτε τῆς τύχης εὖ κεχορηγημένου (τήν τε γὰρ ἰδέαν εἶναι ἐλευθέριον καὶ μέγαν, χάριν τε πλείστην, καὶ κόσμον ἐπί τε τῇ φωνῇ καὶ τοῖς ἤθεσι καὶ ἐπὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἔχειν) ἔτως ἀφικέσθαι τὴν Κροτωνιατῶν πόλιν, ὥς ἐπὶ τὸ τῶν γερόντων ἀρχαῖον ἐψυχαγώγησε, πολλὰ καὶ καλὰ διαλεχθεὶς τοῖς νέοις, πάλιν ἡβητικὰς ἐπιήσατο διαιτήσεις, ἅτε τῶν ἀρχόντων κελευσάντων. μετὰ δὲ ταῦτα, τοῖς παισὶν ἐκ τῶν διδασκαλείων ἀθρόως συνελθοῦσιν· εἶτα τοῖς γυναιξὶ, καὶ γυναικῶν σύλλογος αὐτῷ κατεσκευάσθη. 19 * Γενομένων δὲ τούτων μεγάλη περὶ αὐτὸν ἠχὴ ἐγένετο δόξα, καὶ πολλοὺς μὲν ἔλαβεν ἐξ αὐτῆς τῆς πόλεως ὁμιλητὰς, οὐ μόνον ἄνδρας, ἀλλὰ καὶ γυναῖκας· ὧν μιᾶς γε [38] Θεανοῦς καὶ διεβοήθη

Aſt ubi ad Italiam accedens Crotonem devenit, ait Dicæarchus, quaſi adventante viro plurimarum regionum peragratione claro, & eximio, atque peculiari naturæ beneficio fortunam proſperrimam ducem nacto, (quod & facie eſſet liberali, & ſtatura procera, gratiæque plurimum & decoris cum in moribus, tum cæteris corporis geſtibus ineſſet:) ita Crotoniatarum civitas affecta fuit, ut poſtquam ſeniorum, ex quibus urbis illius magiſtratus conſtabat, animos cepiſſet, habita longa & præclara quadam apud adoleſcentulos diſſertatione; rurſus juſſu magiſtratus adhortationes ad juventutem inſtituerit; poſtea ad pueros certatim è ludis literariis ad ipſum confluentes; tandem etiam ad fœminas: nam & muliebris cœtus ejus gratia cogebatur. Hoc facto magna de eo fama percrebuit, multosque nactus eſt auditores; partim ex ea civitate, non viros ſolum, ſed & fœminas; ex quibus unius Theanus nomen maxime illuſtre

[38] Θεανοῦς] De hac nihil habeo quod poſt accuratam Rittershuſii diligentiam notem. Videndi tamen præter ipſum Plutarch. *in Præc. Conjug.* Clem. Alexandr. Pædag. lib. 1. cap. 10. Stromat. lib. IV. Theon *in Progymnaſ.* pag. 52. Anna Comnena lib. VIII. pag. 162. & Suidas. Apud Stobæum *in Eclogis Phyſ.* cap. 2. extat locus in Theanus libro περὶ ἀριθμῶν de numeris Pythagoræ Doricè ſcriptus, ut cætera ferme omnia veterum Pythagoreorum. Aliam fuiſſe duco poëtriam Lyricam Locrenſem, cujus Suidas & Euſtathius ad Iliad. β. p. 327. meminerunt. Subjungam IV. epiſtolas, quæ ſub Theanus nomine in MS. quodam Vaticano reperi. Antiquiſſimæ illi Pythagoreæ tribui non poſſe, ultima manifeſte oſtendit.

eſt: partim ex vicina barbarorum regione: quinimo reges ipſos atque magnates. Cæterum quid auditoribus ſuis tradiderit, nemo certo affirmare poteſt. Magnum enim & Niſi potius Sophiſtæ cujuſdam μελέται ſint, ut pleræque Græcanicæ epiſtolæ, quæ veterum Philoſophorum nomen præferunt.

τέχνομα. πολλὰς δ' ἀπὸ τ σωέργυς βαρβάρε χώρας βασιλεῖς τε καὶ δυνάσας. Α μὲν ὖν ἔλεγε τοῖς σωοῦσιν ὐδὲ εἰς ἔχθ φέρσιν βεβάιως. καὶ γὰρ ὐδ' ἡ τυχοῦσα ἦν

Epiſtola πρὸς τινας τ σοφωτάτης Θεανῦς.

Eurydicæ τῇ γυμνασίᾳ.

Τίς λύπη κατέχθ τὴν ψυχήν; ἀθυμεῖ δὲ δι' ὐδὲν ἄλλο, ἢ ὧ σωοικεῖς ἐπὶ ἑταίραν ἥκθ, καὶ τούτῳ τῇ ἡδονῇ λαμβάνθ τ σώματος. Ἀλλ' ἀχ' ὕτω σε δεῖ ἔχειν ὦ γυμνασία τῶν γυναικῶν, ὅδε γύμνασμα μᾶλλον ἢ μάλα. ἀχ' ὁρᾷς γὰρ ὅτι ἢ ἀκοὴ ὅτε πληθῇ ἡδονῆς ὀρχήσε ἢ μυσικῆς μελῳδίας πληρῶται, ὅτε δὲ κόρος γίνηται τούτῳ, αὖλὰ ἐρᾷ, καὶ δύνασθ ἀκορέσατε ἡδέως. Καί τοι ποία κοινωνία αὐλῷ καὶ χορδαῖς μυσικαῖς, καὶ ἠχοῖ γυμνασίᾳ τῆς ὀργάνε μελιχροτάτης ποιότητος; ὕτω δὲ καὶ σὲ οἶσι καὶ τ ἑταίρας ἢ σωοικεῖ ὁ σὸς ἀνήρ. σὲ μὲν γὰρ, φησί, καὶ φύσις καὶ λόγος φερσπεῖ ὁ ἀνήρ. ὅτε δέ ποτε κόρον λήψεται κατὰ πύρδον τῇ ἑταίρᾳ σωοικήσας, ὅτι καὶ οἷς χυμὸς φθορσποιὸς συμπόκει), σῶν τροφῶν ἔρως ἐσί τις τ σὸν ἀγαθῶν. ἐρρωμένως ἀφροδιώης.

Theanûs Epiſtolæ quædam ad familiares.

Eurydicæ ſalutem.

Quis dolor animum tuum invaſit? non enim alio diſcruciatur, quam quod is, in cujus contubernio vivis, ad meretriculam accedit, atque ea corporis voluptatem explet. Sed nequaquam ita te affectam eſſe decet, ô mulierum decus, aut verius miraculum. Nonne enim vides quod & auris, ubi muſici inſtrumenti jucunditate impleta eſt, muſico quoque concentu expletur; ubi autem ſatietas eam cepit, tibiam amat, & fiſtulam libenter audit. Et quid tibia commune habet cum fidibus muſicis, & admirando ſuaviſſimi inſtrumenti ſono? Idem quoque de te exiſtimes & de meretrice, qua maritus tuus fruitur. Nam te & officii maritalis, & naturæ & rationis inſtinctu curabit vir tuus. Sed ſi quando ſatietas eum ceperit, tum ad meretricis contubernium divertet: nam queis ciborum guſtus corruptus eſt, etiam peſſima quædam appetere ſolent.

Timæonidi.

Et quid mihi tecum negotii eſt? quid me perpetuo calumniaris? an neſcis nos ubique te laudare, etiamſi tu contra facias? Sed & hoc ſcias, licet nos te laudemus; nemo tamen nobis credit: & licet tu calumnieris, nemo tamen tibi aurem præbet. Ideoque gaudeo quod & Deus ita nos intuetur, & veritas potiſſimum dijudicat.

Τιμαιωνίδῃ.

Καὶ τίς ἐμοὶ κοινωνία ἢ σοί; ἀλλὰ τί ᾗ ἡμᾶς ἀφεβάλλεις ἀεί; ἢ σὸκ οἶδα ὅτι ἐπὶ πάντων ἡμεῖς ἐπαινοῦμέν σε, εἰ ἢ σὺ τἀναντία ποιεῖς; ἀλλὰ γίνωσκε πάλιν ὅτι, κἂν ἡμεῖς ἐπαινῶμεν, ὐδείς ἐσιν ὁ πισεύων· κἂν σὺ ἀφεβάλλῃς, ὐδείς ἐσιν ὁ ἀκούων. καὶ χαίρω ἀφ' τούτ, ὅτι ὕτω θεὸς ὁρᾷ ἢ δικάζθ μάλισα ἡ ἀλήθεια.

Timæonidi.

Et quid mihi tecum negotii eſt? quid me perpetuo calumniaris? an neſcis nos ubique te laudare, etiamſi tu contra facias? Sed & hoc ſcias, licet nos te laudemus; nemo tamen nobis credit: & licet tu calumnieris, nemo tamen tibi aurem præbet. Ideoque gaudeo quod & Deus ita nos intuetur, & veritas potiſſimum dijudicat.

Εὐκλείδῃ ἰατρῷ.

Τὸ σκέλ τὶς ἐπεπήρωτο χθὲς, καὶ ὁ καλέσων ἦλθε πρὸς σέ. παρλῶ δὲ ἢ αὐτὸ, τῶν σωήθων γὰρ ἦν ὁ τρωθείς· ἅμα ᾗ τὴν ἀπάντησι λέγων, ὡς ἢ ὁ ἰατρὸς πονήρως ἔχθ, καὶ ἀλγεῖ τὸ σῶμα, καὶ τῷ λύπῳ ἐγὼ (ὀμνυμις τὰς θεὰς) ἀφεῖσα τ σωήθως ἐκείνε, τὸν ἰατρὸν κ νῦν ἔχον, καὶ ἡνπερόλευν τῷ Παιά-

παρ' αὐτοῖς [39] σιωπή. μάλιστα μέν τι γνώρισμα τοῦτο πᾶσιν ἐγένετο.

accuratum inter eos ſervabatur ſilentium. Sed hæc apud omnes per-

κειται, καὶ τὸν Κλυτόπτολον Ἀπόλλωνα, μὴ τι συμβαίη τῷ ἰατρῷ ἀνιαρόν. καὶ ὅμως ἀγωνιῶ σε, τέμνω σοι συλλαβάς, μαθεῖν ἐθέλοντα ὅπως ἔχεις, εἰ μήτε κεκάκωταί σοι τὸ σῶμα τῆς χαιρῆς, εἰ μή ποτε τὸ ἧπαρ τῆ ἥμερης ἠλάττωται, εἰ μή ποτε ὀργανική σοι μέρος βλάβη. ὡς ἐγὼ πολλῶν σκελῶν κατιδοῦσα τὸ σωθήσων, ἀπαστάσομαί σε τῶν φίλων ὑγίειαν, ὦ ἀγαθὲ ἰατρέ.

Euclidi medico.

Heſterna die cum quis crus fregiſſet, te accerſitum aliquis acceſſit: aderam enim & ipſa, quod amicus mihi eſſet qui vulnus acceperat. Sed ille mox reverſus ipſum quoque medicum male habere, & corporis ægritudine infeſtari affirmavit. Ibi ego, Deos teſtor, amici illius dolore omiſſo, de medico ſollicita eſſe cœpi: & Panaceam, pharetraque celebrem Apollinem obteſtabar, ne quid ſequius medico eveniret: & nunc animo afflicta has ad te ſcribo, certior fieri deſiderans ut valeas: numquid ventriculi orificium male affectum ſit, numquid hepatis calor imminutus, an aliqua pars corporis miniſterio inſerviens ſit læſa. Ita ego multa amicorum crura negligens, tuam, ô optime Medicorum, amicam ſanitatem præferam.

Ῥοδόπῃ φιλοσόφῳ.

Ἀθυμεῖς σύ; ἀλλὰ κἀγὼ ἀθυμῶ. δυσφορεῖς ὅτι μήπω σοι τὸ Πλάτωνος βιβλίον ὁ ἔστιν ἐπιγεγραμμένον, Ἰδέαι, ἢ Παρμενίδης, ἀλλὰ κἀγὼ μάλιστα ἀνιῶμαι, ὅτι μήπω τις ἀπήντησε παρὰ Κίωνος ἡμῖν Ἀβδηρίτου. ἃ πρώην γάρ ἂν ἐπεστείλαμέν σοι τὸ βιβλίον, πρὶν ἂν ἀφίκηταί τις παρὰ σοῦ τοιάδε σημήνων ἀνδρός, ὡς λίαν ἠρῶ τῆς σῆς ψυχῆς, τοῦτο μὲν ὡς φιλοσόφου, τοῦτο δὲ ὡς φοβουμένου τὰς καταχθονίους θεάς, καὶ μὴ ἄλλως λόγον οἰηθῆς τὸ λεγόμενον. Ἠμίθνητος γάρ εἰμι κἀγὼ τὸ ἡμερησίας ἄρρον τοῦτο ἐφέρω βλέπειν.

Rodopæ Philoſopho.

Animo diſcruciaris? diſcrucior & ipſa. Ægre fers me nondum tibi miſiſſe Platonis librum, qui de Ideis, ſive Parmenides inſcribitur; ſed & ipſa ægerrime fero neminem adhuc à Ceote veniſſe, qui mecum colloqueretur: neque enim librum ante ad te mittere poſſum, quam venerit qui de illo viro indicium mihi faciat. Amo enim efflictim ipſius animam, partim quidem ut viri ſapientis, partim vero ut qui bene agere nunquam ceſſat, partim etiam quod terrenos Deos metuam. Nec mera verba eſſe exiſtimes id quod dico: nam ſemimortua ſum, nec diurni hujus ſyderis aſpectum fero.

[39] Σιωπή] De ſilentio Pythagorico Rittersh. ſatis multa hoc loco, & Cl. And. Schottus lib. 2. *de Bono ſilentii.* Hinc etiam proverbium, καὶ σιωπηλότερον ἔσομαι τῶν Πυθαγόρα τελεσθέντων, de hominibus admodum taciturnis, apud Suidam. Quinquennale ſilentium ex Pythagoræ veteri inſtituto ab Apollonio Tyaneo ſervatum fuiſſe ſcribit Philoſtratus lib. 1. cap. 5. & cap. 9. cujus difficultatem hiſce elegantiſſimis verbis teſtatur, τῶν ἐπιπονώτατον αὐτὸν φησι γεγενῆσθαι βίον, ὅλων πέντε ἐτῶν ἀσκηθέντα· πολλὰ μὲν εἰπεῖν ἔχοντα μὴ εἰπεῖν· πολλὰ δὲ πρὸς ὀργὴν ἀκούσαντα μὴ ἀκοῦσαι· πολλοῖς δὲ ἐπιπλῆξαι προσελθόντα. τέτλαδε δήπου καὶ γλῶτταν πρὸς ἑαυτὸν φάναι· λόγων τε προσκρουσάντων αὐτῷ παρεῖναι τὰς ἐλέγξεις τότε. Ubi & hoc refert, cum tempore ἐχεμυθίας per ſigna nutuſque capitis cum amicis verſari & colloqui ſolitum. Xenocratem quoque Philoſophum ſingulis diebus horam ſilentio & meditationi dedicaſſe refert Laërtius. Pythagoricum hoc inſtitutum prædicat etiam D. Ambroſius in luculento commentario ad Pſalm. CXIX. 9.

vulgata ſunt: primo quidem, quod animam immortalem eſſe affirmaverit: deinde diverſa eam animantium genera ſubire: adhæc, poſt

πρῶτον μὲν ὡς [40] ἀθάνατον εἶναι φησὶ τ̃ ψυχλώ· εἶτα [41] μεταβάλλεσθαι εἰς ἄλλα γένη ζώων. πρὸς δὲ

[40] Ἀθάνατον τ̃λὼ ψυχλώ] Sic ipſe Porphyrius apud Stobæum in *Eclogis Phyſicis* cap. *de Statu Animar. poſt exitum.* Η δὲ τ̃ ψυχῆς ἀθανασία ἐκ τοῖς μάλιστα τ̃ Πυθαγορείκων δογμάτων γνώριμόν ἐστι πᾶσιν ἐκ περιόδητον. Οὐ γὰρ πρὸς τ̃ εἰπόντα, ἴδοξα κ̃ τὰς ὕπνους ἰδεῖν πεθνεῶτα τ̃ πατέρα, φασὶν εἰπεῖν, οὐκ ἴδοξας, ἀλλ' εἶδες. *Animam permanere & ſempiternam eſſe inter præcipua Pythagoræ dogmata cuivis notum eſt. Quem etiam, cuidam dicenti patrem vita functum in ſomnis videre mihi videbar, reſpondiſſe ferunt: non videre viſus es, ſed vidiſti.* De eodem Pythagoræ dogmate Diodorus Sic. princ. lib. XVIII. Πυθαγόρας ὁ Σάμιος καὶ τινες ἔτεροι τῶν παλαιῶν φυσικῶν ἀπεφαίνοντο τὰς ψυχὰς τῶν ἀνθρώπων ἀθανάτους. &c. Cicer. 1. Tuſc. Quæſt. Pherecydem Syrum primum hoc apud Græcos affirmaſſe ait. Sed à Magis & Ægyptiis Pythagoram hoc quoque dogma cum ſequentibus hauſiſſe mox Herodoti auctoritate oſtendam.

[41] Μεταβάλλεσθαι εἰς ἄλλα γένη ζώων] Sic MS. Vatic. quod magis probo quam ἄλλα σώματα ἀνθρώπων. Neque enim aliis duntaxat humanis, ſed & brutorum animantium corporibus animas inſinuari credebat Pythagoras & Plato: quod præter alios ipſe Porphyrius apud Stobæum loco citato etiam auctoritate Homeri confirmat: ubi Ulyſſis ſocios in ſues mutatos refert. Cui etiam Macrobium addas lib. 1. *in Somn. Scip.* cap. 9. Inter poſteriores Pythagoricos & Platonicos diverticula fuere ſententiarum, de quibus Proclus lib. v. in Timæum, pag. 329. *Quæri*, inquit, *ſolet, quomodo animæ in bruta animantia deſcendere dicantur: & alii quidem hominum ad animantia ſimilitudines quaſdam eſſe putant, quas vitas ferinas appellant. Nam ſubſtantiam rationalem nequaquam feri animalis animam fieri poſſe. Alii autem ipſis quoque brutis eam immitti concedunt: animas enim omnes unius ejuſdemque generis eſſe: ut & lupi, & pardi, & ichneumones fiant. Vera autem ratio animam humanam brutis quidem immitti aſſerit, ita tamen ut propriam ſuam vitam illa obtineant, & anima immiſſa eidem quaſi ſuperinvehatur, & affectus propenſione ac ſimilitudine cum ea ſit colligata. Et hoc multis rationibus à nobis probatum eſt in commentariis in Phædrum: quod ſolus hic inſinuationis modus ſit. Si autem & illud manere operteat, Platonis hanc ſententiam eſſe, ſubjungendum, quod in Politia Therſitæ animam ſimiam induiſſe dicat, non autem corpus ſimiæ: & in Phædro, deſcendere in vitam ferinam, non autem in corpus ferinum: vita enim cum propria anima conjuncta eſt: & hoc loco ait mutari in ferinam naturam: nam ferina natura non eſt corpus ferinum, ſed vita ferina. Sed hoc ut dixi, ex commentariis in Phædrum petendum eſt.* Hæc Latinè adſcripſi, quod admirandum illud opus à paucis legi, à paucioribus intelligi ſciam. Hebræorum Rabbini eandem ſententiam de animæ incorporatione, ſeu recidivatu tenent, quæ in libro Talmudico Bava Meziha non uno loco aſſeritur: & ipſe audivi mordicus hanc opinionem tuentes hiſtoria Nabuchodonozoris, & verbis Pſalmi XXI. v. 21. *& de manu canis unicam meam*: quibus verbis Prophetam id à Deo expetere affirmabant, ne anima corpore ſoluta in canem aliudve brutum animal iterum demergeretur: dignum ſane iſtis nugatoribus commentum. Cæterum Herodotus lib. 2. autor eſt, Ægyptios primos affirmaſſe animam hominis eſſe immortalem, & ſubinde aliud atque aliud animal immigrare, atque ubi per omnia circuiſſet terreſtria, marina, volucria, rurſus humanum corpus ſubire: atque hunc circui-

τάτοις, ὅτι [42] καθ' ὡρισμένας περιόδους τὰ γινόμενα πάλιν γίνεσθαι, καὶ οὐδὲν ἁπλῶς καινὸν εἶναι. καὶ ὅτι πάντα τὰ γινόμενα [43] ἔμψυχα ὁμογενῆ δεῖ νομίζειν. φαίνεται γὰρ εἰς τὴν Ἑλλάδα τὰ δόγματα πρῶτος καὶ μόνος τῶν Πυθαγόρας.

20 * Οὕτως ἦν πάντας εἰς ἑαυτὸν ἐπέστρεψεν, ὥστε μιᾷ μόνον ἀκροάσει, ὡς φησὶ Νικόμαχος, ἢν ὀπίσω τῆς Ἰταλίας πεποίηται, πλέον ἢ δισχιλίους ἐλεῖν τοῖς λόγοις· ὡς μηκέτι οἴκαδε ἀποστῆναι, ἀλλ' ὁμοῦ σὺν παισὶ καὶ γυναιξὶν [44] ὁμακόειον π

certos temporum circuitus idem quod olim fuerat rursus fieri, & nihil omnino novum exiſtere: & animata omnia cognata inter ſe ejuſdemque generis exiſtimanda eſſe. Primus enim omnium Pythagoras hæc dogmata in Græciam intuliſſe videtur. Atque ita omnes in ſe convertit, ut unica diſſertatione, referente Nicomacho, quam primo ad Italiam adventu inſtituit, pluſquam duo millia hominum oratione ſua ceperit. Qui ne domo amplius abeſſent, una cum liberis atque conjugibus commune quoddam audito-

tum ab ea expleri intra annorum tria millia: ubi & hoc addit quoſdam ex Græcis haſce opiniones ab Ægyptiis mutuatos pro ſuis venditaſſe: animæ circuitum alii alio temporis ſpatio definiebant. Proclus ex Porphyrio decem millium annorum eſſe tradidit lib. 1. in Tim. pag. 45. adde Macrob. lib. 1. in Somn Scip. cap. 9.

[42] Κατὰ περιόδους] Hæc à Magis didiciſſe videtur Pythagoras, quibus Laërtius id dogma tribuit, autore Theopompo. Sic enim ille in præfatione operis ſui: ὃς καὶ ἀναβιώσεσθαι καὶ τοὺς ἀνθρώπους, καὶ ἔσεσθαι ἀθανάτους ἐκ τοῦ ὅτι πᾶσι τοῖς αὐτοῖς ἐπικυκλήσεσι χρήσεται. *Qui etiam homines reviviſcere ex Magorum ſententia, & immortales futuros aſſerit: & res omnes ſuis revolutionibus permanere.* Ita hic locus legendus: nam ἐπικλήσεσι, quod in vulgatis codicibus extat, putidiſſimum eſt. Proclus lib. 1. in Timæum pag. 39. ἐπὶ δὲ τοῦ παντὸς τὸ αὐτὸ θεωρήσειας ἄν, εὐθυμηθείς, ὅτι τὰ γιγνόμενα πάντα καὶ φθείρεται· καὶ ταῖς περιόδοις ἥκει ταῖς κοσμικαῖς, καὶ ταῖς ἀνακυκλήσεσι τῆς ὅλης ζωῆς· καὶ ὅτι σωπλησιν ἀλλήλοις αἱ περίοδοι, καὶ μίαν καὶ συνεχῆ ζωὴν ἀποπλήσει. Vide eundem pag. 9. Stoici quoque ſimiles rerum periodos magni anni circuitu fieri ſtatuerunt: de quibus præter alios Euſeb. Præp. lib. xv. cap. 19. M. Antoninus Imp. lib. xi. τὴν περιοδικὴν παλιγγενεσίαν τῶν ὅλων appellat.

[43] Τὰ ἔμψυχα ὁμογενῆ] Hoc fundamentum Pythagoricæ ἀποχῆς, qua Philoſophos ſectatores ſuos ad juſtitiæ obſervationem, καὶ πάσων τῶν ἐν συγγενῶς πρὸς ἀλλήλους adhortabatur, teſte Jamblicho lib. 2. quod argumentum latiſſime pertractatur ab ipſo Porphyrio, opere *de abſtinentia ab eſu animalium*: præſertim lib. 3. ubi probare conatur ex mente Pythagoræ, ut ait, omnem animam ſenſus ac memoriæ participem, rationabilem eſſe: & animantium animas noſtris ὁμοουσίους non differre ſecundum ſubſtantiam, ſed tantum ſecundum quod magis & minus de ratione participant. Idemque argumentum Plutarchus libro de *Solertia Animalium* tractat. Qui etiam lib. iv. de *Plac. Phil.* cap. 7. inter Pythagoræ decreta refert, τὴν ψυχὴν ἐξιέναι εἰς τὸν ἐν παντὸς ἀναχωρεῖν πρὸς τὸ ὁμογενές.

[44] Ὁμακόειον] Ita proprie Pythagoreorum ſchola dicta. Clem. Alex. 1. Strom. de Pythagora: καὶ τὸν ὁμακοΐου τὸν ἐπὶ

rium ingenti magnitudine ſtatuerunt; & eam Italiæ partem quæ Magna Græcia vulgo dicitur, conditis urbibus occuparunt: leges quoque atque ſtatuta ab ipſo, ut divina præcepta accipientes: præter quas quidquam facere nefas erat. Iidem bona ſua in commune confe-

παμμέγεθες ἱδρυσαμένους, πολίσμη τὴν πρὸς πάντων ὀπικληθεῖσαν μεγάλην Ἑλλάδα ἐν Ἰταλίᾳ· νόμους τε παρ' αὐτῷ δεξαμένους & προσέγματα, ὡσανεὶ θείας ἐπιτάξεις, ἐκτὸς τούτων πράττειν μηδέν. ἔτι καὶ τὰς [45] οὐσίας κοινὰς ἔθεντο, καὶ

ὅτω καλλιέπλω τὸ παρ' αὐτῷ ὁμακόϊον αἰνίττεσθαι). Hierocles ſub finem commentar. Pythag. ait Aureum Carmen non unius cujuſdam Pythagorei ἀπομνημόνευμα eſſe, ὅλα δὲ & ἱερᾶ συλλόγα, καθ' ὡς ἂν αὐτοὶ εἵποιεν, ὁμακόϊα παντὸς ἀποφθέγματα κοινόν. Ita enim recte interpretes pro ὁμαῖα legit. Et Proclus lib. 1. in Timæum: πῶς δὲ ὁ Πυθαγόρειον τὸ διάφορον μέτρα τῶν ἀκροάσεων ἀφορίζων, καθ' ἃς γὰρ εἰς τὸ ὁμακόϊον φοιτώντων, οἱ μὲν βαθυτέρων, οἱ δὲ ἐπιπολαιοτέρων ἠξίουν δογμάτων. *Nonne & hoc Pythagoricum eſt, diverſos auſcultationum gradus diſtinctos fuiſſe? nam qui commune auditorium frequentabant, alii profundiora, alii leviora dogmata percipiebant.* Hinc ipſi auditores Pythagoræ communi nomine ὁμάκοοι dicti, teſte Jambl. lib. 1. cap. 17. ὅτω γὸ ἐκαλέοντο πάντες οἱ τὸν ἄνδρα. Ita enim legendum pro ἐλαλεῖτο, quod ſenſum vitiat.

[45] Τὰς οὐσίας κοινὰς] Hoc quoque inſtitutum à Barbaris ad ſuam Ἀφωγλῶ tranſtulit. Nam quotquot fermè perfectius aliquod vitæ genus ſupra vulgus hominum in quacunque nationę affectarunt, privato bonorum uſu ſeſe abdicantes, communia illa cum aliis fecerunt: cujus rei exempla ac rationes ex ſacra & profana antiquitate ſuppetunt. Et quidem ſi à fabulis incipiendum, Poëtæ inter cætera aurei ſeculi commoda id quoque numerant, quod communis uſus omnium rerum fuit, neque is ſub argenteo Jovis ſeculo plane ſublatus. Unde etiam Jupiter princeps ac præſes eſſe creditur τῶν πολιτικῶς ζώντων καὶ τὴν ἀρίστην πολιτείαν τῷ πάντα κοινὰ ποιεῖσθαι, teſte Proclo ad

Heſiod. ἔργ. ά. Philoſophi haud procul diſcedunt ab opinione Poëtarum: nam Dicæarchus apud Porphyrium lib. IV. *Abſt.* triplex vitæ genus eodem modo recenſet. Quorum primum & ipſe aureum vocat; alterum, τὸ νομαδικὸν, tertium vero τὸ γεωργικόν. Sed licet in ſecundo genere habendi cupidinem publicas opes privatas feciſſe affirmet: conſtat tamen multas Nomadicas gentes promiſcuum rerum uſum habuiſſe. De Scythis ultra Mæotin pulchri verſus ſunt Scymni Chii vetuſti geographi, cum multis aliis hactenus non editi:

Τὸν Παντικάπη Ἀφοβάνη λιμναίων ἔθνη,
Ἕτερά τε πλείον', ἃ διωνομασμένα,
Νομαδικὰ δ' ἐπικαλούμεν', εὐσεβῆ πάνυ.
Ὡς δ' οὐδὲν ἐμψύχων ἀδικῆσαι ποτ' ἄν·
Οἰκηφόρα δ' ὡς εἴρηκε, καὶ σιτώδιμα
Γάλακτα πῖός Σκυθικῆς τε ἱπποβοσίας.
Ζῶσι δὲ τῷ τε κλῆσιν ἀναδεδειχότες
Κοινὴν ἁπάντων, τῷ τε ὅλῳ βίῳ·
Καὶ τὸν σοφὸν δ' Ἀνάχαρσιν ὄν τῶν Νομαδικῶν
Φησὶ γενέσθαι τῶν σοφῶν εὐσεβεστάτων.

Quos ſic verti.

Ultraque Panticapen paludis accolæ,
Aliique plures nomine haud noti ſuo;
Vulgus Nomadicos dicit, admodum pii,
Ut nec animantibus afferant injuriam:
Plauſtriſque ut aſſerit, vagas trahunt domes.
Rituque Scythico lacte equarum victitant:
Vitamque de communibus bonis agunt,
Opeſque cunctas publicas cunctis habent:
Ex his Nomadicis, gente quam piiſſima,
Anacharſis ortus dicitur ſapiens homo.

De Eſſæis ipſe Porphyrius lib. IV. *de Abſt.* ex Flavio Joſepho. *Divitias*, inquit, *contemnunt, & admiranda inter eos rerum omnium communio, nec ullum reperias qui cæteros opibus antecellat. Nam qui ſectam ingreditur ex lege bona ſua publicare jubetur. Unde fit ut nec paupertatis ſordes, nec divitiarum ſplendor in iis appareat. Cum permixtis ſingulorum facultatibus una eademque omnibus tanquam fratribus ſit poſſeſſio.* Nec diſſimilia fuere Samanæorum apud Indos & Ægyptiorum Sacerdotum inſtituta, de quibus noſter dicto loco, aliique conſulendi. Inter Græcos bonorum, ſi non communionem, ſaltem poſſeſſionem æqualem introduxit Lycurgus, uti etiam convictum publicum & communem, quæ συσσίτια & φιδίτια dicebantur, ὥστε διαπεῖν μεθ' ἁλλήλων σωιόντας ἐπὶ κοινοῖς κὴ πεπυγμένοις ὄψοις & σπίοις, inquit Porphyrius. Φιδίτια autem eodem teſte vocabantur, ὡς φιλίας & φιλοφροσώνης ὑπάρχοντα αἴτια. Quo ſingulis menſibus de ſuis bonis ſinguli æqualiter conferebant. Sed Plato, cum Pythagoræ doctrinam & inſtituta in omnibus ferme ſibi imitanda propoſuiſſet, etiam bonorum communionem in ſuam remp. hoc eſt in hominum ſapientiæ ſtudiis deditorum ſocietatem, ad divinum exemplar, & totius univerſi ſimilitudinem inſtitutam recepit. Falluntur enim qui Platonem in quavis civitate communem uſum rerum omnium introducere voluiſſe exiſtimant. Falluntur inquam, cum Platoni propoſitum fuerit exemplar vitæ, quam feliciſſimæ & Deo ſimillimæ animi cogitationibus conceptum mortalibus proponere. Ideoque cum Deum non ſolum ſemetipſo contentum, ac ſibi ipſi ſufficientem, nec indigentem ulla re externa; hoc eſt, bonorum omnium fontem uberrimum eſſe didiciſſet; ſed diffundere ſe ac bona ſua & aliis, ut ipſe in Timæo loquitur, abſque invidia communicare; ita hominem publice ac privatim credebat fore beatiſſimum, ſi ad divinæ bonitatis exemplum conformaretur: & bona ſua cum quamplurimis haberet communia: & hac communione ad divinæ unitatis ſimilitudinem quam proxime accedere exiſtimabat. A qua tanto longius diſceditur, quanto magis unuſquiſque ad particulare ac proprium aliquod bonum fertur. Ita Proclus l. 1. Tim. p. 14. Διὰ τί δὴ παρ' ἀνθρώποις μᾶλλον τοῦτο ἀπολώλεκε; ὅτι ζωὴν ἔχουσιν ὑλικὴν, καὶ πρὸς τὸ μερικὸν ἀποτείνοντες τὸ ὅλον ἀποβάλλουσι. Διὰ δὲ τοῦτο τὸ ἐμὸν καὶ ἐμὸν πολὺ παρ' αὐτοῖς, ἕνωσις δὲ & κοινωνία ζωῆς ὀλίγη ἐστίν. *Cur particularibus bonis acquirendis homines ſtudent? quia vitam obtinent rebus materialibus immerſam, & ab univerſo deficientes ad particulare feruntur. Hac enim de cauſa frequens apud illos eſt, meum & non meum: unio autem & communio vitæ deſecit.* Plura apud ipſum legi poſſunt, quibus Platonis mens luculenter explicatur. Et ſane ſi rem recte expendamus, videbimus profecto omnem hominum ſocietatem eo feliciorem eſſe ac tranquilliorem, quanto major inter omnes bonorum æqualitas & communio viget; ubi non pauci aliquot opibus affluunt, cæteris egeſtate oppreſſis: quæ iniqui & tyrannici imperii nota certiſſima eſſe ſolet. De uxorum communione nihil dico. Operæ pretium tamen erit videre quæ Beſſarion Card. ſcripſit, lib. IV. cap. 3. nunquam ſatis laudati operis contra Trapezuntium Πλατωνομάστιγα. Cæterum inter Chriſtianos haud diſſimilis bonorum communio, non introducta poſtmodum, ſed una cum religione ipſa nata videtur, cum certum ſit Chriſtum Servatorem noſtrum cum diſcipulis ſuis externa vitæ ſubſidia communia habuiſſe. Atque idem primitivæ Eccleſiæ inſtitutum, ſacræ Literæ diſertim teſtantur. Cujus Communionis uſus, vel ſimilitudo, remittente charitatis fervore, inter ſolos Aſceticos remanſit. Nec dubitaverim affirmare communionem illam non minus Religionis noſtræ, quam Pythagoricæ ſcholæ fundamentum eſſe; qui proximum eodem unionis affectu quo noſmetipſos proſequi jubemur: & bonorum tam poſſeſſores quam diſpenſatores à Deo nos conſtitutos credimus, & piam erga alios liberalitatem profeſſionis

rebant; & Pythagoram inter Deos numerabant. Ideoque quotieſcunnoſtræ caput, ac virtutem præcipuam ponimus. Nec ſane aliam originem cauſamque tot piæ fundationes habent; & tot egregia charitatis Chriſtianæ monumenta, quibus religio noſtra præ cæteris gloriatur. Sed hoc fortaſſe eſt ὑπὲρ βαθμῶν πόδα ῥίπτειν, juxta proverbium Græcorum. Id profecto nemo inficias iverit, Pythagoreos quam proxime ad Religionem noſtram hac bonorum communione acceſſiſſe, ſi quis ea legat quæ Jamblichus, lib. 1. cap. 33. retulit. Epicurum Pythagoricum hoc inſtitutum improbaſſe teſtatur Laërtius lib. x. quod non tam amicorum quam diffidentium id eſſe videretur. Τόν τε Ἐπίκουρον μὴ ἀξιοῦν εἰς τὸ κοινὸν καταπίστευθαι τὰς οὐσίας, καθάπερ τὸν Πυθαγόραν, κοινὰ τὰ τῶν φίλων λέγοντα. ἀπιστούντων γὰρ εἶναι πιστὸν, εἰ δ' ἀπίστων, ἴδιον φίλων. Cujus argumenti vim non ſatis me perſpicere fiteor: conferebant enim ſua in commune, ut omnibus promiſcuè utendi facultas eſſet, non ut publica fide depoſiti inſtar ſervarentur: nam qui alteri diffidit, ut Comicus Euclio, domi ſua premit, & draconis inſtar ſolus theſauris incubat.

[46] Μετὰ τῶν θεῶν τὸν Πυθαγόραν] Viros ſapientiæ laude celebres pro diis habitos à rudiori vulgo vel diſciplinæ ſuæ ſectatoribus, Zamolxis, Abaris, Orphei, Lini, aliorumque exempla teſtantur: & Lucretius lib. v. potiori jure divinos honores ſapientiæ inventoribus deberi oſtendit, quam Cereri, Baccho, vel Herculi, ac ſimilibus. De Pythagora idem teſtatur Philoſtratus principio operis de vita Apoll. Καὶ ὅτι ὀμόσῃ τὸν Πυθαγόραν, νόμον τοῦτο οἱ ὁμιλητὰι ἡγοῦντο, καὶ ἐπίμαν αὐτὸν ὡς οὐ Διὸς ἥκοντα. Cæterum de juramento Pythagoreorum per Præceptorem ſic ſcribit Hierocles in *Aureum Carm.* pag. 225. Ἔπειτα καὶ ὁ ὅρκος αὐτῷ γίνεται δόγμα, ὅτι τὸν διδάσκαλον τῆς ἀληθείας ὥσπερ θεοῦ τιμᾶν, ὡς ἐμοῦνγε αὐτὸν, εἴ τι δίοι πρὸς βεβαίωσιν τῶν δογμάτων. καὶ μὴ μόνον τὸ μετὰ [46] τῶν θεῶν τὸν Πυθαγόραν κατηρίθμουν. διόπερ ἔν τι τῶν παρ' Αὐτοῖς ἴσα φασὶ αὐτῷ λέγειν, ἀλλὰ καὶ ταῦτα ὥσπερ ἔχει, Νὴ τὸν αὐτόν. Porrò & jusjurandum ipſi pro dogmate habetur: nam veritatis Magiſtro is honor tribuendus, ut per ipſum juretur, ſi quando ad dogmatum confirmationem opus ſit: nec tantum Ipſe dixit, de eo uſurpare: ſed rem ita ſe habere per ipſum affirmare. Et pag. 230. ait Pythagoreos ſingulari religione coluiſſe juramenta per Deos immortales: peculiariter vero juraſſe per magiſtrum, qui quaternarium ipſis tradiderat: licet neque ex Deorum, neque ex heroum numero eſſet, ἀλλ' ἄνθρωπος ὁμοιότροπος θεῷ κατασκευὴς, καὶ πρὸς τὰς ἀφ' ἑαυτοῦ θείας ἀπεικάζων εἰκόνας. Et hoc juramento, inquit, tacitè innui, in quanta veneratione apud auditores ſuos fuerit Pythagoras, quantumque dignitatis ſibi peperiſſet diſciplinis quas tradidit. Sed cum Hierocles expreſſe dicat diſcipulos juraſſe κατὰ τοῦ θεοδίντος αὐτοῖς τὸν τετρακτὺν διδασκάλου, quod & Jamblichus confirmat, lib. 1. 28. putabam verſu 33. legendum δι' αὐτοῦ pro δι' αὐτῆς, quod ſenſus loci manifeſte requirere videtur. Sed ne quid mutem facit, Plutarchi, Luciani, Macrobii, aliorumque autoritas, qui per quaternarium, non autem per Pythagoram eos juraſſe affirmant, de quo diſſidio veterum vide Marcilium Comment. ad *Aureum Carm.* quod componere nititur Nicetas Gregorii Nazianzeni Scholiaſtes Hom. v. in Pentecoſten. Et per utrumque juraſſe Theon Platonicus affirmat, libro de *Locis Mathematicis in Tim. Plat.* capite περὶ τετρακτύος καὶ δεκάδος, quem manuſcriptum legi in Illuſtriſſ. Cardinalis Barberini bibliotheca. Poſtquam enim oſtendit intra quaternarium omnes conſonantias reperiri, addit, ὃ δὴ τοῦτο ὃ μόνον πᾶσι τοῖς Πυθαγορικοῖς πεποπίμηται, ἀλλ' ἐπεὶ καὶ δοκεῖ τὴν τῶν ὅλων φύσιν σωίχειν. διὸ καὶ ὅρκος ἦν αὐτοῖς, ὃ μὰ τὸν, &c. τὸν θεοδόντα Πυθαγόραν λέγοντι, ἐπεὶ δοκεῖ τοῦτο εὕρημα ὁ περὶ αὐτῆς λόγος. De ipſo autem quaternario nihil mihi dicendum

αὐτοῖς ἐν τοῖς μαθήμασιν ἀπορρήτων προχειρολογήσωμεν, γλαφυρόν ἄλλως γὰρ πως πολλὰ διάφορον φυσικὰ συντελέσματα, τῷ τε λεγομένῳ τετρακτύϊ, δι' αὐτῆς ἐπώμνυον, ὡς θεόν τινα τὸν Πυθαγόραν ὑπιφθεγγόμενοι πάντες. ἐπεὶ φασὶ τοῖς ὑπ' αὐτῶν βεβαιωμένοις,

Οὐ μὰ τὸν ἀμετέρᾳ ψυχᾷ παραδόντα τετρακτύν,
Παγὰν ἀενάου φύσιος ῥιζώματ' ἔχουσαν.

que ex ſcientiæ ſuæ ſecretis ſcitum aliquid & elegans aliis eſſent traditurі, & ex quo multæ Phyſicæ concluſiones deducerentur, tum inprimis tetractyn, quam vocant, ſive quaternionem, jurabant per eam, & Pythagoram Dei inſtar, veluti teſtem jurisjurandi appellantes, omnibus abs ſe confirmatis addebant:

Juro tibi hunc, à quo datus ille quaternio menti
Noſtræ, ex quo natura fluit ceu fonte perenni.

21 * Ἃς δ' ἐπιδημήσας Ἰταλίαν τε καὶ Σικελίαν καταλαβὲ πόλεις δεδουλωμένας ὑπ' ἀλλήλων, τὰς μὲν πολλῶν ἐτῶν, τὰς δ' νεωστί, φρονήματος ἐξελευθερίας πλήσας διὰ τῶν ἐφ' ἑκάστης ἀκροατῶν αὐτοῦ, ἠλευθέρωσε, Κρότωνα, καὶ Σύβαριν, καὶ Καταύνιον, καὶ Ῥήγιον, καὶ Ἱμέραν, καὶ Ἀκράγαντα, καὶ [47] Ταυρομένιον,

Quaſcunque vero civitates in itinere ſuo per Italiam atque Siciliam, partim quidem jam à multis annis, partim recens adeo, ſervitute à ſe invicem oppreſſas offendit, animo ad libertatem adſpirante complens, per auditores ſuos, quos è ſingulis civitatibus habebat, in libertatem aſſeruit: Crotonem ſcilicet, & Sybarin, Catanam, Regium, Himeram, Agrigentum, & Tauromenium,

cendum ſupereſt poſt curioſiſſimam ejusdem Marcilii diligentiam, & Hieroclem Pythagorici carminis commentatorem, qui poſt longam de hujus numeri proprietatibus diſſertationem tandem pag. 229. hæc addit, καὶ ἁπλῶς, τὸ ὅπερ πάντα ἡ τετρὰς ἀπεδήσατο, στοιχείων ἀριθμὸν, ὡρῶν τὸ ἔτος, ἡλικιῶν, συνοικισμῶν. Hoc eſt: *Denique, ut uno verbo dicam, quaternarius omnia quæ in rerum natura exiſtunt, complectitur: numerum elementorum, tempeſtatum anni, ætatum, & contuberniorum ſive ſocietatum.* Ita enim locus partim corruptus, partim male ab interpretibus intellectus reſtitui debet. Quos autem συνοικισμοὺς intelligat ex eodem Theonis libro didici; cujus hæc verba ſunt: Ἑβδόμη δὲ τετρακτὺς ἡ τῶν κοινωνιῶν· δεκὰς μὲν γὰρ οἷον μονὰς, ἄνθρωπος· δυὰς δὲ, οἶκος· τριὰς δὲ, κώμη· τετρὰς δὲ, πόλις· τὸ γὰρ ἔθνος ἐκ τούτων σύγκειται. *Septimus quaternarius eſt ſocietatum. Principium quidem & quaſi unitas eſt homo: binarius eſt domus: ternarius, pagus: quaternarius, civitas: nam ex hiſce gens integra conſiſtit.* MS. Vaticanus priorem verſum Pythagorici juramenti ſic legit: Οὐ μὰ τὴν ἡμετέρᾳ γενεᾷ, &c. pro ψυχᾷ.

[47] Ταυρομένιον] Sic ex ejuſdem MS. fide edidi: qua inflexione in multis re-

aliaſque nonnullas : quibus etiam leges ſcivit per Charondam Catanæum & Zaleucum Locrum ; quarum gratia vicini longo tempore ipſarum inſtituta ſequi ac æmulari voluerunt. Symichus verò Centorupinorum tyrannus, ipſo audito imperium depoſuit : opeſque ſuas partim ſorori, partim civibus donavit. Venere autem ad ipſum, ut Ariſtoxenus refert, & Lucani, & Meſſapii, & Picentini, & Romani : ſuſtulitque penitus omnes diſcordias, non à notis ſolum & familiaribus, eorumque poſteris ad aliquot ſecula, ſed ab omnibus omnino Italiæ atque Siciliæ civitatibus, tam inteſtinas quam externas. Crebro enim ei in ore erat apud quoſvis, ſive plures ii ſimul eſſent ſive pauci, hoc apophthegma : fugandum omni conatu, & igni atque ferro, & quibuscunque denique machinis præſcindendum à corpore quidem morbum, ab anima ignorantiam, à ventre luxuriam, à civitate ſeditionem, à familia diſcordiam, à cunctis denique rebus exceſſum. Quod ſi illis fides adhibenda, qui de eo ſcripſere, autoribus ſane antiquis & præjudicatæ autoritatis,

κὴ ἄλλας τινὰς, αἷς Ὁ νόμως ἔθετο διὰ Χαρώνδα τε Ὃ Καταναίε, κὴ Ζαλεύκυ Ὃ Λοκρῶ, δι' ὧν ἀξιοζήλωτοι τοῖς πλησίοις ἄχρι πολλῦ γεγόνασι. [48] Σύμιχος δ' ὁ Κεντοριπίνων τύραννος ἀκούσας αὐτὸ, τήν τ' ἀρχὴν ἀπέθετο, κὴ τῶν χρημάτων τὰ μὲν τῇ ἀδελφῇ, τὰ δὲ τοῖς πολίταις ἔδωκε. * Προσῆλθον δ' αὐτῷ, ὡς φησὶν Ἀριστόξενος, κὴ Λεύκανοι, κὴ Μεσσάπιοι, κὴ Πικεντῖνοι, κὴ Ῥωμαῖοι. ἀνῄρει δ' ἅπαντα τὰ σίτια, ὐ μόνον ἀπὸ τῶν γνωρίμων, ἀλλὰ κὴ τῶν ἀπογόνων αὐτῶν ἄχρι πολλῶν γενεῶν, κὴ καθόλυ ἀπὸ τῶν ἐν Ἰταλίᾳ τε Ὁ Σικελίᾳ πόλεων πασῶν, πρός τε ἑαυτὰς, κὴ πρὸς ἀλλήλας. πυκνὸν γὰρ ἦν πρὸς ἅπαντας αὐτῷ πολλὰς κὴ ὀλίγας τόδε τὸ ἀποφθεγμα· Φυγαδευτέον πάσῃ μηχανῇ, κὴ πρικοπτέον πυρὶ κὴ σιδήρῳ κὴ μηχαναῖς παντοίαις ἀπὸ μὲν σώματος νόσον, ἀπὸ Ὁ ψυχῆς ἀμαθίαν, κοιλίας Ὁ πολυτέλειαν, πόλεως δὲ στάσιν, οἴκυ Ὁ διχοφροσύνην, ὁμῦ Ὁ πάντων ἀμετρίαν. * Εἰ δὲ δεῖ πρόσθειν τοῖς ἱστορήσασι περὶ αὐτῦ, παλαιοῖς Ὁ ὅσοι Ὁ ἀξιολόγοις, μέχρι

centioribus notitiis hujus civitatis nomen ſcriptum reperi.

[48] Σύμιχος ὁ Κεντοριπίων τύραννος] Centorupini Siciliæ populi Plinio ſunt : oppidum ipſum Κεντόριπα : de quo vide Cluverium. In quatuor antiquis nummis Philippi Parutæ legitur ΚΕΝΤΟΡΙΠΙΝΩΝ : atque ita forte hoc quoque loco ſcribendum. Sequentia ex Vaticano Codice ſupplevi : quæ totidem verbis Jamblichus tranſcripſit.

καὶ τ' ἀλόγων ζώων διήκειτο αὐτῷ ἡ νουθέτησις. τὴν μὲν γὰρ Δαυνίαν ἄρκτον λυμαινομένην τοῖς ἐνοίκοις κατασχὼν, ὥς φασι, καὶ ἐπαφησάμενος χρόνον συχνὸν, ψωμίσας τε μάζῃ καὶ ἀκροδρύοις, ὁρκώσας τε μηκέτι ἐμψύχου ἐφάψεσθαι, ἀπέλυσεν. ἡ δ' εὐθὺς εἰς τὸ ὄρη ἐτράπη καὶ θρυμμὸς ἀπαλλαγεῖσα, οὐκέτ' ὤφθη ποιήσασα ἄπιστον οὐδ' ἀλίγῳ ζώῳ.

24 * Βοῦν δ' ἐν Τάραντι ἰδὼν πεμμιγῆ νομῇ κυάμων χλωρῶν ἐφαπτόμενον, τῷ βουκόλῳ προσελθὼν, συνεβούλευσεν εἰπεῖν τῷ βοῒ τ' κυάμων ἀποσχέσθαι· πρυσσαίξαντος δ' αὐτῷ τοῦ βουκόλου, καὶ φήσαντος σὺν εἰδέναι [49] βοϊστὶ λαλεῖν, προσελθόντα, καὶ εἰς τὸ οὖς προσψιθυρίσαντα τῷ ταύρῳ, ἅ μόνον τότ' ἀποσχῆναι τῶν κυάμων, ἀλλὰ καὶ αὖθις μηδέποτε κυάμων θίγειν· μακροχρονιώτατον δ' ἐν Τάραντι τὸ τῆς Ἥρας ἱερὸν γηρῶντα διαμεμενηκέναι, τὸν ἱερὸν καλούμενον βοῦν, τροφὰς σιτούμενον, ἃς οἱ ἀπαντῶντες ὄρεγον. 25 * Ἀετὸν δ' ὑποπεπτακότα ὀλυμπάσι, προσομιλοῦντα αὐτὸν τοῖς γνωρίμοις ἀπὸ τύχης τε περὶ οἰωνῶν, καὶ συμβόλων, καὶ διοσημειῶν, ὅτι παρὰ θεῶν ἀγγελίαν τινὲς, καὶ αὐτὸν τοῖς ὡς ἀληθῶς

etiam ad bruta animalia usque præcepta admonitioneſque ejus ſeſe extendebant. Urſam enim Dauniam, quæ incolas maximo damno afficiebat, comprehenſam, & diu contrectatam, panis quoque offulis & pomis quibuſdam paſtam, adjuratamque ne quicquam animatum amplius attingeret, rurſum dimiſit. Illa vero in montes ſylvaſque ſe abdidit, nullumque poſtea ne brutum quidem animal invadere viſa fuit. Cumque bovem juxta Tarentum temere & promiſcue paſcentem, fabas virides attigiſſe videret, bubulcum acceſſit, ſuaſitque bovi edicere, ut à fabis abſtineret. At cum bubulcus eum irridens reſponderet, neſcire ſe bovinari: ipſe acceſſit, & bovi in aurem inſuſurravit, adeo ut non ſolum agro fabis conſito abſcederet, ſed nunquam in poſterum fabas attingeret, qui poſtea plurimis annis Tarenti circa Junonis templum obverſatus conſenuit, Bos ſacer vulgo appellatus, cibis veſcens, quos obvius quiſque offerret. Aquilam vero in ludis Olympicis caput ejus ſupervolitantem, cum forte fortuna de auguriis & ſymbolis ſignifque divinis ad familiares diſſereret, quodque Dii homi-

[49] Βοϊστὶ λαλεῖν] Ipſe Porphyrius lib. 3. *de Abſtin.* κωικῶς ἢ βοϊκῶς loqui dixit, pro eo quod vulgo dicimus canum vel boum vocem proferre. Ariſtophani βόεια ῥήματα, verba grandia. Malui *bovinari*, quam *boare* vertere, vel *boere*, ut Varro loquitur.

nibus verâ pietate præditis quædam significent, atque prænuncient, ex aëre deduxisse, manuque pertractatam rursum dimisisse dicitur. Cumque piscatoribus adstaret verriculum bene onustum è fundo extrahentibus, quantam piscium copiam attraherent prædixit, ipsum quoque numerum expresse definiens. Cumque illi facturos se promitterent quodcunque tandem imperaret, si hæc ita se haberent, præcepit ut pisces vivos mari redderent, prius tamen exacte eos dinumerans: & quod multo magis mirandum, toto illo tempore quo numerabantur nullus ex piscibus extra aquam degentibus ipso adstante expiravit. Multis quoque qui eum accedebant in memoriam revocavit priorem vitam, quam anima ipsorum, antequam isti corpori illigaretur, olim vixerat: & irrefragabilibus argumentis ostendebat seipsum Euphorbum Panthi filium fuisse. Et ex Homericis versibus illos maxime prædicabat, & suavissime ad lyram accinebat:

Grataque cæsaries maduit conspersa cruore,
Atque auro rutili cinni argentoque decori.
Quale per æstatem viridantis germen olivæ
Sedulus agricola in campo producit amœno,

θεοφιλέσι τ' ἀνθρώπων, καταγαγεῖν λέγε), καταψήσαντα πάλιν ἀφεῖναι. δικλυβλήτοις τ' ἀπιξάντα, ἔπι τ' αὐγλώης ἐκ βυθοῦ πολλὼ φόρτον ἀπισυρομένης, ὅσον πλῆθος ἀπαιτῶντα προειπεῖν, τῶν ἰχθύων ἀριθμὸν· καὶ τ' ἀνδρῶν ὑπομεινάντων ὅτι ἂν κελεύῃ πρᾶξιν, εἰθ' ἕτως ἀποβαίη, ζῶντας ἀφεῖναι πάλιν κελεῦσαι τοὺς ἰχθύας, πρότερόν γε ἀκριβῶς ἀριθμήσαντα· καὶ τὸ θαυμασιώτερον, ὅτι ἐδεὶς ἐν τοσούτῳ τ' ἀριθμήσεως χρόνῳ τ' ἰχθύων ἐκτὸς ὕδατος μεινάντων ἀπέπνευσεν, ἐφεστῶτος αὐτοῦ. * Πολλὰς δὲ τ' ἐντυγχανόντων ἀνεμίμνησκε τοῦ πρότερα βίου, ὃν αὐτῶν ἡ ψυχὴ πρὸ τοῦ τῶδε τῷ σώματι ἐνδεθῆναι πάλαι ποτ' ἐβίωσε. καὶ ἑαυτὸν δὲ ἀναμφιλέκτοις τεκμηρίοις ἀπέφηνε Εὔφορβον τ' Πάνθου εἶναι. καὶ τῶν Ὁμηρικῶν ἐπῶν ἐκείνοις μάλιστα ἐχρῆτο, καὶ μετὰ λύρας ἐμμελέστατα ἀπέπεμπεν·

Αἵματί οἱ δεύοντο κόμαι χαρίτεσσιν ὁμοῖαι,
Πλοκμοί θ', οἱ χρυσῷ τε καὶ ἀργύρῳ ἐσφηκώντο.
Οἷον δὲ τρέφῃ ἔρνος ἀνὴρ ἐριθηλὲς ἐλαίης
Χώρῳ ἐν οἰοπόλῳ, ὅθ' ἅλις ἀναβέβρυχεν ὕδωρ,

Καλὸν, τηλεθάον. τόδε τε πνοιὴ δονέηται
Παντοίων ἀνέμων, καί τε βρύῃ ἀνθεῖ λιλιῷ·
Ἐλθὼν δ' ἐξαπίνης ἄνεμος σὺν λαίλαπι πολλῇ,
Βόθρῳ τ' ἐξέσρεψε, καὶ ἐξεπάνυσθ' ὅλον ῥίζης.
Τοῖον Πάνθῳ μὲν τὸν ἐϋμμελίῃ Εὔφορβον
Ἀτρείδης Μενέλαος, ἐπεὶ κτάνε, τεύχε' ἐσύλα.

Quam rigat allapſu vicinæ rivulus undæ:
Et blandæ mulcent animæ clementibus auris,
Lætaque canenti veſtit ſeſe undique flore.
At ſi forte ruat vehementi turbine ventus;
Sternit humi affligitque ima de ſtirpe revulſam.
Talem Panthoidem dejectum vulnere acerbo,
Atrides vita exutum ſpoliabat & armis.

27 * Τὰ γὰρ ἐσρεμμένα περὶ τὸν ἐν Μυκήναις ἀνακειμένης σὺν Τρωϊκοῖς λαφύροις τῇ Ἀργείᾳ Ἥρᾳ Εὐφόρβου τοῦ Φρυγὸς τούτου ἀσπίδος, παρέμεν ὡς πάνυ δημώδη. Καύκασον δ' ἔφασαν τὸν ποταμὸν σὺν πολλοῖς ἑτέροις ῥεῖν, ὃς ἐπιῤῥεῖ τοῖς ἀγροῖς ἡδέως καὶ τοῖς ἐπὶ τῶν ὄχθων ἀνθεσι καὶ τοῖς ἐπὶ τῶν κλάδων ὀρνέοις ἐπιτερπὴς ἐστὶ καὶ ἡδὺς ἐπιῤῥέων· ἐὰν δὲ ἐπιγένηται ἄνεμος ἐπὶ τὸν ποταμὸν ἐκ τῶν ὀρῶν ἐπιῤῥήξας, ἀνατρέπει τὰ δένδρα καὶ ἐκ βάθρων ἐκσείει καὶ ἀναστατοῖ τὰ ἐπὶ τῶν ὄχθων ἄνθη καὶ τὰ ἐπὶ τῶν κλάδων ὄρνεα.

Ea enim quæ de Euphorbi Phrygis ſcuto, Mycenis in honorem Argivæ Junonis cum aliis ſpoliis Trojanis ſuſpenſo, referuntur, ut nimis pervulgata prætermiſimus. Caucaſus quoque fluvius tranſeuntem cum

[27] Εὐμμελίῃ Εὔφορβον] Facere non poſſum, quin oraculum Oenomao datum apud Euſeb. *Præp. Euang.* lib. v. cap. 23. quod interpres doctiſſimus pro deſperato & conclamato reliquit, hoc loco emendem. Legendum enim,

Ἐν τε τοῖσιν εὐμελέεσσιν ἠδ' Ἀχαιοῖς τὸ χρεών
Θήσεται τὸ δ' ὀκτακμαρδὲν ἠδὲ μικρὸν ἔξεϊ.

Nam εὐμελέεσσιν pro voce nihili εὐπλέεσσιν ſubſtituendum ſenſus loci manifeſte oſtendit: nam Oenomaus oraculum ut ineptum & ἄκμονος ridet, quod cum ipſe quæſiiſſet, quam potiſſimum gentem adiret, ut lucrum mercimoniis faceret, Apollo reſpondiſſet, ἐν εὐμελέεσσιν Ἀχαιοῖς, hoc eſt, *inter concinno corpore Achivos*: nam ſi ſtatuarius, inquit, aut pictor rogaſſet de magiſtro, ubi artem recte addiſceret, non male in iſta verba reſpondiſſet: quippe cum artifices iſtiuſmodi corpora maxime concinna quærant, quæ fingendo vel pingendo imitentur: quæ ad lucrum & mercaturam nihil faciunt. Sed quia ſemel Apollinis oracula explicare cœpi: addam & alterum ex præcedenti cap. 22. ejuſdem libri, quod verſibus trochaicis editum, ita conſtituendum puto.

Ἔστιν ἐν Τρηχῖνος αἴπη κῆπος Ἡρακλήϊος,
Πάντ' ἔχων ἡδόμενα, πᾶσι θρεπτήριον πυνημαδὲν,
Οὐδ' ὁλιζῶτιν. βέβριθε δ' ὕδασι διηνεκέσ.

Addo & tertium lib. vi. cap. 7. ejuſdem operis Alcmæoni Amphiarai filio datum: qui Ἀμφιαρηΐδης patronymica voce appellatur. Neque enim Alcmæon de Arcadia, quod loci nomen nuſquam terrarum extat, quæſierat: ut eruditiſſimus interpres accepit: ſed oraculorum ambagibus falli humanum eſt.

multis amicorum allocutus, & clara atque liquida voce cunctis audientibus dixiſſe fertur: *Salve Pythagora.* Quin etiam una eademque die & Metaponti in Italia, & Tauromenii in Sicilia, amicis quos utrobique habebat adfuiſſe, & in publico cœtu adlocutum fuiſſe omnes propemodum affirmant; cum multorum ſtadiorum, qua terra qua mari, intervallum intercedat, non niſi complurium dierum itinere conficiendum. Quod enim Abaridi Hyperboreo, qui Apollinem Hyperboreum eum eſſe credebat, cujus Sacerdos Abaris erat, aureum oſtenderit femur, qui verum id eſſe confirmaret, nemo non novit. Quodque navi quadam appellente, & amicis precantibus ſibi merces quas vehebat obtingere, Pythagoras dixerit: ergo mortuus vobis erit: navisque accedens mortuum tulerit; & ſexcenta alia multo admirabiliora, atque diviniora de hoc viro conſtanter atque uno ore affirmantur. Ut ſimpliciter loquendo de nemine quoquam plura & præclariora credantur. Illius enim prædictiones terræmotuum certiſſimæ commemorantur, & peſtis averruncationes præſentiſſimæ: ventorum quoque violentorum, grandiniſque profuſiſſimæ compreſſiones, & tempeſtatum, tam in fluminibus, quam in mari ſere-

λοῖς τῶν ἑταίρων Δμβεβαιόνητε ποτε προσειπεῖν· καὶ ὁ ποταμὸς γεγονώς τι καὶ τραγὺν ἀπεφθέγξατο, πάντων ἀκουόντων· Χαῖρε Πυθαγόρα. μιᾷ τε καὶ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἔνθα Μεταποντίῳ τῆς Ἰταλίας καὶ ἐν Ταυρομενίῳ τῆς Σικελίας συγγεγονέναι, καὶ διειλέχθαι κοινῇ τοῖς ἑκατέρωθι ἑταίροις αὐτῷ Δμβεβαιοῦνται σχεδὸν ἅπαντες, σταδίων ἐν μεταιχμίῳ πολλῶν καὶ καλὰ γῆ, καὶ καλὰ θάλατταν ὑπαρχόντων, δι' ἡμέρας ἀνυσίμων πάνυ πολλαῖς. * Τὸ 28
μὲν γὰρ ὅτι τὸν μηρὸν χρυσοῦν ἐπέδειξεν Ἄβαρις τῷ Ὑπερβορέῳ, εἰκάσαντι αὐτὸν Ἀπόλλωνα εἶναι τὸν ἐν Ὑπερβορέοις, ὅπερ ἦν ἱερεὺς ὁ Ἄβαρις, βεβαιοῦνται ὡς τἀληθὲς, πᾶσι δῆλον· καὶ ὅτι νεὼς καταπλεούσης, καὶ τῶν φίλων εὐχομένων τὰ κομιζόμενα ὠνήσασθαι αὐτοῖς, ὁ Πυθαγόρας εἶπεν, ἔσται τοίνυν ὑμῖν νεκρός· καὶ ἡ ναῦς κατέπλευσεν ἔχουσα νεκρόν. μυρία δ' ἕτερα θαυμασιώτερα καὶ θειότερα περὶ τοῦ ἀνδρὸς ἁπλῶς καὶ συμφώνως εἴρηται. ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, κατ' ὀδενὸς ὑπενοήθη πλείονα, οὐδὲ περιττότερα. * Προρρήσεις τε γὰρ ἀπαρέ- 29
ασαι σεισμῶν διαμνημονεύονται αὐτοῦ, καὶ λοιμῶν ἀποτροπαὶ σὺν τάχει, καὶ ἀνέμων βιαίων καλαζῶν τ' ἐκχύσεως καταστολαὶ, καὶ κυμάτων ποταμίων τε καὶ θαλαττίων

ἀποδιασμοὶ πρὸς εὐμαρῆ τῶν ἑταίρων διάβασιν. ὧν μεταλαβόντας Ἐμπεδοκλέα τε καὶ Ἐπιμενίδου, καὶ Ἄβαριν, πολλαχῆ διατετελεκέναι τοιαῦτα· δῆλα δ' αὐτῶν τὰ ποιήματα ὑπάρχειν. ἄλλως τε καὶ Ἀλεξάνεμον μὲν ἦν τὸ ἐπώνυμον Ἐμπεδοκλέους· καθαρτὴς ἦ, τὸ Ἐπιμενίδου· αἰθροβάτης ἦ, τὸ Ἄβάρεος· ὅτι ἄρα οἷς ὦ ἐν τῷ περὶ Ὑπερβορέους Ἀπόλλωνι δωρηθέντι αὐτῷ ἐπιχέρμῳ, ποταμούς τε καὶ πελάγη, καὶ τὰ ἄβατα διέβαινεν, ἀεροβατῶν τρόπον τινά. ὅπερ ὑπενόησαν καὶ Πυθαγόραν τινὲς πεπονθέναι τότε, ἡνίκα ἐν Μεταποντίῳ καὶ ἐν Ταυρομενίῳ τοῖς ἑκατέρωθι ἑταίροις ὡμίλησε τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ. * Κατεκήλει δὲ ῥυθμοῖς, καὶ μέλεσι, καὶ ἐπῳδαῖς τὰ ψυχικὰ πάθη καὶ τὰ σωματικά. καὶ τοῖς μὲν ἑταίροις ἡρμόζετο παρών· αὐτὸς δὲ τῆς τοῦ παντὸς ἁρμονίας ἠκροᾶτο, σφαιρῶν τε καθολικῶν, καὶ τῶν καθ' ἕκαστα κινουμένων ἀστέρων ἁρμονίας, ἃς ἡμᾶς μὴ ἀκούειν, διὰ σμικρότητα τῆς φύσεως. τούτοις δὲ Ἐμπεδοκλῆς μαρτυρεῖ, λέγων περὶ αὐτοῦ·

Ἦν δέ τις ἐν κείνοισιν ἀνὴρ περιώσια εἰδώς,
Ὃς δὴ μήκιστον πραπίδων ἐκτήσατο πλοῦτον,

nationes, ad facilem & ſecundum amicorum trajectum. Empedoclem quoque & Epimenidem, atque Abarim, cum hæc ab illo hauſiſſent, talia paſſim perpetraſſe ajunt: & poëmata illorum hoc manifeſte teſtari. Quin & Empedocli cognomen erat Alexanemi ſive Averrunci ventorum; Epimenidi vero, Purgatoris; Abaridi Æthrobatæ, ſive Aërambuli. Quandoquidem is ſagittæ Apollinis Hyperborei, quam dono acceperat, inequitans, fluvios & maria, aliaque loca inacceſſa, per aërem quaſi volitans tranſibat: quod & Pythagoram feciſſe nonnulli ſuſpicantur, cum Metaponti & Tauromenii amicos una eademque die utrobique conveniret. Animi vero corporiſque affectus rhythmis, carminibuſque & incantationibus ſedabat. Et hæc quidem adhibebat amicis: ipſe vero univerſi concentum auribus percipiebat. Intelligebat enim totam illam & generalem orbium cœleſtium, ſtellarumque quæ in orbibus iſtis moventur harmoniam: quam nos ob naturæ imbecillitatem non audimus. Hæc Empedocles quoque de Pythagora hiſce verſibus teſtatur:

Horum de numero quidam præſtantia norat
Plurima, mentis opes amplas ſub pectore ſervans:

Omnia veſtigans ſapientum docta reperta.

Nam quoties animi vires intenderet omnes,

Solerti ſubito perſpexit ſingula mente,

Uſque decem aut viginti etiam mortalia ſecla.

Παντοίων τε μάλιστα σοφῶν ἐπιήρανθ' ἕργων.

Ὁππότε γὰρ πάσησιν ὀρέξαιτο πραπίδεσσι,

Ῥεῖα γε τῶν ἐόντων πάντων λύσεσκεν ἕκαστα.

Καί τε δέκ' ἀνθρώπων καί τ' εἴκοσιν αἰώνεσσι.

Quod enim inquit, *præſtantia*, & *entia ſingula perſpexit*, & *mentis*, ſive *ſapientiæ opes*, & ſimilia; indicant, exquiſitam & accuratiſſimam in Pythagora præ aliis corporis animique conſtitutionem, in videndo, audiendoque, & intelligendo. Sonos ergo illos quos edunt ſeptem ſtellæ errantes, & orbis ſtellarum fixarum, tum terra noſtræ huic oppoſita, quam antichthona appellant, novem Muſas eſſe affirmabat. Cœtum verò & concentum omnium ſimul, & veluti nexum mutuum, cujus utpote æterni & ingeniti pars unaquæque eſt & portio, Mnemoſynem appellabat. At Diogenes quotidianam ejus vivendi rationem exponens, refert illum omnes admonuiſſe, ut ambitionem, gloriæque cupidinem fugerent: quod his omnium maxime invidia conflaretur: vulgique colloquia, atque commercia devitarent. Quin & exercitationes matutinas domi propriæ habebat, animum ſuum ad

* Τὸ γὰρ θειώσια, καὶ τ' ὄντων λύσεσκεν ἕκαστα, καὶ πραπίδων πλῆτον, καὶ τὰ ἐοικότα, ἐμφατικὰ μάλιστα τ' ἐξαιρέτου ἀκριβείας τοῦ σώματος καὶ ψυχῆς ἄλλως διοργανώσεως ἔν τε τῷ ὁρᾶν, καὶ τῷ ἀκούειν, καὶ τῷ νοεῖν ἔφη Πυθαγόρου. τὰ δ' ὑπ' αὐτῶν ἑπτὰ ἀστέρων φθέγματα, καὶ τῆς τ' ἀπλανῶν, ὅπερ πάντης τε ὑπὸ γῆν ἡμᾶς, λεγομένης ἣ κατ' αὐτὸς ἀντίχθονος, τὰς ἐννέα Μούσας εἶναι διεβεβαιοῦτο. τὴν δὲ πασῶν ἅμα σύγκρισιν καὶ συμφωνίαν, καὶ ὡσανεὶ σύνδεσμον, ἥπερ ὡς ἀΐδιός τε καὶ ἀγεννήτου μέρος ἑκάστη καὶ ἀπόρροια, Μνημοσύνην ὠνόμαζεν. * 31

Τὴν δὲ καθ' ἡμέραν αὐτοῦ διαγωγὴν ἀφηγούμενος ὁ Διογένης φησὶν, ὡς ἅπασιν μὲν παρήγγυα, φιλοτιμίαν φεύγειν καὶ φιλοδοξίαν, τοσοῦτον μάλιστα φθόνον ἐργάζεσθον. ἐκτρέπεσθαι δὲ τὰς μετὰ τῶν πολλῶν ὁμιλίας. τὰς γὰρ διατριβὰς καὶ αὐτὸς ἔφηεν μὲν ἐπὶ τῆς οἰκίας ἐποιεῖτο, ἁρμοζόμενος πρὸς λύραν * 32

λύρην τ̃ ἑαυτῷ ψυχλῷ, καὶ ἄδων παιᾶνας ἐχαΐους τέ τινας Θάλητος. καὶ ἐπῇδε τ̃ Ὁμήρου, καὶ Ἡσιόδου, ὅσα καθημερὲν τ̃ ψυχλῷ ἐδοκίμασε. καὶ ὀρχήσεις δέ τινας ὑπωρχεῖτο, ὁπόσας εὐκινησίαν τε ὑγείαν τῷ σώματι παρασκευάζειν ᾤετο. οὔτ' ἂν πειράτης ἐδ' αὐτὸς ἀπιφθόνως μετὰ πολλῶν ἐπιείη, ἀλλὰ δι' ἑνὸς ἢ τρίτου ἐν ἱεροῖς ἢ ἄλσεσιν, ἀπολειπόμενος τ̃ χωρίων τὰ ἡσυχαίτατά τε καὶ ἀκηλα-
33 λέστατα. * Τὰς δὲ φίλους ὑπερηγάπα, κοινὰ μὲν τὰ τ̃ φίλων εἶναι πρῶτος ἀποφηνάμενος, τὸν δὲ φίλον ἄλλον ἑαυτόν. καὶ ὑγιαίνοντι μὲν αὐτοῖς ἀεὶ συνδιέτριβεν, κάμνοντας δὲ τὰ σώματα ἐθεράπευε, καὶ τὰς ψυχὰς δὲ νοσοῦντας παρεμυθεῖτο, καθάπερ ἔφαμεν, οὔτ' μὲν ἐπῳδαῖς τε μαγείαις, οὔτ' δὲ μουσικῇ· ἦν γὰρ αὐτῷ μέλη τε πρὸς νόσους σωμάτων παιώνια, ἃ ἐπάδων ἀνίει οὔτ' κάμνοντας. ἦν δὲ τε λύπης λήθῃ ἐργάζεται, καὶ ὀργὰς ἐπραΰνει, καὶ ἐπιθυμίας ἀπήρτι-
34 ἐξήρει. * Τῆς δὲ διαίτης τὸ μὲν ἄρτου ἦν κηρίον ἢ μέλι· δεῖπνον δ' ἄρτος οὐ κέγχρου, ἢ μάζα, καὶ λάχανα ἑφθὰ τε ὠμά· πανίως δὲ κρέας ἱερείων θυσίμων, καὶ τοῦτο οὐ παντὸς μέρους. τοῦ μὲν πλείστου

lyram componens, & veteres quasdam Thaletis Pæanas accinens. Homeri quoque & Heſiodi carmina accinebat, quibus animus emolliri, atque tranquillior reddi videbatur. Quin & ſaltationes quaſdam ſaltitabat, quas agilitatem, atque ſanitatem corpori conciliare exiſtimabat. Nec deambulationes promiſcue cum multis conficiebat, ſed uno tantum vel altero comite in templis aut lucis; ſeligens ſibi loca ab omni ſtrepitu remotiſſima & amœniſſima. Amicorum amantiſſimus erat; quippe qui primus pronunciavit: Amicorum omnia eſſe communia, & amicum eſſe alterum ipſum. Et dum quidem recte valerent, ſemper cum iis converſabatur: ſi quo corporis morbo laborarent, eos curabat; ſin animo ægrotarent, ſolabatur, ut diximus, dolorem partim incantationibus, magiciſque carminibus, partim vero muſica. Erant enim ei peculiaria quædam carmina, quibus corporum morbis medebatur: quæ cum accineret, ægros priſtinæ ſanitati reſtituebat. Erant enim quibus doloris oblivionem inducebat, & iram mitigabat, & libidinem importunam eximebat. Quod ad victum pertinet, prandium quidem ejus favo aut melle conſtabat: cœna vero pane ex milio, & pulte, & coctis crudiſque oleribus: rariſſime autem carne ex victimis ſacrificiorum: neque ea promiſcue ex quavis parte. Deorum penetralia ſubiturus, ibique

aliquandiu commoraturus, cibis famem ſitimque arcentibus ut plurimum utebatur. Et fami quidem arcendæ componebat ex ſemine papaveris & ſeſamo, ac cortice ſcillæ probe lotæ, donec à ſucco exteriori repurgaretur; ex floribus aſphodelorum, & foliis malvæ; ex polenta, hordeo atque cicere. Quæ omnia æquali pondere minutim conciſa Hymettio melle in maſſam redigebat. Contra ſitim autem præparabat ex ſemine cucumeris, & uva paſſa pinguiori, exemptis acinis, & flore coriandri, item ex ſemine malvæ & portulaca, ac caſei ramentis, ex polline farinæ, & pinguedine lactis: cuncta hæc melle inſulano inter ſe commiſcebat. Eam rationem Herculem à Cerere edoctum affirmabat, cum in Lybiam aridam mitteretur. Unde & corpus, quaſi in quodam æquilibrio, habitum eundem conſtanter ſervabat; non ut modo ſanum, modo ægrum; modo pingue & craſſum, modo tenue & macilentum eſſet. Animi etiam ſimiles ſemper mores ex vultu relucebant. Nec is voluptate largius diffundebatur, nec mœrore contrahebatur: neque unquam gaudio vel dolore occupatus apparuit. At nec ridentem illum vel flentem unquam

ὁπότε θεῶν αἰδύπις ἐγκαπαδύεσθαι μέλλοι, καὶ ἐνταῦθα χρόνῳ τινὸς ἐνδιατρίψειν, ἀλίμοις ἐχρῆτο ἐς ἀδίψοις τροφαῖς· τὴν μὲν ἄλιμον σωτισθεὶς ἐκ μήκωνος ἀπέρματος καὶ σησάμου, καὶ φλοιῶν σκίλλης πλυθείσης ἀκριβῶς, ἕως τ' ἂν τῷ ὠὴ αὐτὴν ὁπῷ καθαρθείη· καὶ ἀσφοδέλων ἀνθερικῶν, καὶ μαλάχης φύλλων, καὶ ἀλφίτων, καὶ κριθῶν, καὶ ἐρεβίνθων· ἅπερ κατ' ἴσον πάντα σταθμὸν κοπέντα μέλιτι ἀνέδουν τ' μετρίῳ. τὴν δ' ἄδιψον ἐκ σικύων ἀπέρματος, καὶ ἀσταφίδος λιπαρᾶς, ἐξελὼν αὐτῆς τὰ γίγαρτα, καὶ ἄνθους κριθῆς, καὶ μαλάχης ὁμοίως ἀπέρματος, καὶ ἀνδράχνης, καὶ πυρῶν κνήστεως, καὶ ἀλφίτου πάλης, καὶ γάλακτος λίπους· ἅπερ πάντα ἀνεμίγνυε μέλιτι νησιωτικῷ. * Ταῦτα δ' Ἡρακλέα 35
φασὶ Δήμητρα ἔφασκε μαθεῖν, σταλλόμενον εἰς τὴν Λιβύλην τὴν ἄνυδρον. ὅθεν αὐτῷ ἐς τὸ σῶμα ὥσπερ ὑπὸ σταθμῇ τὸ αὐτὸν ἕξιν διεφύλαττεν· ἢ ποτὲ μὲν ὑγιαίνων, ποτὲ δὲ νοσῶν· ἢδὲ αὖ ποτὲ μὲν πανόμενον καὶ αὐξανόμενον, ποτὲ δὲ λειπυνόμενον καὶ ἰσχναινόμενον. ἦτε ψυχὴ τὸ ὅμοιον ἦθος ἀεὶ διὰ τὸ ὄψεως παρεδήλα. ὅτε γὰρ ὑφ' ἡδονῆς διεχεῖτο πλέον, ἔθ' ὑπ' ἀνίας συνεστέλλετο· ἢδ' ὑπίδηλος ἦν χαρᾷ ἢ λύπῃ κάτοχος· ἀλλ' ἢδὲ γελάσαντα ἢ κλαύσαντά τις πω' ἐκεῖνον

36 ἐθεάσατο. * Θύων τε θεοῖς ἀνεπαχθὴς ἦν, ἀλφίτοις τε καὶ πομπάνῃ καὶ λιβανωτῷ καὶ μύρρᾳ σὺν θεὸς ἐξιλασκόμενος, ἐμψύχοις δ' ἥκιστα· πλὴν εἰ μή ποτε ἀλεκτορίσιν, καὶ τῶν χοίρων τοῖς ἁπαλωτάτοις. ἐβούθυτησε δέ ποτε σταῖτινον, ὥς φασι, βοῦν, οἱ ἀκριβέστεροι, ἐξ ὀρθογωνίου τὸ ὑποτείνουσαν ἴσον δυναμένῳ ταῖς περιεχούσαις. ὅσα γε μὴν τοῖς πρόσθεν διελέγετο, ἢ διεξοδικῶς, ἢ συμβολικῶς πα-

37 ρήνεσε. * Διττὸν γὰρ ἦν αὐτοῦ τῆς διδασκαλίας τὸ σχῆμα. καὶ τῶν προσιόντων οἱ μὲν ἐκαλοῦντο μαθηματικοὶ, οἱ δ' ἀκουσματικοί. καὶ μαθηματικοὶ μὲν, οἱ τὸν περιττότερον καὶ πρὸς ἀκρίβειαν μᾶλλον παραπεπονημένον τὸ ἐπιστήμης λόγον ἐκμεμαθηκότες. ἀκουσματικοὶ δ', οἱ μόνας τὰς κεφαλαιώδεις ὑποθήκας τῶν γραμμάτων ἄνευ ἀκριβεστέ-

38 ρας διηγήσεως ἀκηκοότες. * Παρήνει δὲ, πρὸς μὲν θεοὺς καὶ δαιμονίους καὶ ἥρωας χρῆσθαι εὐφήμοις εἶναι, καὶ ἀγαθὴν ἔχειν διάνοιαν· γονεῦσι δὲ καὶ εὐεργέταις εὔνους. νόμοις δὲ πείθεσθαι. προσκυνεῖν δὲ μὴ ἐκ παρέργου σὺν θεοὺς, ἀλλ' οἴκοθεν ἐπὶ τοῦτο ὡρμημένους. καὶ τοῖς μὲν οὐρανίοις θεοῖς τελείαις θύειν· τοῖς δὲ χθονίοις, ἄρτια. ἐκάλει γὰρ τὰ ἀντικειμένων δυνάμεων τὴν μὲν βελτίονα, μονάδα

quis vidit. Cumque Diis ſacrificaret non moleſta & invidioſa profuſione, ſed farre, & libo, item thure atque myrrha Deos placabat, nequaquam vero animalibus: niſi forte gallis gallinaceis, & porcellis tenellulis. Quin & bovem ex farina confectum, ut accuratiores affirmant, immolavit: cum reperiſſet, latus ſubtenſum trianguli rectanguli lateribus continentibus æquivalere. Quæcunque apud auditores diſſerebat, aut perſpicua & copioſa oratione, aut obſcure & per ænigmatum involucra præcipiebat. Duplex enim illi docendi modus erat: atque ex diſcipulis alii Mathematici, alii vero auſcultatores vocabantur. Mathematici quidem, quotquot pleniorem atque elaboratam ſcientiæ rationem percipiebant. Auſcultatores vero, qui ſumma tantum capita præceptaque literarum ſine accuratiori enarratione audiebant. Præcipiebat autem, de Deorum quidem Dæmonumque atque heroum genere ſumma cum reverentia loquendum, & quam optime ſentiendum. Parentibus atque benefactoribus benevolentiam exhibendam s legibus obtemperandum: Deo obiter non adorandos, nec niſi domo eo animo egreſſus accedas. Diis cœleſtibus imparia, terreſtribus autem paria ſacrificanda. Oppoſitarum enim potentiarum alteram quidem meliorem, unita-

tem, lucem, dexterum, æquale, ſtabile, & rectum appellabat; deteriorem vero, binarium, tenebras, ſiniſtrum, inæquale, inſtabile & mobile. Præterea & hæc præcipiebat, plantam ſativam atque fructiferam, tum & animalia hominum generi innoxia, nec perdenda, nec lædenda eſſe. Non ſolum pecuniarum, ſed & ſermonum depoſitum depoſitori bona fide ſervandum. Tria conſtituenda genera rerum omni ſtudio proſequendarum atque comparandarum. Primum quidem earum, quæ glorioſæ atque honeſtæ ſunt: alterum vitæ uſui inſervientium: tertium vero atque poſtremum rerum jucundarum, ſive conjunctarum cum voluptate. Voluptatem autem non plebejam atque faſcinantem, ſed ſolidam gravemque atque omni crimine puram admittebat. Duplex enim voluptatum diſcrimen eſſe; quarum illam quæ ventri, & Veneris libidinibus opum profuſione indulget, Syrenum homicidis cantionibus comparabat. Alteram vero, quæ in rebus honeſtis atque juſtis & ad vitam neceſſariis conſiſtit, eam pariter & in præſentiarum jucundam eſſe, neque poſtmodum pœnitentiam comitem habere. Hanc ille muſarum cuidam concentui ſimilem eſſe dicebat. Duorum temporum potiſſimum curam rationemque habendam monebat; ejus ſcilicet quo cu-

δα, καὶ φῶς, καὶ δεξιὸν, καὶ ἴσον, καὶ μῶον, καὶ εὐθύ. τὴν δὲ χείρονα, δυάδα, καὶ σκότος, καὶ ἀριστερὸν, καὶ ἄνισον, καὶ ἀσθενὲς, καὶ φερόμενον. * Παρήνει δὲ καὶ τοιάδε. Φυ- 39
τὸν ἥμερον καὶ ἔγκαρπον, ἀλλὰ μηδὲ ζῶον, ὃ μηδὲ βλαβερὸν εἶναι πέφυκε τῷ ἀνθρωπείῳ γένει, μήτε φθείρειν, μήτε βλάπτειν. Παρακαταθήκην δὲ μὴ χρημάτων μόνον, ἀλλὰ καὶ λόγων, πιστῶς τῷ παρακαταθεμένῳ φυλάσσειν. τριττὰς δ' ἡγεῖσθαι διαφορὰς τῶν ἀξίων σπουδῆς πραγμάτων, ἃ καὶ μετιτέον καὶ μεταχειριστέον. πρῶτον μὲν τὰ εὐκλεῶν καὶ καλῶν· εἶτα τῶν πρὸς τὸν βίον συμφερόντων· τρίτην δὲ καὶ τελευταίαν τὰ τῶν ἡδέων· ἡδονὴν δὲ ἃ προσίετο τὰ δημώδη καὶ γαστρικὴν, ἀλλὰ τὰ βέβαιον καὶ σεμνοπρεπῆ, καὶ καθαρεύουσαν διαβολῆς. Διττὴν γὰρ εἶναι διαφορὰν ἡδονῶν· τὴν μὲν γὰρ ἐν ἀφροδισίοις διὰ πολυτελείας κεχαρισμένην ἀπεικάζειν ἀνδροφόνοις Σειρήσιν ᾠδαῖς· τὴν δ' ἐπὶ καλοῖς καὶ δικαίοις, τοῖς πρὸς τὸ ζῆν ἀναγκαίοις, ὁμοίως καὶ πᾶσι χρῆμα ἡδεῖαν, καὶ εἰς τὸ ἐπιὸν ἀμεταμέλητον· ἣν ἔφασκεν ἐοικέναι μέσων τινὶ ἁρμονίᾳ. * Δύο τε μά- 40
λιστα καιροὺς παρηγγύα ἐν φρονεῖν δεῖν· τὸν μὲν ὅτε εἰς ὕπνον τρέ-

ποιρ· τὸν δὲ ὅτε ἐξ ὕπνυ ἀναίσσειν. ἐπισκοπεῖν γὰρ προσήκει ἐν ἑκατέρῳ τύπῳ, τί τε ἤδη πεπραγμένα, καὶ τὰ μέλλοντα· τῶν μὲν γεγονότων εὐθύνας παρ' ἑαυτῷ ἕκαστον λαμβάνοντα· τῶν δὲ μελλόντων πρόνοιαν ποιέμενον. πρὸ μὲν οὖν τοῦ ὕπνυ ταῦτα ἑαυτῷ τε ἔπη ἐπᾴδειν ἕκαστον·

Μηδ' ὕπνον μαλακοῖσιν ἐπ' ὄμμασι προσδέξασθαι,
Πρὶν τῶν ἡμερινῶν ἔργων τρὶς ἕκαστον ἐπελθεῖν·
Πῇ παρέβην; τί δ' ἔρεξα; τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη;

Πρὸ δὲ τῆς ἐξαναστάσεως ἐκεῖνα·

Πρῶτα μὲν ἐξ ὕπνοιο μελίφρονος ἐξυπανιστὰς,
Εὖ μάλα ποιπνύειν, ὅσ' ἂν ἤματι ἔργα τελέσσεις.

41 * Τοιαῦτα παρῄνει· μάλιστα δ' ἀληθεύειν. τοῦτο γὰρ μόνον δυνάσθαι τοὺς ἀνθρώπους ποιεῖν θεῷ παραπλησίους· ἐπεὶ καὶ τὸν Δία τὸν θεόν, ὡς καὶ τὸ μάγων ἐπιφάνεσ, ὃν Ὠρομάζδω καλοῦσιν ἐκεῖνοι, εἰοικέναι τὸ μὲν σῶμα φωτί· τὴν δὲ ψυχὴν ἀληθείᾳ. καὶ ἄλλ' ἄττα ἐπᾴδειν, ὅσα καὶ τὴν Ἀριστοκλείας τῆς ἐν Δελφοῖς ἔλεγεν ἀκηκοέναι. ἔλεγε δέ τινα καὶ μυστικῷ τρόπῳ συμβολικῶς, ἃ δὴ ἐπιτηδεύων Ἀριστοτέλης ἀνέγραψεν. οἷον, ὅτι τὴν θάλατταν μὴ ἀπολιπεῖν· τὸν δὲ ὅτε ἐξ ὕπνυ ἀναίσσειν. ἐπισκοπεῖν γὰρ προσήκει ἐν ἑκατέρῳ τύπῳ, τί τε ἤδη πεπραγμένα, καὶ τὰ μέλλοντα· τῶν μὲν γεγονότων εὐθύνας παρ' ἑαυτῷ ἕκαστον λαμβάνοντα· τῶν δὲ μελλόντων πρόνοιαν ποιέμενον. πρὸ μὲν οὖν τοῦ ὕπνυ ταῦτα ἑαυτῷ τε ἔπη ἐπᾴδειν ἕκαστον·

bitum itur; & quo cubitu rursum surgitur. Utroque enim tempore cum animo perpendendum, & jam ante peracta, & mox peragenda. Atque actorum quidem rationes unicuique à semetipso exigendas: futuris autem caute providendum. Ideoque unumquemque hos versus ante somnum sibi ipsi occinere voluit:

Nec fessa in dulcem declines lumina somnum,
Quin ter cuncta prius reputaveris acta diei:
Quæ prætergressus, quid gessi in tempore? quid non?

Illos vero antequam surgeret:

E somno primum evigilans cum strata relinquis,
Disponas animo luce expedienda futura.

Talia præcipere solebat: inprimis autem veritati studendum. Solum enim illud homines Deo similes efficere posse. Nam & Deum ipsum, uti ex Magis cognoverat, quem illi Oromasdem appellant, corpore quidem lumini, anima autem veritati similem esse. Docebat & alia hujusmodi, quæ Delphis ex Aristoclea se audivisse dicebat. Quædam etiam arcano modo quasi per ænigmata proferebat; quorum pleraque Aristoteles perscripsit. Verbi gratia, cum mare

lacrymam appellaret: urſas vero polares, Rheæ manus; Pleiadem, Muſarum lyram; Planetas, canes Proſerpinæ: ſonum autem qui æris percuſſu redditur, dæmonis cujusdam vocem eſſe in ipſo ære incluſam. Erat & aliud quoddam ſymbolorum genus hujuſmodi: Stateram non eſſe tranſiliendam: hoc eſt, avaritiam fugiendam. Ignem gladio non fodiendum: id eſt, tumidum & iracundum aſperis verbis non commovendum. Coronam non vellicandam: hoc eſt, leges non violandas: illæ enim civitatum coronæ ſunt. Præter hæc & alia hujuſmodi: Cor non comedendum: hoc eſt, non oportere ſemetipſum mœrore conficere. Chœnici ſeu modio non inſidendum; ſive non ignaviter vivendum. Ubi profectus fueris, non revertendum: hoc eſt, in mortis articulo vitam non deſiderandam. Publica via non incedendum; quo vulgi opiniones ſequi vetabat: ſed paucorum atque eruditorum ſectandas. Hirundines in ædes non recipiendas: hoc eſt, garrulos & intemperantioris linguæ homines in contubernium non admittendos. Homines onera imponendo non detrahendo juvandos: quo admonebat, non ad ignaviam, ſed ad virtutem operam aliis commodandam. Deorum imagines in

λατῆαν μὲν σκάλλ εἶναι δάκρυον· τὰς ἢ ἄρκτους, Ῥέας χεῖρας· τὴν ἢ Πλειάδα, μεσῶν λύραν· σὺν δὲ πλανήτας, κυνὰς τ Περσεφόνης. τὴν δ' ἐκ χαλκῆ κρουομένην γινόμενον ἦχον, φωνὴν εἶναι τινὸς τ δαιμόνων, ἐναπειλημμένην τῷ χαλκῷ. * Ἦν δὲ καὶ ἄλλο εἶδος τ 42
συμβόλων τοιοῦτον· Ζυγὸν μὴ ὑπερβαίνειν· τοῦτ' ἔστι, μὴ πλεονεκτεῖν. Μὴ τὸ πῦρ τῇ μαχαίρᾳ σκαλεύειν· ὅπερ ἦν, μὴ τ ἀνοιδοῦντα ἐ ὀργιζόμενον κινεῖν λόγοις ὑβριστικοῖς. Στέφανόν τε μὴ πλέκειν· τοῦτ' ἔστι, σὺν νόμους μὴ λυμαίνεσθαι. στέφανοι γὰρ πολεῶν εἰσι. πάλιν δ' αὖ ἕτερα τοιαῦτα, οἷον, Μὴ καρδίαν ἐσθίειν· οἷον, μὴ λυπεῖν ἑαυτὸν ἀνίαις. Μηδ' ἐπὶ χοίνικος καθέζεσθαι· οἷον, μὴ ἀργὸν ζῆν. Μηδ' ὑποδημένους ἐπιστρέφεσθαι· μὴ ἔχειν τὸν βίον τοῦτον ὑποθνήσκοντα. τὰς δὲ λεωφόρους μὴ βαδίζειν· δι' ἃς ταῖς τῶν πολλῶν ἕπεσθαι γνώμαις σκώλυεν· τὰς τε τ ὀλίγων καὶ πεπαιδαγωγημένων μανθάνειν. Μηδὲ χελιδόνας ἐν οἰκίαις δέχεσθαι· τουτέστι, λάλους ἀνθρώπους ἐ πρὸς γλῶτταν ἀκρατεῖς ὁμωροφίους μὴ ποιεῖσθαι. Φορτίον ἢ συναναπαύεσθαι μὲν τοῖς βαστάζουσιν, συγκαθαιρεῖν δὲ μή. δι' ἃ παρήνει, μηδενὶ πρὸς ῥᾳστώνην, ἀλλὰ πρὸς ἀρετὴν ἐ πόνους συμπεραίνειν. Θεῶν τε εἰκόνας ἐν

δακτυλίοις μὴ φορεῖν. τυτέστι, τὴν περὶ θεῶν δόξαν καὶ λόγον μὴ πρόχειρον μηδὲ φανερὰν ἔχειν, μηδ' εἰς πολλὰς φέρειν. Στρωμνὰς τε ποιεῖσθαι τοῖς θεοῖς κατὰ τὸ ἓξ τὰ σκπωμάτων· ἐντεῦθεν γὰρ ἠνίττετο τιμᾶν τοὺς θεοὺς καὶ ὑμνεῖν τῇ μουσικῇ. αὕτη γὰρ μάλιστα ὧτων χωρεῖ. Μηδ' ἐσθίειν ὅσα μὴ θέμις· γένεσιν, αὔξησιν, ἀρχὴν, τελευτὴν, μηδ' ἐξ ὧν ἡ πρώτη τῶν πάντων σύστασις γί-
43 νεται. * Ἔλεγε δ' ἀπέχεσθαι τῶν καταθυομένων ὀσφύος, καὶ διδύμων, καὶ αἰδοίων, καὶ μυελοῦ, καὶ ποδῶν, καὶ κεφαλῆς. σύστασιν μὲν γὰρ τὴν ὀσφὺν σκάλλ· διὸτι ὑπὸ ταύτην ὡς ὑπὸ θεμελίῳ σωίζεται τὰ ζῶα. γένεσιν δὲ τοὺς διδύμους καὶ αἰδοῖα· ἄνευ γὰρ τούτων ἐνεργείας οὐ γίνεται ζῶον. αὔξησιν δὲ τὸν μυελὸν σκάλλ, ὃς δὴ αὔξεσθαι πᾶσι ζώοις αἴτιος. ἀρχὴν δὲ τοὺς πόδας· τὴν δὲ κεφαλὴν τελευτήν· ἅπερ τὰς μεγίστας ἡγεμονίας ἔχει τοῦ σώματος. ἴσως δὲ καὶ κυάμων παρήνει ἀπέχεσθαι, καθάπερ ἀνθρωπίνων σαρκῶν.
44 * Ἰστοροῦσι δ' αὐτὸν ἀπαγορεῦσαι τοῦτο διὰ τοιόνδε, ὅτι τῆς πρώτης ἀρχῆς καὶ γενέσεως παραπεμφθείσης, καὶ πολλῶν ἅμα συμπεπλεγμένων καὶ συστρεφομένων, καὶ συνισταμένων ἐν τῇ γῇ, καταλείπειν γένεσις καὶ διάκρισις συμβῇ, ζώων τε ἅμα γενομένων, καὶ

annulis non ferendas: id eſt, ſapientiam ſermonemque de Diis non temere paſſim in promptu habendum, nec in vulgus efferendum. Libamina Diis facienda juxta auriculam poculorum. Eo enim indicabat Deos muſica honorandos ac celebrandos eſſe: ea enim aures penetrat. Nec edenda ea quæ nefas eſt edere; generationem ſcilicet, incrementum, principium, finem: neque ea ex quibus prima rerum omnium baſis atque fundamentum conſtat. Abſtinendum enim dicebat à victimarum lumbis, teſticulis, pudendis, medulla, pedibus atque capite; nam lumbos baſin vocabat, quod animalia eis tanquam fundamento innixa ſubſiſtant: ortum vero ſive generationem, teſticulos, atque pudenda: abſque horum enim opera nullum animal generatur. Incrementum appellabat medullam: quæ cunctis animalibus incrementi cauſam præſtat. Principium vocabat pedes; caput autem finem, quod iis potiſſimum corpus regatur. Fabis vero æque atque humanis carnibus abſtinendum monebat. Referunt autem ipſum hujuſmodi ob cauſam hoc interdixiſſe. Cum primum rerum principium atque origo invicem conturbata eſſent, multaque ſimul in terra confuſa inter ſe coaluiſſent, ſimulque computruiſſent, paulatim ſingula exorta atque diſcreta fuiſſe. Cumque ſimul & animalia naſcerentur, & plan-

tæ producerentur; tum ex eadem putredine & homines extitiſſe, & fabas effloruiſſe. Cujus rei manifeſta adducebat argumenta. Si quis enim fabam arrodat, dentibuſque comminutam ferventibus ſolis radiis paululum exponat, & poſt exiguum temporis intervallum redeat, humani cruoris odorem in eo percipiet. Præterea ſi quis eo tempore, cum fabæ florem emittunt, paululum aliquid floris jam nigricantis accipiat, & in vas fictile immiſſum & operculo obtectum humi defodiat, atque ita defoſſum dies nonaginta conſervet, tumque effoſſum rurſum promat, atque operculum tollat, loco fabæ, aut pueruli caput, aut pudendum muliebre enatum videbit. Sed & aliis quibuſdam abſtinendum præcipiebat, ſcilicet vulva, mullo, atque urtica, cæteriſque fere marinis omnibus. Quin & ſemetipſum ad quoſdam jam vita functos referebat: primo quidem Euphorbum ſe fuiſſe aſſerens, deinde Æthalidem, tertio Hermotimum, quarto Pyrrhum, tandem vero Pythagoram: quibus ille animam immortalem eſſe oſtendebat. Et queis animus erat ritè perpurgatus, iis vitam jam olim exactam in memoriam revocabat.

Philoſophiam autem profitebatur, cujus ſcopus erat, inſitam noxiis

φυτῶν ἀναδιδομένων, τότε δὴ ἀπὸ τῆς αὐτῆς σηπεδόνος ἀνθρώπους συστῆναι, καὶ κυάμους βλαστῆσαι. τούτου τε φανερὰ ἐπῆγε τεκμήρια· εἰ γάρ τις ἀλφιτόμυστον κύαμον, καὶ τοῖς ὀδοῦσι λεάνας, ἐν αὐλείᾳ τῇ ἡλίου βολῇς καταθείη πρὸς ὀλίγον, εἶτ' ἀποσείσειε πανέλθοι μετ' ὀλίγου, εὕροι ἂν ὀδωδότα ἀνθρωπείου φόνου· εἰ δὲ καὶ ἀνθοῦντος ἐν τῷ βλαστάνειν τοὺς κυάμους, λαβών τις περκάζοντος τοῦ ἄνθους βραχύ, ἐνθείη ἀγγείῳ κεραμίῳ, καὶ σπόγγον σπαθεὶς ἐν γῇ κατορύξειεν, καὶ ἐννενηκονθαφυλάξειεν ἡμέρας μὴ τὸ κατορυχθὲν, εἶτα μὴ παῦρα ὀρύξας λάβοι, καὶ ἀφέλοι τὸ πῶμα, εὕροι ἂν ἀντὶ τοῦ κυάμου, ἢ παιδὸς κεφαλὴν σπουδαῖον, ἢ γυναικὸς αἰδοῖον. * Ἀπέχεσθαι δὲ καὶ 45
ἄλλων παραίνει· οἷον μήτρας τε καὶ τραγλίδος, καὶ ἀκαλήφης, σχεδὸν δὲ καὶ τῶν ἄλλων θαλασσίων ξυμπάντων. ἀνέφερεν δ' αὐτὸν εἰς σφᾶς πρότερον γεγονότα· πρῶτον μὲν Εὔφορβον λέγων γενέσθαι· δεύτερον δ' Αἰθαλίδην· τρίτον Ἑρμότιμον· τέταρτον δὲ Πύρρον· νῦν δὲ Πυθαγόραν· δι' ὧν ἐδείκνυεν, ὡς ἀθάνατος ἡ ψυχὴ, καὶ τοῖς κεκαθαρμένοις εἰς μνήμην τὸν παλαιὸν βίον ἀφικνεῖται.

* Φιλοσοφίαν δ' ἐφιλοσόφησεν, 46
ἧς ὁ σκοπὸς, ῥύσιν εἶναι διελθεῖν

ρῶσαν

ρῶσιν τ̃ τοιούτων εἰργμῶν τε καὶ σωμάτων τ̃ κατακεχωρισμένον ἡμῖν νοῦν· ἃ χωρὶς ὑγιὲς οὐδὲν ἄν τις οὐδ' ἀληθὲς τὸ παράπαν σκμάθοι, οὐδ' ἂν κατίδοι δι' ἀσινοσῦν ἐνεργῶν αἰσθήσεως· Νῦς γὰρ, καθ' αὐτὸν, πάντ' ὁρᾷ καὶ πάντ' ἀκούει· τὰ δὲ ἄλλα χωλὰ & τυφλά. καθαρθέντι δὲ τότε δεῖ προσάγειν τι τ̃ ὀνησιφόρων. προσῆγε ἡ τοιαῦτα μηχανὰς ὀπινοῶν· πρῶτον μὲν παιδαγωγῶν ἑαυτὸν ἠρέμα πρὸς τὸν τ̃ ἀιδίων καὶ ὁμοφύλων αὐτῶν ἀσωμάτων ἀεὶ κατὰ τ̃ τοῦτο καὶ ὡσαύτως ἐχόντων θέαν· ἐκ τ̃ καταλήγειν προσβιβάζων· μὴ σωτεραχθεὶς τῇ ἄφνω & ἀθρόως μεταβολῇ ἀποσφαφῇ καὶ ἀπείρῃ, ἀλλὰ τ̃ τοσούτου τε καὶ τοσούτῳ χρόνῳ τροφῆς κακίαν.

* Μαθήμασι τοίνυν, καὶ τοῖς ἐν μεταιχμίῳ σωμάτων τε καὶ ἀσωμάτων θεωρήμασι (τριχῇ μὲν διαστατὰ ὡς σώματα, ἄνευ δὲ ἀντιτυπίας ὡς ἀσώματα) προεγύμναζε τ̃ βραχὺ πρὸς τὰ ὄντως ὄντα, ἀπὸ τ̃ μηδέποτε τ̃ τοῦτο καὶ ὡσαύτως ἐν τούτῳ μηδ' ἐφ' ὁτουοῦν διαμενόντων σωματικῶν, τὰ τ̃ς ψυχῆς ὄμματα μ̃ τεχνικῆς ἀγωγῆς εἰς τ̃ ἔφεσιν τ̃ τροφῶν προσάγων. δι' ὧν ἀντεισάγων τοῦ τ̃ ὄντως

bis mentem ex hujuſmodi impedimentis vinculiſque eruere atque in libertatem vindicare: ſine qua nullus omnino ſanum aliquid verumque, cujuſcunque tandem ſenſus ope atque beneficio, diſcere atque perſpicere poteſt. Nam *mens*, ex ipſius ſententia, *cuncta cernit, cunctaque audit: ſurda, cæca, cætera.* Perpurgatæ autem deinde utilia quædam & profutura exhibenda ſunt. Exhibebat autem ea certis quibuſdam machinis rationibus excogitatis. Principio quidem ſemetipſum ſenſim ad rerum æternarum ejuſdemque generis & incorporearum, perpetuo ſecundum idem atque eodem modo ſe habentium contemplationem aſſuefaciens: à minutioribus ordine progrediens: ne ſubita, atque repentina mutatione avertatur atque renuat, ob tantam tamque diuturnam nutrimenti pravitatem. Mathematicis itaque ſcientiis, & ſpeculationibus illis quæ inter corpora atque incorporea mediæ ſunt, & quaſi in utrorumque confinio (triplicem enim dimenſionem corporum inſtar habent, ſed abſque reſiſtentia tanquam incorporea) veluti præexercitationibus paulatim utebatur, ad contemplationem eorum quæ vere exiſtunt: artificioſa quadam ratione mentis oculos à rebus corporeis, nunquam ſecundum idem atque eodem modo in uno eodemque ſtatu vel tantillum permanentibus, ad alimentorum deſiderium abducens. Quorum ope contemplationem eorum quæ vere exiſtunt introducendo,

homines beatos reddebat. Mathematicarum ergo artium uſus in hunc finem adhibebatur. Doctrinam numerorum autem, ut inter alios Moderatus Gaditanus affirmat, qui Pythagoreorum placita XI. libris eruditiſſime complexus eſt, hanc ob cauſam ſtudioſe excoluerunt: Cum enim primas, inquit, formas, primaque principia oratione perſpicue explicare nequirent, quod & intellectu & prolatu difficillima ſint; ad numeros, manifeſtioris doctrinæ cauſa, confugere: Geometras atque literatores imitati. Ut enim hi literas earumque poteſtatem tradituri, ad notas illas confugiunt; eaſque veluti prima docendi elementa eſſe dicunt. Nihilominus poſtea docent, notas illas non eſſe elementa; ſed illarum opera vera elementa cognoſci. Et Geometræ cum formas incorporeas verbis proponere non valeant, ad figurarum deſcriptiones confugiunt: dicentes hoc Δ triangulum eſſe; non quod hoc ipſum, quod ſub aſpectum cadit, triangulum eſſe velint; ſed iſtud, quod ejuſmodi figuram obtinet, quodque hujus ope conceptum atque cognitionem trianguli animo repræſentat. Idem ergo & Pythagorei in primis rationibus ſive affectionibus formiſque fecere. Cum enim incorporeas formas ac

ὄντων ἰδέαν, μακαρίας ἀπετέλεσ-
ἡ μὲν οὖν χρεία τὰ μαθήματα γυμνα-
σία εἰς τοῦτο παρείληπλο. * Ἡ δὲ 4
χρεία τῶν ἀριθμῶν πραγματεία, ὡς
ἄλλοί τε φασὶ, καὶ Μοδέρατος ὁ
ἐκ Γαδείρων πάνυ σπουδαίως ἐν ἑνδε-
κα βιβλίοις συναγαγὼν τὸ ἀρέσκον
τοῖς ἀνδράσι, διὰ τοῦτο ἐσπουδάσθη.
μὴ δυνάμενοι γάρ, φησὶ, τὰ πρῶτα
εἴδη καὶ τὰς πρώτας ἀρχὰς σαφῶς
τῷ λόγῳ προβαλεῖν, διά τε τὸ
δυσερμήνευτον αὐτῶν καὶ δυσέξοιστον,
παρεγίνοντο ἐπὶ τοὺς ἀριθμοὺς, εὐ-
σήμου διδασκαλίας χάριν, μιμησάμε-
νοι τοὺς γεωμέτρας καὶ τοὺς γραμ-
ματικούς· ὡς γὰρ ὅτι τὰς δυνάμεις
τῶν στοιχείων καὶ αὐτὰ ταῦτα βυλό-
μενοι προβαλεῖν, παρεγίνοντο ἐπὶ
τοὺς χαρακτῆρας, τούτους λέγοντες
ὡς περὶ τῶν πρώτων διδασκαλίαν
στοιχεῖα εἶναι· ὕστερον μέντοι δι-
δάσκουσιν, ὅτι οὐχ ὅτι στοιχεῖά εἰσιν
οἱ χαρακτῆρες, ἀλλὰ διὰ τούτων
ἔννοια γίνεται τῶν περὶ ἀληθειαν
στοιχείων. * Καὶ οἱ γεωμέτραι μὴ 4
ἰσχύοντες τὰ σωματοειδῆ λόγῳ πα-
ρασῆσαι, προβαλλόμενοι ἐπὶ τὰς
διαγραφὰς τῶν σχημάτων, λέγοντες
εἶναι τρίγωνον Δ τόδε. ἀντὶ τοῦ βυ-
λόμενοι τρίγωνον εἶναι τὸ τοιόνδε
ἐστὶ τοιοῦτον· ἀλλὰ τὸ τοιόν-
δε, καὶ διὰ τούτου τὴν ἔννοιαν τοῦ τριγώνου
παρίστασι. καὶ ἐπὶ τῶν πρώτων ἀν λόγων καὶ εἰδῶν τὸ αὐτὸ ἐποίησαν οἱ
Πυθαγόρειοι, μὴ ἰσχύοντες λόγῳ προβαλεῖν τὰ ἀσώματα εἴδη καὶ τὰς

πρῶτας ἀρχὰς, παρεγγύοντο ὅπη τὴν τῶν ἀριθμῶν δήλωσιν. καὶ ἔτω τὴν μὲν τῆς ἑνότητος λόγον, καὶ τὴν τῆς ταυτότητος καὶ τῆς ἰσότητος, καὶ τὸ ἄπιον τῆς συμπνοίας καὶ τῆς συμπαθείας καὶ τῆς σωτηρίας τῶν ὅλων, τὰ κατὰ ταυτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχοντα, ἕν προσηγόρευον· καὶ γὰρ τὸ ἐν τοῖς κατὰ μέρος ἓν πιθανὸν ὑπάρχειν, ἡνωμένον τοῖς μέρεσιν, καὶ σύμπνουν, καὶ μετουσίαν τὰ πρῶτα αἰτίαν. * Τὸν δὲ τῆς ἑτερότητος καὶ ἀνισότητος, καὶ παντὸς διαιρετοῦ, καὶ ἐν μεταβολῇ, καὶ ἄλλοτε ἄλλως ἔχοντος, δυοειδῆ λόγον, καὶ δυάδα προσηγόρευον· τοιαύτη γὰρ καὶ τοῖς κατὰ μέρος ἡ τῶν δύο φύσις. καὶ ὅτι οἱ λόγοι ἃ καὶ τὰ τοιαῦτα μέν εἰσι, καὶ δὴ καὶ λοιπὰς ἔχει· ἀλλ' ἵνα ἰδεῖν καὶ παρ' ἄλλοις φιλοσόφοις δυνάμεις τινὰς ἑνοποιὰς καὶ μακροχρονίους τῶν ὅλων ὄντας, καὶ εἰσί τινες καὶ παρ' ἐκείνοις λόγοι ἰσότητος, καὶ ἀνομοιότητος, καὶ ἑτερότητος. τοιοῦτοι ἐν οὖν λόγοι, εὐσήμως χάριν διδασκαλίας, τῷ τὰ ἑνὸς ὀνόματι προσαγορεύσιν, καὶ τῷ τῆς δυάδος· ἐν διαφέρει δέ γε τοῖς αὐτοῖς ἢ δυοειδὲς ἢ ἀνισοειδὲς εἰπεῖν, ἢ ἑτεροειδές. * Ὁμοίως δὲ ὅπη τῶν ἄλλων ἀριθμῶν ὁ αὐτὸς λόγος. πᾶς γὰρ τῶν δυνάμεων τέτακται. πάλιν γάρ ἐστι τὶ ἐν τῇ

prima principia verbis tradere non poſſent, ad demonſtrationem per numeros confugerunt: atque ita unitatis quidem, & identitatis atque æqualitatis rationem, cauſamque amicæ conſpirationis atque mutuæ affectionis & conſervationis univerſi, ſecundum idem atque eodem modo ſe habentis, unum appellabant. Unum enim illud, quod in particularibus conſpicitur, tale exiſtit; partibus unitum & conſpirans, ob primæ cauſæ participationem. Diverſitatis autem atque inæqualitatis, omniſque dividui & in continua mutatione verſantis, & modo hoc, modo illo modo ſeſe habentis biformem rationem, binarium vocabant. Nam & binarii in rebus particularibus talis natura eſt. Neque rationes iſtæ à Pythagoricis ſolum agnoſcuntur, ab aliis vero non item: ſed & cæteros Philoſophos potentias quasdam unitivas, atque univerſa hæc continentes, reliquiſſe videmus. Et extant apud eos rationes quædam æqualitatis, diſſimilitudinis, atque diverſitatis. Haſce ergo rationes, ut docendi modus magis perſpicuus foret, unitatis atque binarii nomine appellarunt. Nihil autem apud eos differt, ſive biforme, ſive inæqualiforme, ſive diverſimodum dicatur. Atque eadem ratio in cæteris quoque numeris obtinet. Singuli enim certarum quarundam potentiarum locum vicemque ſuſtinent. Etenim in rerum

natura aliquid principio, medio, atque fine præditum exiſtit: tali formæ atque naturæ ternarium numerum attribuebant. Ideoque quodcunque medium aliquid habet, triforme dicebant eſſe. Ita etiam omne perfectum appellabant. Et ſi quid perfectum ſit atque abſolutum, illud ab hoc principio aliquid ad uſum ſuum trahere, juxtaque id ipſum exornatum dicunt. Quod cum aliter appellare nequirent, ternarii nomine in exprimendo eo utebantur: cumque ad illius cognitionem nos perducere conarentur, per ternarii formam eo ducebant. Atque eadem de cæteris quoque numeris ratio eſt. Hæ igitur rationes ſunt, ſecundum quas prædicti numeri ordine ſuo collocabantur. Sed & ſequentes ſub una quadam forma atque poteſtate comprehenduntur; quam decadem, quaſi dechadem, ſive comprehenſionem appellabant. Ideoque denarium numerum perfectum eſſe affirmabant: quinimo numerorum omnium perfectiſſimum: omnem numerorum differentiam, omnemque rationem, ſpecies atque proportiones in ſe comprehendentem. Nam ſi univerſi natura juxta numerorum rationes proportioneſque definitur; atque id quod fit, quodque augetur, ac perficitur, juxta numerorum rationes procedit: & denarius omnem numeri rationem, omnemque proportionem cunctaſque ſpecies complectitur; cur non ipſa natura denarii nu-

φύσι τ πραγμάτων ἔχον ἀρχὴν καὶ μέσον καὶ πλοῦτον· καλὰ δ τοιάτα εἴδη, καὶ κ τ φύσεως, τὸν τρία ἀριθμὸν κατηγόρησαν. διὸ κ πᾶν τὸ μεσότητα προσκεχρημένον, τριοειδὲς εἶναι φασίν. ὅτως δὲ καὶ πᾶν τὸ τέλειον προσηγόρευσαν. καὶ εἴ τι ἐστὶ τέλειον, τοῦτό φασιν ἐκείνῃ τῇ ἀρχῇ προσκεχρῆσθαι, καὶ κατ' ἐκεῖνον κεκοσμῆσθαι· ἢν ἄλλως μὴ δυνάμενοι ὀνόμασιν, τῷ τ τριάδος ὀνόματι ἐπ' αὐτῆς ἐχρήσαντο· καὶ εἰς ἔννοιαν αὐτῆς βουλόμενοι εἰσαγαγεῖν ἡμᾶς, διὰ δ εἴδους τούτου ταύτην ἤγαγον. καὶ ὅπι τ ἄλλων δ' ἀριθμῶν ὁ αὐτὸς λόγος· ὅπερ ἦν οἱ λόγοι, καθ' οὓς οἱ ῥηθέντες ἀριθμοὶ ἐτάγησαν. * Καὶ οἱ ἑξῆς περιέχονται ὑπὸ μιᾶς τινος ἰδέας κ δυνάμεως. ταύτην δ δεκάδα, οἷον δεχάδα, προσηγόρευσαν. διὸ κ τέλειον ἀριθμὸν τ δέκα εἶναι λέγουσιν· μᾶλλον δ τελειότατον ἁπάντων, πᾶσαν διαφορὰν ἀριθμοῦ, καὶ πᾶν εἶδος λόγου, καὶ ἀναλογίαν ἐν ἑαυτῷ περιειληφότα. εἰ γὰρ ἡ τ πάντως Φύσις κατ' ἀριθμῶν λόγους τε καὶ ἀναλογίας περαίνεται· καὶ πᾶν τὸ ἠυξημένον, καὶ αὐξανόμενον, καὶ πεπληρωμένον κατ' ἀριθμῶν λόγους διεξάγει· πάντα δ λόγον, καὶ πᾶσαν ἀναλογίαν, καὶ πᾶν εἶδος ἀριθμοῦ περιέχει ἡ δεκάς· πῶς δ καὶ τε-

λειος ὁ δέκα ἀριθμὸς λέγειτο αὖ-
53 τη; * Ἡ μὲν δὴ περὶ τὴν ἀριθμῶν πραγματεία παύτη τοῖς Πυθαγορείοις. καὶ διὰ ταύτην πρωτίστην ὕσαν τὴν φιλοσοφίαν, ταύτην συνέβη σβεσθῆναι. πρῶτον μὲν διὰ τὸ αἰνιγματώδες· ἔπειτα διὰ τὸ τὰ γεγραμμένα δωρικὴ γεγράφθαι· ἐχούσης τι καὶ ἀσαφὲς τὴν διάλεκτον· καὶ μηδὲν διὰ τοῦτο ὑπονοεῖσθαι, καὶ τὰ ὑπ' αὐτῆς ἀνισορρόπα δόγματα, ὡς νόθα καὶ παρηκασμένα· τῷ μὴ ἄντικρυς Πυθαγορείοις εἶναι τοὺς ἀναφέροντας ταῦτα. πρὸς δὲ τούτοις τὸν Πλάτωνα, καὶ Ἀριστοτέλη, Σπεύσιππόν τε καὶ Ἀριστόξενον, καὶ Ξενοκράτην, ὡς φασιν οἱ Πυθαγόρειοι, τὰ μὲν κάρπιμα σφετερίσασθαι διὰ βραχείας ἐπισκευῆς· τὰ δ' ἐπιπόλαια καὶ ἐλαφρὰ, καὶ ὅσα πρὸς διασκευὴν καὶ χλευασμὸν τῆς διδασκαλείας ὑπὸ τῶν βασκάνως ὕστερον συνηθροισμένων προσάλλεται, συναγαγεῖν, καὶ ὡς ἴδια τῆς αἱρέσεως καταχωρίσαι· ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἀπέβη ὕστερον.

54 * Πυθαγόρας δ' ἄχρι πολλοῦ καὶ τὴν Ἰταλίαν ὅλην ἐθαυμάζετο, αὐτός τε καὶ οἱ συόντες αὐτῷ ἑταῖροι, ὥστε καὶ τὰς πολιτείας τοῖς ἀπ' αὐτοῦ ἐπιτρέπειν τὰς πόλεις. ὀψὲ δέ ποτε ἐφθονήθησαν, καὶ συνέστη κατ' αὐτῶν ἐπιβολή τις ἀιδε πως. Κύλων ἀνὴρ Κροτωνιάτης καὶ μὲν τὸ γένος, καὶ

meri perfecti nomine appelletur? arque hujuſmodi quidem uſus erat arithmetices apud Pythagoreos: quæ cum prima quædam philoſophia eſſet, ejus cauſa ipſa tandem Philoſophia Pythagorica fuit extincta. Primum quidem, quod ænigmatibus involuta eſſet. Deinde quod commentaria ipſorum Dorice eſſent ſcripta; cum & ipſa dialectus neſcio quid obſcuritatis habeat: atque hanc ob cauſam nec dogmata ea dialecto conſignata intelligi poſſent, tanquam ſpuria, & male percepta; quia nec ii, qui in vulgus ea proferebant, veri Pythagorici erant. Accedit etiam quod Plato, Ariſtoteles, & Speuſippus, item Ariſtoxenus & Xenocrates, ut Pythagorei affirmant, utiliſſima quidem pro ſuis venditarint, paucis quibuſdam immutatis: vulgaria autem ac leviora, & quæcunque ad ſubvertendam atque irridendam Pythagoreorum ſcholam ab invidis & calumniatoribus poſtea excogitata fuere, coacervarint, & ut ſectæ ejus propria reliquerint. Sed hæc poſtea contigerunt.

Pythagoras autem cum ipſe, tum amici ac familiares, diu in Italia tanta in admiratione fuere, ut & civitates diſcipulis ejus Reſpublicas regendas commiſerint. Tandem vero invidia laborare cœperunt, & ſeditio adverſus ipſos hac ratione concitata fuit. Cylo Crotoniates, genere quidem &

majorum gloria opibusque facile totius civitatis princeps, cæterum asperis moribus, & dominandi cupidus: tum amicorum copia, divitiarumque adminiculo ad injustitiam improbitatemque abusus. Is cum cæteris præclaris rebus omnibus dignum sese existimaret: tum vero longe digniſſimum judicabat, qui Pythagoricæ Philosophiæ particeps esset. Accedit Pythagoram semetipsum deprædicans, & conversationem ejus expetens. At ille cum naturam moresque hominis continuo exploraſſet, atque ex indiciis, quæ ex accedentium corpore captabat, quali ingenio esset perspexisset, jussit ipsum abire, & suas sibi res agere. Id non mediocri dolore Cylonem commovit, ac si contumelia affectus fuisset: virum alias satis asperum & animi impotentioris. Coactis ergo in unum amicis, Pythagoram criminari cœpit, & insidias ipsi & amicis ejus parare. Ac proinde, ut nonnulli referunt, Pythagoræ familiares in Milonis athletæ ædibus congregatos, absente tum Pythagora (nam ad Pherecydem Syrium, quo præceptore olim fuerat usus, in Delum discesserat, ut pediculari morbo, quam phthiriasin vocant, correpto adesset, curamque ejus gereret) omnes igne immisso exusserunt, & lapidibus obruerunt; duobus tantum ex in-

δόξαν περιγενικὸν, καὶ βίᾳ πειθοῖ πάντας ὑπερβάλλων τὸς πολίτας, χαλεπὸς δ' ἄλλως καὶ τυραννικὸς, τῇ τε τῶν φίλων πειθοῖ, καὶ τῇ τῶ πλήθους δυνάμει πρὸς ἰσχὺν ἀδικημάτων χρώμενος. ἔτι τῶν τ' ἄλλων ἁπάντων, ἃ ἐδόκει καλὰ, ἑαυτὸν ἠξίου· ἡγεῖτο δὴ καὶ τῆς Πυθαγόρου φιλοσοφίας ἀξιόπιστον εἶναι μεταχεῖν. πρόσεισι τῷ Πυθαγόρᾳ ἑαυτὸν ἐπαινῶν, καὶ βουλόμενος συνεῖναι αὐτῷ. ὁ δ' εὐθὺς φυσιογνωμονήσας τὸν ἄνδρα, καὶ ὁποῖος ἦν σωμάτων ἐκ τῶν σημείων, ἃ ἔχει τὸ σῶμα τῶν προσιόντων, ἀπέπεμψε, καὶ τὰ ἑαυτῶ πράττειν. τοῦτο τὸν Κύλωνα μὲν μετρίως ἐλύπησεν, ὡσπερ ὑβρισμένον, καὶ τἄλλα χαλεπὸν ὄντα καὶ ὀργῆς ἀκρατῆ. * Συναγαγὼν δὲ τοὺς φίλους διέβαλλε τὸν Πυθαγόραν, καὶ παρεσκεύαζεν, ὡς ἐπιβουλεύσων αὐτῷ τε καὶ τοῖς γνωρίμοις. ἐντεῦθεν δή οἱ μὲν φασὶ τῶν ἑταίρων τοῦ Πυθαγόρου συναγομένων ἐν τῇ Μίλωνος οἰκίᾳ τοῦ ἀθλητοῦ, ἐν ᾗ τὴν Πυθαγόρου ἀποδημίαν (ὡς γὰρ Φερεκύδην τὸν Σύριον, αὐτῶ διδασκαλὸν γνόμενον, εἰς Δῆλον ἐπεπόρευτο, νοσοκομήσων αὐτὸν περιπεπτῆ γνόμενον τῷ ἱστορουμένῳ τῆς φθειριάσεως πάθει, καὶ κηδεύσων,) πάντας παντα χῆ ἐνέπρησαν αὐτά τε, καὶ κατέλυσαν, δύο ἐκφυγόντων

ἐκ τῆς πυρᾶς, Ἀρχίππου τε καὶ Λύσιδος, ὡς φησι Νεάνθης, ὧν ὁ Λύσις ἐν Ἑλλάδι ᾤκησεν, Ἐπαμινώνδᾳ τε συγγέγονεν, ἧ δὲ διδάσκαλος γέγονε. * Δικαίαρχος δὲ καὶ οἱ ἀκριβέστεροι, καὶ τὸν Πυθαγόραν φασὶ παρεῖναι τῇ ἐπιβουλῇ. Φερεκύδην γὰρ πρὸ τῆς ἐκ Σάμου ἀπάρσεως τελευτῆσαι. τῶν δὲ ἑταίρων ἀθρόους μὲν πεπαρέχονται ἐν οἰκίᾳ τινὸς παρεδρεύοντας ληφθῆναι. οὐ μὴν πολλοὺς ἀποφαίνει κατὰ τὴν πόλιν ὡς ἔτυχον εἰς ἄγνοιαν διαφθαρῆναι. Πυθαγόραν δὲ κρατυνθέντων τῶν φίλων τὸ μὲν πρῶτον εἰς Καυλωνίαν τὸν ὅρμον σωθῆναι· ἐκεῖθεν δὲ πάλιν εἰς Λοκροὺς. πυθομένους δὲ τοὺς Λοκροὺς τῶν γερόντων τινὰς ἐπὶ τὰ τῆς χώρας ὅρια ἀποστεῖλαι. τούτους δὲ πρὸς αὐτὸν ἀπαντήσαντας εἰπεῖν· ἡμεῖς, ὦ Πυθαγόρα, σοφὸν μὲν ἄνδρα σε καὶ δεινὸν ἀκούομεν· ἀλλ' ἐπὶ τοῖς ἰδίοις νόμοις οὐδὲν ἔχομεν ἐγκαλεῖν. αὐτοὶ μὲν ἐπὶ τῶν ὑπαρχόντων πειρασόμεθα μένειν. σὺ δ' ἐπερώτησόν τι βάδιζε, λαβὼν παρ' ἡμῶν εἴ τι κεχρημένος τῶν ἀναγκαίων τυγχάνεις. ἐπεὶ δ' ἀπὸ τῆς τῶν Λοκρῶν πόλεως τὸν εἰρημένον ἀπηλλάγη τρόπον, εἰς Τάραντα πλεῦσαι. πάλιν δὲ κἀκεῖ ταραχὰς παθόντα τοῖς περὶ Κρότωνα, εἰς Μεταπόντιον ἐλθεῖν. πανταχοῦ γὰρ ἐγίνοντο μεγάλαι στάσεις, ἃς ἐπὶ

cendio elapſis, Archippo & Lyſide, ut Neanthes prodidit. Ex hiſce Lyſis in Græcia habitavit, & ad Epaminondam ſe contulit, cujus olim præceptor fuit. Sed Dicæarchus & accuratiores auctores ipſum quoque Pythagoram adfuiſſe ajunt, cum inſidiæ illæ ſtruerentur, Pherecydem enim jam diem ſuum obiiſſe antequam ex Samo diſcederet. Ex familiaribus autem quadraginta quidem ſimul in domo quadam inſidiis circumventos: pleroſque vero cum ad urbem acceſſiſſent ſparſim in civitate interemptos fuiſſe. Pythagoram autem, comprehenſis amicis, primum in Caulonio portu ſervatum, inde Locros rurſum ſe contuliſſe. Locrenſes autem ex ſenioribus aliquot ad limites ſuæ regionis miſiſſe percunctatum: atque illos his verbis ipſi reſpondiſſe: Nos quidem, ô Pythagora, te virum ſapientem & magni ingenii eſſe audivimus: ſed in legibus noſtris nihil habemus quod reprehendi poſſit: ideoque eas ſervare conabimur. Tu vero alio quocunque placuerit abito, accepto à nobis, ſi quo rerum neceſſariarum tibi uſus ſit. Relicta autem hoc modo Locrenſium civitate Tarentum navigaſſe. Cumque iſthic idem ei rurſus eveniſſet, quod Crotone, Metapontum veniſſe. Ubique enim magnæ ſeditiones concitaban-

tur: quarum etiam nunc locorum incolæ meminere, & seditiones contra Pythagoreos, ut vocant, commemorare solent. Pythagorei enim vocabantur tota illa factio, quæ Pythagoræ partes sequebatur. Cæterum in Metapontina factione ipsum Pythagoram obiisse dicunt, cum ad Musarum ædem confugiens, amicorum inopia quadraginta dies illic permansisset. Alii autem referunt, cum domus illa, in quam frequentes convenerant, igne deflagraret, familiares semetipsos in ignem mittentes magistro suo exitum aperuisse, corporibus ponte per ignem strato: Pythagoram vero ex incendio elapsum, familiaribus omnibus destitutum præ animi mœrore semetipsum è vivis sustulisse. Viris autem istis hac calamitate oppressis, defecit etiam una cum eis scientia, quam hucusque in pectoribus arcanam reconditamque custodierant; præter quædam intellectu difficilia, quæ exterioris admissionis auditores memoria repetebant. Neque enim ullum Pythagoræ scriptum extabat. Lysis præterea atque Archippus, & quotcunque forte fortuna domo tum peregre aberant, exiguos quosdam philosophiæ igniculos conservarunt, obscuros eos admodum, & pervestigatu difficiles. Soli enim jam derelicti, & dolore ob patratum scelus exanimati, alius alio dispersi, humanam

καὶ νῦν οἱ περὶ ταῦτα τόπους μνημονεύσοί τε καὶ διηγεῖσθαι, τὰς ὀπὶ τῶν Πυθαγορείων καλοῦντες. Πυθαγόρειοι δ' ἐκλήθησαν ἡ σύστασις ἅπασι, ἡ συναχθεῖσα αὐτῷ. * Ἐν ᾗ τῇ πόλει Μεταποντίου καὶ Πυ- 57
θαγόραν αὐτὸν λέγουσι τελευτῆσαι, καταφυγόντα ὀπὶ τὸ Μουσῶν ἱερὸν, ἀπαγὴ τ' ἀναγκαίων ποσαραχθέντα ἡμέρας τεσσαράκοντα· οἱ δέ φασιν, ὅτι δ' πυρὸς νεμομένου τ' οἴκησιν, ἐν ᾗ συνειλεγμένοι ἐτύγχανον, ἑαυτὸν εἰς τὸ πῦρ διὰ ταύτης εἰς τὸ πῦρ διὰ ταύτης ἑταίρους διόδον παρέχειν τῷ διδασκάλῳ, γεφυρώσαντας τὸ πῦρ τοῖς σφετέροις σώμασι. διεκπεσόντα δ' ἐκ δ' πυρὸς τ' Πυθαγόραν, διὰ τ' ἐρημίαν τῶν συνήθων ἀθυμήσαντα ἑαυτὸν τῷ βίῳ ἐξαγαγεῖν. τῆς δὲ συμφορᾶς ἅτως καταλάβοις τὰς ἄνδρας, συνεξέλιπε καὶ ἡ ἐπιστήμη, ἄρρητος ἐν τοῖς σήθεσιν ἔτι φυλαχθεῖσα ἄχρι τότε, μόνων τ' δυσωπέτων ἐκ τοῖς ἔξω διαμνημονευομένων. ἦσαν γὰρ τῷ Πυθαγόρᾳ σύγγραμμα ἦν· οἵ τ' ἐκφυγόντες Λύσις τε καὶ Ἄρχιππος, καὶ ὅσοι ἀποδημοῦντες ἐτύγχανον, ὀλίγα διέσωσαν ζώπυρα τῆς Φιλοσοφίας, ἀμυδρά τε καὶ δυσθήρατα. * Μονωθέντες γὰρ καὶ ἐπὶ 58
τῷ συμβάντι ἀθυμήσαντες, διεσπάρησαν ἄλλος ἀλλαχῆ, τὸ πρὶν ἐκ ἀνθρώπους κοινωνίαν ἐπι-

σεμ-

σραφέντες. διαλαβόμενοι δὲ μὴ παντελῶς ἐξ ἀνθρώπων ἀπόλοιτο τὸ φιλοσοφίας ὄνομα, καὶ θεοῖς αὐτοῖς διὰ τοῦτο ἀπεχθάνωνται, ὑπομνήματα κεφαλαιώδη συνταξάμενοι, πάτε τῶν πρεσβυτέρων συγγράμματα, καὶ ὧν διεμέμνηντο, συναγαγόντες, κατέλειπεν ἑκάσῳ ἅπερ ἐτύγχανε τελευτῶν· ἀποσκήψαντες υἱοῖς ἢ θυγατράσιν ἢ γυναιξὶ, μηδενὶ δῶναι τῶν σκήνος τῆς οἰκίας· αἱ δὲ μέχρι πολλῆς χρόνου τοῦτο διετήρησαν, ἐκ διαδοχῆς τῷ αὐτῷ ἐντολὴν διαγγέλλοντες τοῖς 19 ἀπογόνοις. * Τεκμηραίμεθα δὲ, φησὶ Νικόμαχος, ὡς τὸ μὴ παρέργως αὐτοὺς τὰς ἀλλοτρίας ἐκκλίνειν φιλίας, ἀλλὰ πάνυ σπουδαίως ἀποκάμπειν αὐτὰς, καὶ φυλάττεσθαι· καὶ μὴν ὡς ἔστι μέχρι πολλῶν γενεῶν τὸ φιλικὸν πρὸς ἀλλήλους ἀνένδοτον αὐτοὺς διατετηρηκέναι· καὶ ἐξ ὧν Ἀριστόξενος ἐν τῷ περὶ τοῦ Πυθαγόρου βίου, αὐτὸς διακηκοέναι φησὶ Διονυσίου τοῦ Σικελίας τυράννου, ὅτ' ἐκπεσὼν τῆς μοναρχίας γράμματα ἐν Κορίνθῳ ἐδίδασκεν· φησὶ δ' ἔτως· Οἰκτίρων καὶ δακρύων, καὶ πάντων τῶν οἰκτρῶν εἴργεσθαι τοὺς ἄνδρας ἐκείνους, ὡς ἐνδέχεται μάλιστα. ὁ αὐτὸς δὲ λόγος καὶ περὶ θωπείας καὶ δεήσεως, καὶ λιτανίας, καὶ πάντων τῶν τοιούτων.

societatem averſabantur: verentes autem ne philoſophiæ nomen inter homines penitus interiret, atque eam ob rem Deos quoque ipſos haberent infenſos, commentaria quædam ſummatim compoſuerunt, & antiquorum ſcriptis, & iis quorum ipſi meminerant in unum redactis, quæ eo quo quisque loco obiit reliquerunt: præcipientes filiis filiabuſque, aut uxoribus, ne cuiquam extra familiam eorum copiam facerent. Idque continua quadam ſucceſſione privatim poſteris denunciantes, permulto tempore obſervarunt. Atque hinc ait Nicomachus conjicimus, ipſos ſtudioſiſſime externas amicitias declinaſſe: & ad multas etiam ætates amicitiam inter ſe fidam atque conſtantem conſervaſſe: præterea ex iis, quæ Ariſtoxenus, libro de vita Pythagoræ, ſemetipſum ex Dionyſio Siciliæ Tyranno audiviſſe teſtatur, cum Corinthi poſtquam regno excidiſſet literas doceret. Ait autem viros iſtos luctibus, lacrymis, aliiſque hujuſmodi omnibus quam maxime abſtinuiſſe: eadem vero etiam ratio eſt de blanditiis, precibus, atque obſecratione, aliisque id genus omnibus. Dionyſius autem cum aliquando reipſa experiri eos cuperet: quod non-

o * Βελόμενος δὲ ἔν ποτε Διονύσιος πεῖραν αὐτῶν λαβεῖν, λεγομένων τινῶν,

nulli dicerent, ipſos nequaquam fidem ſibi invicem ſervaturos, ſi quis forte eorum comprehenſus foret: hoc modo rem inſtituit. Phintias comprehenſus, & coram tyranno adductus fuit. Dionyſius vero eum accuſabat, quod vitæ ſuæ ſtruxiſſet inſidias: cujus rei convictus, & morti adjudicatus fuit. Hic illum rogaſſe, quandoquidem ipſi ita viſum fuiſſet, reliquum diei ſibi concedi, ut & propriam rem familiarem & Damonis conſtitueret: eum enim amicum fortunarumque participem eſſe. Verum ſeſe utpote ætate provectiorem potiſſima rei familiaris onera in ſemet recepiſſe. Rogavit ergo ut Damone vade dato dimitteretur. Permittente idipſum Dionyſio, Damon accerſitus, audito quid acciderat, vadem ſe ſtitit, permanſitque donec Phintias rediret. Dionyſium quidem rei novitate perculſum fuiſſe: illos vero qui principio tentandi gratia hæc inſtituerant, Damonem irriſiſſe, quaſi in periculo derelinquendum. Sole autem in occaſum jam vergente veniſſe Phintiam, ut mortem oppeteret. Ad id cunctos obſtupuiſſe. Dionyſium vero complexum deoſculatumque viros rogaſſe, ut tertius in amicitiam reciperetur. Illos autem quamvis obnixe roganti nulla ratione ea in re con-

ὡς συλληφθέντες οὐκ ἐμμένσι τῇ πρὸς ἀλλήλους πίστει, τῷδ' ἐποίησεν· συνελήφθη μὲν Φιντίας, καὶ ἀνήχθη πρὸς τὸν Τύραννον. κατηγορεῖν δ' αὐτὸν Διονύσιον ὡς ἐπιβεβουλευκότα αὐτῷ· καὶ δὴ τοῦτο ἐξελεγχθαι, κεκρίσθαι τ' ἀποθνήσκειν αὐτόν. τὸν δὲ, ἐπεὶ ἔτως αὐτῷ δέδοκται, εἰπεῖν, δοθῆναί γε τὸ λοιπὸν τῆς ἡμέρας, ὅπως οἰκονομήσηται πάντα καθ' ἑαυτὸν, καὶ τὰ καθ' Δάμωνα· εἶναι γὰρ αὐτῷ ἑταῖρον καὶ κοινωνόν. πρεσβύτερον δ' αὐτὸν ὄντα, πολλὰ τοῦ βίου τῷ οἰκονομίαν εἰς αὐτὸν ἀνειληφέναι. ἠξίου δ' ἀφεθῆναι, ἐγγυητὴν καταστὰς τὸν Δάμωνα. συγχωρήσαντος δὲ τοῦ Διονυσίου, μεταπεμφθεὶς ὁ Δάμων, καὶ τὰ συμβάντα ἀκούσας, ἐνεγγυήσατο, καὶ ἔμεινεν ἕως ἂν ἐπανέλθῃ ὁ Φιντίας. * Ὁ μὲν οὖν 61 Διονύσιος ἐξεπλήττετο ἐπὶ τοῖς γιγνομένοις. ἐκείνους δ' οὖν ἐξαρχῆς εἰσαγαγόντας τὸν πειρασμὸν, τὸν Δάμωνα χλευάζειν, ὡς ἐγκαταλειφθησόμενον. ὄντος δὲ τοῦ ἡλίου πρὸς δυσμὰς, ἥκειν τὸν Φιντίαν ἀποθανούμενον· ἐφ' ᾧ πάντας ἐκπλαγῆναι. Διονύσιον δὲ προσκαλούμενον καὶ φιλήσοντα σφῶν ἄνδρας, ἀξιῶσαι τρίτον αὐτὸν εἰς τὴν φιλίαν προσδέξασθαι· σφῶν δ' ἑνὶ μηδενὶ τρόπῳ, καίπερ πολλὰ λιπαροῦντος αὐτοῦ, συγκαταθεῖναι εἰς

τοιῶτο. καὶ ταῦτα μὲν Ἀριστόξενος ὡς παρ' αὐτοῦ ἀκούσας Διονυσίου ἀπήγγειλε. Ἱππόβοτος δὲ καὶ Νεάνθης περὶ Μυλλίου καὶ Τιμύχας ἱστοροῦσι. * * * * *

sensisse. Atque hæc quidem Aristoxenus ut ex ipso Dionysio audita prodidit. Hippobotus autem atque Neanthes de Myllia & Timycha referunt.

Cætera desiderantur.

TΈΛΟΣ.

ANONYMUS DE VITA PYTHAGORÆ

Apud PHOTIUM, Cod. CCLIX.

Interprete L. HOLSTENIO.

PLato, inquit, nonus ſucceſſor fuit à Pythagora, Archytæ ſenioris diſcipulus: decimus Ariſtoteles. Ex Pythagoræ vero diſcipulis alii contemplationi dediti erant, qui Sebaſtici, ſive Religioſi vocabantur: alii res humanas tractabant, ii Politici dicebantur: alii circa mathematicas ſcientias, Geometriam, & Aſtronomiam verſabantur, qui Mathematici audiebant. Ipſius Pythagoræ familiares Pythagorici dicuntur: horum diſcipuli Pythagorei: exteri autem ejus ſectatores, Pythagoriſtæ. Animalibus abſtinebant, & ex ſolis victimis certo tempore guſtabant.

Pythagoram centum & quatuor annos vixiſſe ajunt, & alter filiorum ejus Mneſarchus etiamnum juvenis obiiſſe dicitur. Alter vero Telauges patris ſucceſſor fuit. Fi-

Ὅτι ἔνατος ἀπὸ Πυθαγόρου διάδοχος γέγονε, φησὶ, Πλάτων, Ἀρχύτου τοῦ πρεσβυτέρου μαθητὴς γνώμων· δέκατος δὲ Ἀριστοτέλης. τῶν δὲ Πυθαγόρου, οἱ μὲν ἦσαν περὶ τὴν θεωρίαν καταγινόμενοι, οἵπερ ἐκαλοῦντο Σεβαστικοί· οἱ δὲ περὶ τὰ ἀνθρώπινα, οἵπερ ἐκαλοῦντο Πολιτικοί· οἱ δὲ περὶ τὰ μαθήματα, γεωμετρικὰ, καὶ ἀστρονομικὰ, οἵπερ ἐκαλοῦντο Μαθηματικοί. καὶ σαφῶς μὲν αὐτῷ τῷ Πυθαγόρᾳ οἱ γνώμονες ἐκαλοῦντο Πυθαγορικοί· οἱ δὲ τούτων μαθηταὶ, Πυθαγόρειοι· οἱ δὲ ἄλλως ἔξωθεν ζηλωταὶ, Πυθαγοριστάι. ἀπείχοντο δὲ ἐμψύχων, καὶ κυάμων μόνων θυσιῶν ἐγεύοντο.

Ὅτι ἑκατὸν καὶ τεσσάρων ἐτῶν λέγεται ἐζηκέναι τὸν Πυθαγόραν. καὶ ὁ μὲν Μνήσαρχος εἷς τῶν ἰδίων αὐτοῦ λέγεται νεώτερος πλουτῆσαι. Τηλαυγὴς δὲ ὁ ἕτερος διεδέξατο. καὶ

Σάρα, καὶ Μύια αἱ θυγατέρες. καὶ ἡ Θεανὼ οὐ λέγεται μαθήτρια μόνον, ἀλλὰ καὶ μία τῶν θυγατέρων αὐτοῦ εἶναι.

liæ ejus fuerunt Sara & Myia. Quin & Theano non discipula modo, sed & filiarum una fuisse memoratur.

3 Ὅτι διαφέρειν ἔλεγον οἱ ἀπὸ Πυθαγόρου μονάδα καὶ ἕν. μονὰς μὲν γὰρ παρ' αὐτοῖς ἐνομίζετο ἡ ἐν τοῖς νοητοῖς ἓν· ἓν δὲ, τὸ ἐν τοῖς ἀριθμοῖς· ὁμοίως δὲ καὶ δύο τὸ ἐν τοῖς ἀριθμητοῖς· ἔλεγον δὲ τὴν δυάδα ἄορισον.

Pythagorei ajebant differre unitatem & unum. Unitas enim ab iis existimabatur, quæ in intellectualibus existit: unum vero id quod in numeris. Eodem modo duo in numeris; dualitatem vero infinitum dicebant.

4 Ὅτι ἡ μὲν μονὰς καθ' ἰσότητα καὶ τὸ μέτρον λαμβάνει· ἡ δὲ δυὰς καθ' ὑπερβολὴν καὶ ἔλλειψιν. μεσότης μὲν οὖν καὶ μέτρον οὐ δύναται μᾶλλον καὶ ἧττον χωρεῖν· ἡ γὰρ ὑπερβολὴ καὶ ἔλλειψις, ἐπειδὴ ἐπ' ἄπειρον προχωρεῖ, διὰ τοῦτο ἄορισον αὐτὴν ἔλεγον δυάδα· καὶ ἐπειδὴ πάντα εἰς τὸν ἀριθμὸν ἀνῆγον, ἔκ τε τῆς μονάδος καὶ τῆς δυάδος, καὶ τὰ ὄντα πάντα ἀριθμὸν προσηγόρευον. ὁ δὲ ἀριθμὸς συμπληροῦται τοῖς δέκα· ὁ δὲ δέκα συνίστησι τὸ τετράρων, καθὸ τὸ ἑξῆς ἀριθμούντων ἡμῶν· καὶ διὰ τοῦτο τὸν ἀριθμὸν πάντα τετρακτὺν ἔλεγον.

Unitas quidem secundum æqualitatem modumque sumitur; dualitas autem secundum excessum & defectum. Itaque medium modusque non possunt recipere magis & minus. Sed excessus & defectus, cum in infinitum procedant, id recipiunt. Ideoque ipsam dualitatem vocabant infinitum. Et cum omnia ex unitate & dualitate ad numeros referant, omnia enim entia numeros appellabant. Numerus autem denario completur. Denarius vero componitur, ubi ordine quatuor numeramus. Ideoque omnem numerum Quaternarium dicebant.

5 Ἔλεγον δὲ τὸν ἄνθρωπον αὐτὸν ἑαυτῷ βελτίω καθὸ τρεῖς τρόπους γίνεσθαι. πρῶτον μὲν, τῇ ὁμιλίᾳ τῇ πρὸς τοὺς θεούς. ἀνάγκη γὰρ, προσιόντα αὐτοῖς, κατ' ἐκεῖνο καιρὸν, χωρίζεσθαι αὐτὸν πάσης κακίας, εἰς δύναμιν ὁμοιοῦντα ἑαυτὸν

Tribus modis hominem seipso meliorem evadere affirmabant. Primo quidem, colloquio Deorum. Necesse enim est accedentem ad eos illo tempore ab omni se maleficio abstinere, assimilantem sese Deo pro viribus.

Secundo, benefaciendo. Hoc enim Dei proprium eſt, & in eo Deum imitatur. Tertio denique, moriendo. Si enim animus, dum hæc vita vivitur, paulum à corpore ſeparatus, ſe ipſo melior evadit: & in ſomnis per inſomnia, & ecſtaſibus morborum divinare incipit: multo ſane fit præſtantior, ubi penitus à corpore ſejungitur.

τῷ θεῷ. δεύτερον, ἐν τῷ εὖ ποιεῖν. θεὸς γὰρ τοῦτο, καὶ θείας μιμήσεως. τρίτον, ἐν τῷ ἀποθνήσκειν. εἰ γὰρ καὶ ποσόν τι ἡ ψυχὴ τοῦ σώματος, ἐν τῷ ζῆν τὸ ζῷον, χωριζομένη βελτίων γίνεται ἑαυτῆς· ἔν τε τοῖς ὕπνοις καὶ τοῦ ὀνείρους, καὶ ἐν ταῖς ἐκστάσεσι τῶν νόσων μαντικὴ γίνεται· πολλῷ μᾶλλον βελτίων, ὅταν τέλεον χωρισθῇ ἀπὸ τοῦ σώματος.

Pythagorei unitatem principium omnium rerum vocabant. Punctum enim dicebant eſſe principium lineæ, lineam ſuperficiei, ſuperficiem tripliciter extenſi, ſive corporis. Ante ipſum vero punctum unitas præconcipitur. Quare principium corporum eſt unitas; & omnia corpora ex unitate ortum ducunt.

Ὅτι τὴν μονάδα πάντων ἀρχὴν 6
ἔλεγον Πυθαγόρειοι· ἐπεὶ τὸ μὲν σημεῖον ἀρχὴν ἔλεγον γραμμῆς· τὴν δὲ, ἐπιπέδου· τὸ δὲ, τῆς τριχῆ διαστατῆς, ἤτοι σώματος· τῆς δὲ σημείου προεπινοεῖται ἡ μονάς. ὥστε ἀρχὴ τῶν σωμάτων ἡ μονάς. ὥστε τὰ σώματα πάντα ἐκ τῆς μονάδος γεγένηται.

Iidem ab animatis abſtinebant, propter tranſmigrationem animarum, quam ſtulta opinione veram exiſtimabant. Tum quod hujusmodi cibi mentem reddant craſſiorem: eo quod nimium nutrimenti atque digeſtionis præbent. Fabis quoque ob eandem cauſam abſtinebant quod inflent & plurimum nutriant. Sed & plures alias cauſas afferunt, ob quas fabarum eſu abſtinent.

Ὅτι οἱ Πυθαγόρειοι τῶν ἐμψύχων 7
ἀπέχοντο, τὴν μετεμψύχωσιν ἀφρόνως ὡς ἀληθῆ ὑπολαμβάνοντες. καὶ ὅτι τὰ τοιαῦτα τῶν βρωμάτων παχύνει τὸν νοῦν, τροφιμώτερα ὄντα, καὶ πολλὴν ἀνάδοσιν ποιοῦντα. διὰ τοῦτο καὶ τοῦ κυάμου ἀπέχονται, ὅτι φυσώδης, καὶ τροφιμώτατος. καὶ ἄλλας δέ τινας αἰτίας πλείους ἀποδιδόασιν, αἱ αὐτοὺς ἐνῆγον ἀπέχεσθαι τῶν κυάμων.

Plurima Pythagoram prædixiſſe ajunt, & omnia eveniſſe. Philoſophiam contemplativam & naturalem Platonem à Pythagoreis in Ita-

Ὅτι τὸν Πυθαγόραν πολλὰ φασὶ 8
προειπεῖν, καὶ πάντα ἐκβῆναι. ὅτι τὴν μὲν θεωρητικὴν καὶ φυσικὴν Πλάτωνά φασι παρὰ τῶν ἐν Ἰτα-

λία Πυθαγορείων ἐκμαθεῖν· τὴν δὲ ἠθικὴν μάλιστα παρὰ Σωκράτους· τῆς δὲ λογικῆς σπέρματα καταβαλεῖν αὐτῷ Ζήνωνα καὶ Παρμενίδην τὸν Ἐλεάτας· καί ἐστι δὲ τῆς Πυθαγορείας ἡσυχαστικῆς.

9 Ὅτι ἡ ὄψις, καθὰ Πυθαγόραν, καὶ Πλάτωνα, καὶ Ἀριστοτέλη, τῶν δώδεκα χρωμάτων ἐστὶ κριτική· λευκοῦ δὲ καὶ μέλανος, καὶ τῶν μεταξύ, ξανθοῦ, φαιοῦ, ὠχροῦ, ἐρυθροῦ, κυανοῦ, ἀλουργοῦ, λαμπροῦ, ὀρφινοῦ. ἡ δὲ ἀκοὴ κριτική ἐστι ὀξέος καὶ βαρέος φθόγγου. ἡ δὲ ὄσφρησις, κριτικὴ εὐωδῶν ὀσμῶν, καὶ τῶν μεταξὺ ἐξ, σηπομένων τε καὶ βρεχομένων, καὶ τηκομένων, καὶ θυμιαζομένων. ἡ δὲ γεῦσις κριτική ἐστι γλυκέων τε καὶ πικρῶν χυμῶν, καὶ τῶν μεταξὺ πέντε. ἐπτὰ γάρ εἰσιν οἱ χυμοὶ πάντες· γλυκὺς, πικρὸς, ὀξὺς, δριμὺς, σμυφὸς, ἁλυκὸς, τρυφνός. ἡ δὲ ἁφὴ πλειόνων ἐστὶ κριτική· οἷον, βαρέων, κούφων, καὶ τῶν μεταξύ· θερμῶν τε καὶ ψυχρῶν, καὶ τῶν μεταξὺ· τραχέων, καὶ λείων, καὶ τῶν μεταξύ· ξηρῶν καὶ ὑγρῶν, καὶ τῶν μεταξύ. καὶ αἱ μὲν δ' αἰσθήσεις ἔν τε τῇ κεφαλῇ εἰσὶ, καὶ διαζευγνύουσι τοὺς ὀργάνους. ἡ δὲ ἁφὴ διὰ τῆς κεφαλῆς, καὶ δι' ὅλου δὲ σώματος κεχώρηκε· καὶ ἔστι κοινὴ πάσης αἰσθήσεως. μᾶλλον δὲ καθὰ τὰς χεῖρας ἐπιδηλοτέραν παρέχεται τὴν κρίσιν.

lia didiciſſe ferunt: moralem à Socrate. Logices vero ſemina & principia ei commiſſa fuiſſe à Zenone & Parmenide Eleatis: qui & ipſi ex Pythagoræ ſchola profecti ſunt.

Viſus, ex Pythagoræ, Platonis, & Ariſtotelis ſententia, judicat de duodecim coloribus: de albo & nigro, & de cæteris interjectis, flavo, fuſco, pallido, rubro, cæruleo, purpureo, rutilo & luteo. Auditus dijudicat vocem acutam & gravem. Odoratus judicat de odoribus bonis & malis, & ſex interjectis, putridis, humidis, liquidis, & vaporatis. Guſtus diſcernit ſapores dulces & amaros, & quinque medios. Septem enim ſunt in univerſum: dulcis, amarus, aſper, acidus, mollis, ſalſus, auſterus. Tactus vero plurima dijudicat: ſcilicet gravia & levia, quæque media intercedunt. Calida & frigida, & quæ interjacent. Dura & mollia, & horum media. Sicca & humida, cum ſuis quoque mediis. Equidem reliqui quatuor ſenſus in ſolo capite ſtationem habent, & ſuis ſibi organis circumſcribuntur. Tactus vero per caput & per univerſum corpus diffunditur: omnibuſque ſenſibus communis eſt: in manibus autem vim diſcernendi manifeſtiorem exſerit.

Ajunt in cœlo duodecim esse orbes ordine distinctos. Quorum primus & extimus est inerrabilis sive firmamentum, in quo Deus primus, & dii intellectuales ut Aristoteli placet, aut Ideæ ex mente Platonis. Post inerrabilem ordine proximum & sidus Saturni, & deinde cæteri sex Planetæ: Jupiter, inquam, Mars, Venus, Mercurius, Sol, & Luna. Post hosce est Sphæra ignis: hinc aëris: deinde aquæ: omnibus ultimus subest orbis terrarum. In horum duodecim orbium supremo, sive firmamento residet prima causa. Et quicquid illi vicinum est, id firmiter atque optime compositum esse affirmant: quæ longius absunt, minime firma esse. Ordinem constantem servari usque ad Lunam: infra eam omnia promiscue ferri.

Hinc malum quoque necessario circa terræ regionem existit: quandoquidem ea ad totum mundum fundi instar obtinet: proprium scilicet & commodissimum receptaculum eorum quæ in imo subsidunt Et cæteras quidem omnes partes providentia & stabili ordine atque fato, divinæ voluntati obsequente, gubernari ajunt. Sed quæ infra Lunam sunt, ea à quatuor causis regi: Deo, fato, nostro consilio, & fortuna. Verbi gratia, navem ipsam conscendere, vel non, in nostra est potestate. At tempore sereno procellas & tempestatem

Ὅπ δώδεκα τάξεις ἐν τῷ οὐρα- 10
νῷ φησιν εἶναι· πρώτην δ' ἐξωτάτην τὴν ἀπλανῆ σφαῖραν· ἐν ᾗ ἐστιν ὁ, τε πρῶτος θεὸς, καὶ οἱ νοητοὶ θεοὶ, ὡς Ἀριστοτέλει δοκεῖ· καθὰ ἢ Πλάτωνα αἱ ἰδέαι. μετὰ δὲ τὴν ἀπλανῆ, ὁ ἢ Κρόνε πέπλαται ἀστὴρ, καὶ οἱ ἐφεξῆς πλανῆται ἑξ, ὁ ἢ Διὸς, φημὶ, ὁ ἢ Ἄρεος, ὁ τ' Ἀφροδίτης, ὁ ἢ Ἑρμοῦ, ὁ ἢ Ἡλίε, ὁ τῆς Σελήνης. εἶτα ἡ ἢ πυρὸς σφαῖρα· ἐξῆς ἡ ἢ ἀέρος· μετ' αὐτὸν ἡ τὸ ὕδατος· λοιπὴ δ' ὑπὸ πᾶσιν ἡ γῆ. δώδεκα δὲ τάξεων ὐσῶν, ἐν τῇ ἀπλανεῖ τὸ πρῶτον αἴτιόν ἐστι· καὶ ὅ, τι ἂν ἢ ἐγγὺς αὐτε, τοῦτο φασι πεπάχθαι βεβαίως δ' ἀρίστως· τὰ δὲ πόρρωθεν, ἧττον. τὴν δὲ τάξιν μέχρι Σελήνης σώζεσθαι. τὰ ἢ ὑπὸ Σελήνην, ὐκέτι ὁμοίως.

Ἐξ ἀνάγκης δέ ἐστι δ' ἡ κακία 11
εἰς τ' πρὸς γῆν τόπον· ἅτε δὴ πυθμένος λόγον ἐπεχούσης τ γῆς πρὸς πάντα τὸν κόσμον, καὶ πρὸς ὑποδοχὴν ὑποστάθμης ὅσης ὑπόκειται. καὶ πάντα μὲν τὰ ἄλλα μέρη κατ' τ πρόνοιαν, καὶ τ βεβαίαν τάξιν, καὶ τ εἱμαρμένην τε θεε, ἑπομένην αὐτῷ φασι διοικεῖσθαι· τὰ ἢ μετὰ τ Σελήνην τέταρτον αἰτίας· καθὰ θεὸν, καθ' εἱμαρμένην, κατ' προαίρεσιν ἡμετέραν, κατ' τύχην. οἷον· τὸ μὲν εἰσελθεῖν εἰς τὴν ναῦν ἢ μὴ εἰσελθεῖν, ἐφ' ἡμῖν ἐστί. τὸ μέν τοι ἐν εὐδίᾳ χειμῶνα καὶ ζάλην

ἐξαί-

ἐξαίφνης ὀπιγενέσθαι, ἐκ τύχης. τὸ μέν τοι βαπτιζομένῳ τὴν ναῦν παρ' ἐλπίδα σωθῆναι, προνοίας θεοῦ. τῆς δὲ εἱμαρμένης πολλοί εἰσι τρόποι, καὶ διαφοραί. διαφέρει δὲ τῆς τύχης· ὅτι ἡ μὲν εἱρμὸν ἔχει, καὶ τάξιν, καὶ ἀκολουθίαν· ἡ δὲ τύχη τὸ αὐτόματον, καὶ τὸ ὡς ἔτυχεν. οἷον, τὸ ἐκ παιδὸς εἰς μειράκιον ἐλθεῖν, καὶ τὰς καθ' ἑξῆς ἡλικίας οἰκείως διελθεῖν, τοῦτο ἑνὸς τρόπου τῆς εἱμαρμένης.

12 Ὅτι ὁ Ζωδιακὸς λοξῶς κινεῖται, ὡς ζητήσας εὑρεῖν ἔδοξεν Ἀριστοτέλης, ἕνεκεν τῆς γενέσεως τῶν περὶ γῆν τόπων, πρὸς ἀναπλήρωσιν τοῦ παντός. εἰ γὰρ καταπαραλλήλως ἐκινεῖτο, ἀεὶ ἂν μία ὥρα ἦν τοῦ ἔτους, ἤτοι θέρους, ἢ χειμῶν, ἢ ἄλλη τις. νῦν δὲ ἐκ τοῦ τὸν ἥλιον καὶ τοὺς ἄλλους πλανήτας μεταβαίνειν ἀπὸ ζῳδίου εἰς ζῴδιον, γίνονται αἱ μεταβολαὶ τῶν ὡρῶν τέσσαρες· καὶ ἐκ τούτων εἰς ἄλληλα μεταβολῆς οἵ τε καρποὶ φύονται, καὶ ἄλλαι γενέσεις τῶν ζώων γίνονται.

13 Ὅτι ὁ μὲν ἥλιος, ὡς ἔστιν οἰκείαν ἀποφαίνεται δόξαν, ἣν καὶ ἀληθῆ λέγει, ἑκατονταπλασίων ἐστὶ τῆς γῆς· οἱ δὲ πολλοὶ οὐκ ἐλάττονα τοῦ τριακοντακαπλασίονα αὐτῆς φασί. Ὅτι μέγαν ἐνιαυτὸν καὶ τὴν τοῦ Κρόνου περίοδον φασίν· ὅτε τῶν λοιπῶν ἓξ πλανωμένων ἐν ἐλαττόνοι

subito oriri, ex fortuna pendet. Navem ſubmerſam præter ſpem conſervari, id divina fit providentia. Cæterum fati multi & diverſi ſunt modi. Differt autem à fortuna: quoniam illud ſeriem ordinemque atque ſequelam habet: fortuna autem caſu temerario contingit. Exempli gratia, è puero juvenem evadere, & reliquas deinde ætates ordine tranſire, id uno fati modo accidit.

Zodiacus motu obliquo fertur, quod Ariſtoteles diligenti inveſtigatione videtur reperiſſe, ob generationem regionum circa terram, ad univerſi complementum. Nam ſi recto moveretur, una ſemper eademque anni tempeſtas eſſet, vel æſtatis, vel hyemis, vel alterius cujuſdam. At nunc eo quod Sol, aliique Planetæ, ab uno ſigno ad aliud tranſeant, quatuor anni temporum mutationes contingunt: & ex mutua illorum viciſſitudine, fructus proveniunt, aliæque animantium generationes exiſtunt.

Sol, ut quidem hic auctor privata aſſerit opinione: quam tamen veram eſſe pertendit: centupla magnitudine terram excedit: at vulgo tricies majorem perhibent. Magnum annum Saturni ambitu definiunt. Nam cum cæteri ſex Planetæ breviori tempore curricu-

lum conficiant, Saturnus curſum ſuum triginta annis abſolvit. Jupiter enim annis duodecim: Mars duobus: Sol uno: parique ſpatio Mercurius & Venus circulum ſuum conficiunt. At Luna terræ proxima, circulum quoque minimum menſtruo ſpatio obit.

Pythagoras primus omnium cœlum appellavit *Mundum*: quia perfectum eſt, omnibuſque animantium ſignis, & nullo non pulchritudinis genere exornatum. Plato, inquit, & Ariſtoteles uno conſenſu animam immortalem perhibent. Quamvis nonnulli profundam Ariſtotelis mentem parum capientes, eum animam mortalem ſtatuere exiſtiment.

Homo microcoſmus, ſive mundi compendium, dicitur, non quod ex quatuor elementis conſtet: id enim cætera quoque animalia, licet minima habent: verum quia omnes mundi virtutes continet. Nam in mundo ſunt Dii, & quatuor elementa, animalia bruta, atque plantæ. Omnes haſce potentias poſſidet homo. Habet enim facultatem divinam, ſcilicet rationalem. Habet naturam elementorum, nimirum vim nutritivam atque auctricem, ſuique ſimilis productricem. At ſingulis his inferior eſt. Nam uti quinquertio, omnes habens virtutes, in ſingulis tamen minor eſt eo, qui

χρόνῳ, ἔτ᾽ ἂν τριάκοντα τὸν οἰκεῖον δρόμον ἀπαρτίζῃ. ὁ μὲν τῆ Διὸς, ἐν ιϛ᾽ ἔτεσι τ ἴδιον διαπεραίνῃ κύκλον· ἐν δυσὶ δ᾽ ὁ Ἄρης· ὁ δὲ Ἡλί᾽, ἐνιαυτῷ· Ἑρμῆς δὲ καὶ Ἀφροδίτη ἰσοταχεῖς τῷ ἡλίῳ· Σελήνη δ᾽ πρόσγειοτάτη, καὶ ἐλάχιστον κύκλον ᾠκειῶσα, ἐν μηνί.

Ὅτι πρῶτ᾽ Πυθαγόρας ὅλον τὸν κόσμον προσηγόρευσε, διὰ τὸ τέλειον εἶναι καὶ πᾶσι κεκοσμῆθαι τοῖς τε ζώοις, καὶ τοῖς καλοῖς. Ὅτι Πλάτων, φησὶ, καὶ Ἀριστοτέλης, ἀθάνατον ὁμοίως λέγουσι τὴν ψυχήν· κἄν τινες εἰς τὸν Ἀριστοτέλους νοῦν οὐκ ἐμβαθύνοντες, θνητὴν νομίζουσιν αὐτὸν λέγειν. 14

Ὅτι ὁ ἄνθρωπος μικρὸς κόσμος λέγεται, οὐκ ἄρα ὅτι ἐκ τῶν τεσσάρων στοιχείων σύγκειται· τοῦτο γὰρ ἕκαστον τῶν ζώων ἐυπλεκέστατον· ἀλλ᾽ ὅτι πάσας ἔχει τὰς τοῦ κόσμου δυνάμεις. ἐν γὰρ τῷ κόσμῳ εἰσὶ θεοὶ, ἔστι καὶ τὰ τέσσαρα στοιχεῖα, ἔστι καὶ ἄλογα ζῶα, ἔστι δὲ φυτά. πάσας δὲ ταύτας τὰς δυνάμεις ἔχει ὁ ἄνθρωπος. ἔχει γὰρ θείαν μὲν δύναμιν, τὴν λογικήν· ἔχει τὴν τῶν στοιχείων φύσιν, τὴν θρεπτικὴν δὲ αὐξητικὴν, καὶ τοιαύτην γεννητικήν. ἐν ἑκάστῃ δὲ τούτων λείπεται. καὶ ὥσπερ ὁ πένταθλος πάσας ἔχων τὰς δυνάμεις, ἐν ἑκάστῃ ἥττων ἐστὶ 15

τῷ ἕν τι ἐπιτηδεύοντι τῶν ἀθλημάτων· οὕτω δὲ ὁ ἄνθρωπος πάσας ἔχων τὰς δυνάμεις, ἐν ἑκάστῃ λείπεται. ἥττω μὲν γὰρ ἔχομεν τὴν λογικὴν δύναμιν, ἢ περ οἱ θεοί· καὶ τὰ τῶν στοιχείων ὁμοίως ἧττον, ἢ σκεῖνα· καὶ τὸν θυμὸν καὶ ἐπιθυμίαν ἐνδεέστερα τῶν ἐν τοῖς ἀλόγοις· καὶ τὴν θρεπτικὴν καὶ αὐξητικὴν δύναμιν ἐλαττημένας τῶν ἐν τοῖς φυτοῖς. ὅθεν ἐκ ποικίλων δυνάμεων συνεστῶτες, δύσχρηστον τὸν βίον ἔχομεν.

16 Ἕκαστον γὰρ τῶν ἄλλων ὑπὸ μιᾶς φύσεως οἰακίζεται· ἡμεῖς δὲ ὑπὸ τῶν διαφόρων δυνάμεων ἀντισπώμεθα. οἷον, ποτὲ μὲν, ὑπὸ θείας ἀναγόμεθα ἐπὶ κρείττω· ποτὲ δὲ, τῶν θηρώδους ἐπικρατησάντων, ἐπὶ τὰ χείρω· ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἄλλων δυνάμεων. ἐὰν οὖν τις θεραπεύσῃ τὸ ἐν ἡμῖν θεῖον, ὥσπερ ἡνίοχον ἐγκηγορέτα καὶ ἐπισήμονα ἐπισήσας, δυνήσεται ἑκάστῃ τῶν ἄλλων δυνάμεων εἰς δέον χρήσασθαι· τῇ τε κρίσει φημὶ τῶν στοιχείων, τῷ θυμῷ, καὶ τῇ ἐπιθυμίᾳ, καὶ τῇ ὀρέξει. τὸ γὰρ, γνῶθι σαυτὸν, δοκεῖν ῥᾷδιον εἶναι, πάντων ἐστὶ χαλεπώτατον. ὃ καί φασι Πυθίου εἶναι Ἀπόλλωνος· εἰ δὲ εἰς Χίλωνα τῶν ἑπτὰ σοφῶν ἕνα τὸ ἀποφθεγμα ἀναφέρουσι. παραινεῖ δ' ἡμῖν, γνῶναι τὴν ἑαυτῶν δύναμιν. τὸ δὲ γνῶναι ἑαυτὸν, οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν, ἢ τὴν σύμπαντος κόσμου

unum tantum certaminis genus exercet: ita & homo habens omnes virtutes, in ſingulis ſingillatim ſuperatur. Minorem enim rationis facultatem habemus, quam Dii: ita & minus de elementis, quam ipſa elementa. Cupiditas quoque & iracundia minor in nobis, quam in brutis. Et nutriendi atque creſcendi qualitate à plantis vincimur. Quocirca cum variis ex facultatibus compoſiti ſimus, vitam quoque uſu difficilem obtinemus.

Alia enim omnia ab una natura reguntur: nos autem qualitatibus diverſis diſtrahimur. Verbi gratia, nunc à Deo ad meliora trahimur: nunc vincente vi naturali ad deteriora, & ſic in cæteris quoque potentiis. Si quis ergo id quod in nobis divinum eſt excolat, & vigilis ac periti aurigæ inſtar ſibi præficiat, is ſingulis etiam reliquis facultatibus, permixtione inquam elementorum, ira, cupiditate, & appetitu, recte uti poterit. Ideoque præceptum illud, *Noſce teipſum*, quamvis facillimum videatur, omnium nihilominus difficillimum eſt. Quod & Pythii Apollinis eſſe dicunt: licet ad Chilonem, unum è ſeptem ſapientibus referatur. Monet autem nos, ut quiſque vim virtutemque ſuam cognoſcat. Sed Noſſe ſeipſum nihil aliud eſt, quam totius mundi

naturam noſſe. Quod fieri non poteſt, niſi Philoſophiæ operam demus: quod Deus hoc præcepto nos admonet.

Cognitionis octo dicunt eſſe organa: ſenſum, imaginationem, artem, opinionem, prudentiam, ſcientiam, ſapientiam, mentem. Ex hiſce artem, prudentiam, ſcientiam, mentem, communes cum Diis habemus: ſenſum, & imaginationem cum beſtiis: nobis autem ſolummodo propria eſt opinio. Senſus, eſt fallax cognitio per corpus: imaginatio, motus in anima. Ars, habitus operans cum ratione. Additur autem, cum ratione, quia & aranea operatur, ſed nequaquam cum ratione. Prudentia, eſt habitus eligens id quod rectum eſt in rebus agendis. Scientia eſt habitus eorum, quæ ſemper ſecundum idem atque eodem modo ſe habent. Sapientia, primarum cauſarum cognitio. Mens, principium & fons omnium bonorum.

Tres ſunt partes docilitatis; ſolertia, memoria, acumen ingenii. Memoria, eſt cuſtos eorum, quæ quis didicit. Acumen ingenii eſt velocitas intellectus. Solertia eſt, ex iis quæ quis didicit, ea inveſtigare, quæ non didicit.

Tria ſunt quæ cœli nomine dicuntur. Primo quidem ipſa ſphæra inerrabilis, ſive firmamentum: ſecundo, diſtantia illa quæ eſt à firmamento uſque ad Lunam:

φύσιν γνῶναι· τοῦτο δὲ ἀδύνατον ἄνευ τῆς φιλοσοφεῖν· ὅπερ ἡμῖν ὁ θεὸς ὑποδείκνυσι.

Ὅτι γνώσεως ὀκτώ, φασὶν, ὄργανα· αἴσθησιν, φαντασίαν, τέχνην, δόξαν, φρόνησιν, ἐπιστήμην, σοφίαν, νοῦν. τούτων κοινὰ μέν ἐστιν ἡμῖν μετὰ τῶν θείων, τέχνη καὶ φρόνησις, καὶ ἐπιστήμη, καὶ νοῦς· πρὸς δὲ τὰ ἄλογα, αἴσθησις καὶ φαντασία· ἴδιον δὲ ἡμῶν μόνον ἡ δόξα. ἔστι δὲ αἴσθησις μὲν, γνῶσις ψευδὴς διὰ σώματος· φαντασία δὲ, κίνησις ἐν ψυχῇ· τέχνη δὲ, ἕξις ποιητικὴ μετὰ λόγου. τὸ δὲ (μετὰ λόγου) προσκεῖται, ὅτι καὶ ὁ ἀράχνης ποιεῖ, ἀλλ' οὐ μετὰ λόγου. φρόνησις δὲ, ἕξις προαιρετικὴ τῶν ἐν τοῖς πρακτοῖς ὀρθότητος. ἐπιστήμη δὲ, ἕξις τῶν ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἐχόντων· σοφία δὲ, ἐπιστήμη τῶν πρώτων αἰτίων· νοῦς δὲ, ἀρχὴ καὶ πηγὴ πάντων τῶν καλῶν. 17

Ὅτι τρία μέρη εὐμαθίας· ἀγχίνοια, μνήμη, ὀξύτης. μνήμη μὲν οὖν ἐστι, τήρησις ὧν ἔμαθέ τις· ὀξύτης δὲ, ἡ ταχύτης τῆς διανοίας· ἀγχίνοια δὲ, τὸ, ἐξ ὧν ἔμαθέ τις, ἃ μὴ ἔμαθε θηρεύειν. 18

Ὅτι ὁ οὐρανὸς τριχῶς λέγεται· ἓν μὲν, αὐτὴ ἡ ἀπλανὴς σφαῖρα. δεύτερον, τὸ ἀπὸ τῆς ἀπλανοῦς σφαίρας μέχρι τῆς σελήνης διάστημα. 19

τρίτον, ὁ σύμπας κόσμος, ὁ ἀέρα φησὶ καὶ τὴν γῆν ἅμα.

20 Ὅτι πέφυκε, φησὶ, τὰ πλεόνως καὶ τὰ χείρονα ἀεὶ ἐνεργεῖν· τοῦτο δέ ἐστι θεὸς ἐν φυτοῖς. ὅτι τε γὰρ θεὸς τὸν νοῦν καὶ τὸν λόγον ἀεὶ ἐνεργεῖ, καὶ τὰ πλησίον αὐτοῦ ὄντα· καὶ πάλιν, τὰ φυτὰ ἀεὶ ἐνεργεῖ, τρέφεται γὰρ νύκτωρ τε καὶ μεθ' ἡμέραν· ὁ δὲ ἄνθρωπος οὐκ ἀεὶ ἐνεργεῖ, οὐδὲ τὰ ἄλογα ζῶα, ἀλλὰ κρεῖττον τὸ ἥμισυ χρόνον καθεύδει τε καὶ ἡσυχάζει.

21 Ὅτι οἱ Ἕλληνες ἀεὶ ἀμείνους τῶν ἤδη τῶν βαρβάρων, ὡς τὸ εὔκρατον οἰκοῦντες· Σκύθαι γὰρ καὶ Αἰθίοπες, οἱ μὲν ὑπὸ κρύους ἐνοχλούμενοι, οἱ δὲ ὑπὸ θάλπους πυκνουμένης τῆς ἐπιφανείας τοῦ σώματος, καὶ ἀπολαμβανομένου ἐντὸς τοῦ θερμοῦ πολλοῦ καὶ τοῦ ὑγροῦ, τὸ δύσκρατον ἐκληρώσαντο. συμβαίνει δὲ ἰσχυροὺς καὶ θρασεῖς εἶναι τοὺς οἰκοῦντας ἐν ἐκείνοις τοῖς τόποις· ἀναλόγως δὲ καὶ οἱ τοῦ μέσου καὶ τῶν ἄκρων ἐγγύτερον ὄντες, τῆς κράσεως τὸ εὐδιακρίτου αὐτοῖς μετέχουσι. διὸ δὲ, ὡς ὁ Πλάτων φησὶν, ὅ, τε ἂν ἐκ τῶν βαρβάρων μάθημα λάβωσιν οἱ Ἕλληνες, τοῦτο ἀμεινον ἐκφέρουσι· μάλιστα δὲ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων οἱ Ἀθηναῖοι.

22 Διόπερ καὶ στρατηγικοὶ γεγένηνται πρῶτον, καὶ γραφικῆς εὑρετικοὶ,

tertio, universus mundus, cœlum, inquam, una cum terra.

Perfectissima & deterrima, inquit, natura comparata sunt ad semper operandum: Deus scilicet, & plantæ. Deus enim, & quæcunque illi proxima sunt, semper operantur secundum mentem & rationem. Plantæ etiam semper operantur: nutriuntur enim nocte & die: sed nec homo, nec bruta animantia perpetuo operantur: nam medio ferme tempore dormiunt, & quiescunt.

Græci moribus semper antecellunt barbaros: quia temperatam mundi regionem incolunt. Scythæ vero, & Æthiopes, quorum illi frigore, hi æstu infestantur, constipata exteriori corporis superficie, & plurimo calore ac humore intus consumpto, temperamentum pessimum obtinent. Ideoque violenti & audaces sunt, qui eas incolunt regiones. Atque ita secundum proportionem qui medio, aut extremis viciniores sunt, de viciniæ temperamento participant. Ideoque teste Platone, quamcunque disciplinam Græci à barbaris acceperint, eam melius proferunt; & maxime quidem, præ aliis Græcis, Athenienses.

Quapropter primi omnium rei militari studuerunt: & picturam,

omneſque artes mechanicas, & militares, quin & dicendi facultatem, & mathematicas ſcientias invenerunt. Quocirca nec adventitia, ut ita dicam, Athenis eſt eruditio, ſed nativa: cum aër iſtius regionis tenuiſſimus, & puriſſimus ſit: ut non ſolum terram attenuet, (quæ cauſa eſt cur ſterilis ſit Attica) ſed & hominum ingenia ſubtilia reddat. Solet enim tenuis aër terræ quidem nocere, ſed prodeſſe ingeniis.

καὶ πάσης τέχνης, βαναύσου τε καὶ πολεμικῆς· ἔτι δὲ καὶ λόγων, καὶ μαθημάτων. διὸ καὶ οὐδ' ἐπείσακτός ἐστιν, ὡς εἰπεῖν, ἡ παιδεία ἐν τῇ Ἀθήναις, ἀλλ' ἐκ φύσεως ὑπάρχουσα· τοῦ πιώτου ἀέρος ἰσχνοτάτου ὄντος, καὶ καθαρωτάτου· ὡς μὴ μόνον τὴν γῆν λεπτύνειν, (δι' ἣν αἰτίαν καὶ λεπτόγεώς ἐστιν ἡ Ἀττικὴ) ἀλλὰ καὶ τὰς ψυχὰς τῶν ἀνθρώπων· συμβαίνει γὰρ τὸν λεπτὸν ἀέρα τῷ μὲν γῇ βλάπτειν, τὰς δὲ ψυχὰς ὠφελεῖν.

Venti Eteſiæ ardentiſſimo æſtatis tempore hujuſmodi de cauſa ſpirant. Sol jam ſublimior, magiſque à locis meridionalibus ad ſeptentrionem converſus, diſſolvit humorem, qui eſt verſus ſeptentrionem, is ſolutus primo in aërem, deinde in flatum commutatur, unde venti Eteſiæ exiſtunt. E ſpiritu ſcilicet, qui ex ſoluto ad ſeptentrionem humore oritur. Ad oppoſitas ergo plagas meridionales feruntur, eoque delati ad altiſſimos Æthiopiæ montes obhæreſcunt. Ubi autem coacervati ac condenſati fuerint, pluvias pariunt. Et ex hiſce pluviis increſcit æſtivo tempore Nilus, ex auſtralibus aridiſque locis profluens. Atque hoc Ariſtoteles inveſtigando comperit. Ipſe enim ex rei natura hoc deprehendit, rogans Alexandrum Mace-

Ὅτι οἱ Ἐτήσιαι πνέουσι καθ' τὸν καιρὸν τοῦ ἀκμαιοτάτου θέρους, δι' αἰτίαν τοιαύτην. ἡλίου μεταπωρότερον, καὶ ἀπὸ τῶν μεσημβρινῶν τόπων βορειότερον γινόμενος, λύει τὰ ὑγρὰ, τὰ ἐν τῇ ἄρκτῳ· λυόμενα δὲ ταῦτα, ἐξαερεῖται· ἐξαερούμενα δὲ πνεύματα· καὶ ἐκ τούτων γίνονται οἱ Ἐτήσιαι ἄνεμοι, ἐκ τῶν πνευμάτων, τῶν ἀπὸ τῆς λύσεως τῶν βορείων ὑγρῶν γινομένων. φέρονται γὰρ ἐπὶ τοὐναντίους τόπους τοὺς μεσημβρινούς· ἐκεῖ δὲ ταῦτα ἐκφερόμενα, προσπίπτει τοῖς ὑψηλοτάτοις ὄρεσι τῆς Αἰθιοπίας· καὶ πολλὰ καὶ ἀθρόα γινόμενα, ἀπερείδεται νεφέσι. καὶ ἐκ τῶν νεφῶν τούτων ὁ Νεῖλος πλημμυρεῖ τοῦ θέρους, ἀπὸ τῶν μεσημβρινῶν καὶ ξηρῶν τόπων ῥέων. καὶ τοῦτο Ἀριστοτέλης ἐπραγματεύσατο. αὐτὸς γὰρ ἀπὸ τῆς φύσεως ἔργῳ κατενόησεν, ἀξιώσας πέμψαι τὸν Ἀλέξανδρον

τὴν Μακεδόνα εἰς ἐκείνους τοὺς τόπους, καὶ ὄψεσθαι τὴν αἰτίαν τῆς τοῦ Νείλου αὐξήσεως διαλαβεῖν. διό φησιν, ὡς τοῦτο ἐκέτι πρόβλημά ἐστιν. ὤφθη γὰρ φανερῶς, ὅτι ἐξ ὑετῶν αὔξεται. καὶ τὸ διαθόξον, ὅτι ἐν τοῖς ξηροτάτοις τόποις τῆς Αἰθιοπίας, ἐν οἷς ἔτι χειμὼν, ἔτι ὕδωρ ἐστὶ, ξυμβαίνει δι' ἡρος πλείστους ὑετοὺς γίνεσθαι.

donem ut ad ea loca mitteret, qui cauſam incrementi Nili oculis cognoſcerent. Propterea, ait, hac de re non quærendum amplius. Clare enim patet ex pluviis augeri. Et maxime quidem mirandum, in aridiſſimis locis Æthiopiæ, ubi nec hyems nec aqua ulla, æſtivo tempore plurimos imbres oriri.

TELOS.

NOTÆ

CONRADI RITTERSHUSII,

JC. & Professoris Norici,

IN

MALCHUM,

SIVE

PORPHYRIUM,

DE

VITA PYTHAGORÆ.

Excusæ primum Altorfii, apud *Cunradum Agricolam*, Anno CIↃ DC X.

NOTÆ

CONRADI RITTERSHUSII,

I. C. & Professoris Marp.

IN

MALCHUM,

SIVE

PORPHYRIUM,

DE

VITA PYTHAGORÆ.

DANIELI HEINSIO

V. C. S. P. D. C. R.

MALCHI iſtius ſpem tibi jam pridem à me eſſe factam, meminiſſe potes, Vir doctiſſime. Eum ego tibi de Mſc. meo repræſentaſſem multo ante, niſi me varia remorata fuiſſent impedimenta: quibus & hoc licet annumeres, quod in animo habebam addere interpretationem Latinam & locorum quorundam obſcuriorum explicationem. Sed hoc conſilium abjicere me coëgerunt multiplices ἀσχολίαι: ne quid nunc de incommoda valetudine dicam. Ne vero nimis diu debeam tibi promiſſum munus, intereaque libellus hic forte nobis pereat: ipſum, qualis qualis eſt, Typographo noſtro per hoſce dies dedi imprimendum, cum alia requirenti inter ſcruta ac frivola mea ſeſe ad manum obtuliſſet. Quas adjeci Notulas, ita accipies, quaſi voluerim abs te uberiora Scholia & interpretationem libelli elicere. At hamatum quis hoc munus atque captatorium ea ratione indigitabit. Non equidem abnuero, dummodo mihi hoc relinquatur, non inhoneſtum hoc eſſe captandi genus, quo quis bonum augere publicum magis, quam ſuis commodis ſtudet. Vale, Cl. Heinſi, & quamvis hoc tua tot elegantiſſima & eruditiſſima munera, quibus me ſæpe exhilaraſti, nullatenus æquet, tamen velut grati animi πιμήεσσον à nobis recipe. Altorfii die xx. Februar. Anno MDCX.

NOTÆ
CONRADI RITTERSHUSII
IN
MALCHUM, ſive PORPHYRIUM:

Quibus non ſolum huic Scriptori, ſed & Jamblicho paſſim aliiſque auctoribus vel medicina vel lux aliqua affertur.

De Auctore hujus libelli conjectura.

MALCHUS iſte, quem nunc primi damus in publicum, qui genus, unde domo fuerit, equidem ſatis acceptum cautumve non habeo. Si conjecturæ locus eſt, fortaſſis idem ille ſit Philadelphenſis ſophiſta & hiſtoricus, ex cujus ſeptem libris rerum Byzantinarum Photius Patriarcha C. P. nonnulla excerpta in Bibliothecam ſuam retulit pag. 100. & ſeq. Græc. edit. Auguſt. D. Hœſchelii noſtri V. Cl. ubi & inſigne ipſius elogium additur, quod adſcribam: ἔστι δὲ ὁ συγγραφεὺς, εἴπερ ἄλλος, καὶ συγγραφὴν ἱστορίας ἄριστος, καθαρὸς, ἀπέριττος, εὐκρινὴς, λέξεων ποιᾶς ἀνθηρότητος καὶ εὐσήμους, καὶ εἰς ὄγκον τινὰ ἀπημβάσας, χρώμενος. καὶ δὴ καὶ καινοπρεπῆς αὐτῷ, ὅσον τὸ ἐμφατικὸν καὶ ἔννοιαν καὶ μεγαλεῖον ἔχουσι, διαβλέπουσι, καὶ ὅλος (fort. ὅλως legend.) καινὸν ἔστιν ἱστορικὸς λόγος. Σοφιστὴς δὲ ἦν τὸ ἐπιτήδευμα, καὶ ῥητορικῆς εἰς ἄκρον ἐλήλακως, καὶ τὴν ξενικὴν ὅσην ἔξω δι' χρισιανικὰ διάσης. Hæc Photiana mihi etiam in hunc noſtrum Malchum convenire videntur: ſicut illa quoque Suidæ: Μάλχος, Βυζάντιος Σοφιστὴς, ἔγραψεν ἱστορίαν ἀπὸ τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου, καὶ ἕως Ἀναστασίου, οὗ ἦν καὶ ὁ Ζήνωνα ὁ Βασιλίσκου, καὶ τὸν ἐμπεσμὸν τῆς δημοσίας βιβλιοθήκης, καὶ τὸ ἀγαλμάτων τῶν Αὐγουσταίων, καὶ ἄλλα πολλὰ διεξέρχεται, μάλα σεμνῶς, καὶ τραγῳδίας δικαίως ἀποφαινόμενα αὐτά. Si quis quid rectius hiſce noverit, noſque docuerit, habiturus eſt nos gratos didactri debitores.

Quiſquis autem hic fuerit Malchus, facile apparet, καὶ αὐτὸ δείκνυσι, pereruditum & antiquum eſſe ſcriptorem, qui multos legerit auctores, quorum hodie monumenta non habemus. Cumque plurima hic occurrant, quæ totidem, aut certe paululum immutatis verbis legas apud Jamblichum *de Vita Pythagoræ*: jure dubitet quiſpiam, uter horum ea fuerit ab altero mutuatus. Ego in ea ſum ſententia, Malchum Jamblicho poſteriorem eſſe, adeoque veluti quendam ejus epitomatorem. Quicquid ſit, proderit collatio horum duorum ad ἐπανόρθωσιν quorundam apud Jamblichum, quæ ſatis multa etiam poſt Machaoniam curationem doctiſſimi viri Deſiderii Heraldi in morbo mendiſque ubi cubant: quod infra non uno loco demonſtrabimus.

Additum habebat liber Mſc. ἢ Βασιλέως: quo ſuſpicamur indicare voluiſſe librarium, Malchi nomen, (quod Hebraïcæ eſt originis) Regem ſignificare.

ΠΥΘΑΓΌΡΟΥ ΒΊΟΣ.

Qui Philoſophorum vitas deſcripſere, multi ſunt. Primum autem exemplum à Xenophonte profectum eſſe accepimus, de quo ita ſcribit Suidas: Ξενοφῶν, Γρύλλου, Ἀθηναῖος, φιλόσοφος Σωκρατικὸς, ὃς πρῶτος ἔγραψε βίους φιλοσόφων. Sed hoc opus hodie non exſtat.

Pythagoræ vitam præter Malchum noſtrum plures retulerunt in literas: ut eſt inprimis Ariſtoxenus, qui Dionyſii Syracuſani temporibus vixit, ipſique illi Tyranno familiarem ſe fuiſſe ſignificat in ſcriptis ſuis. Ita enim ex nobili illa hiſtoria didicimus de vadimonio Damonis, quod præſtitit pro amico ſuo Phintia capitis damnato: de qua Jamblich. Num. 234. & 235. & Malch. Num. 60. 61. Eum Cicero 1. *Tuſcul.* Dicæarchi æqualem ac condiſcipulum doctumque hominem vocat. Hujus Ariſtoxeni teſtimonio de Pythagora Agellius quoque utitur lib. IV. cap. 11. nec ſine inſigni viri elogio: *Ariſtoxenus* (inquit) *Muſicus, vir literarum veterum diligentiſſimus, Ariſtotelis Philoſophi auditor, in libro quem de Pythagora reliquit*, &c.

Eſt deinde Hermippus, cujus perhonorifica exſtat mentio apud Joſephum Judaicarum rerum ſcriptorem luculentiſſimum, lib. 1. contra Appionem. *Pythagoras Samius*, (inquit) *cum ſit antiquus quidem ætate, ſapientia vero & divina pietate philoſophos omnes excellens, non ſolum quæ noſtra ſunt agnoviſſe manifeſtus eſt, ſed etiam æmulatus ea ex multis apparet. Et ejus quidem conſcriptio nulla reperitur: multi tamen de ea retulere: quorum inſignior eſt Hermippus, vir circa omnem hiſtoriam diligentiſſimus indagator. Refert itaque in primo de Pythagora libro, quod Pythagoras uno familiarium ſuorum defuncto, nomine Calliphonte, genere Crotoniate, illius animam dicebat ſecum degere die noctuque: & præcipere, ut non tranſiret locum, ubi aſinus lapſus eſſet, & ab aqua fæculenta ſemetipſum abſtineret, & ab omni blaſphemia recederet. Deinde ſequitur: Hæc autem agebat atque dicebat, Judæorum & Thracum opiniones imitatus, ac transferens in ſemetipſum. Dicitur enim vere, quod ille vir multas Judæorum leges in ſuam tranſtulit philoſophiam.* Ejuſdem Hermippi librum ſecundum de Pythagora laudat Diogenes Laërtius lib. VIII. p. 574. & facit ejus mentionem doctiſſimus Origenes lib. 1. contra Celſum pag. 13. Λέγεται δὲ ὁ Ἕρμιππος ἐν τῷ πρώτῳ περὶ νομοθετῶν ἱστορικέναι, Πυθαγόραν τὸν αὐτὸν φιλοσοφίαν λαβεῖν Ἰουδαίων εἰς Ἕλληνας ἀγαγεῖν. Didymus quoque de Philoſophia Pythagorica librum conſcripſit, ut didici ex Clemente Alexandrin. lib. 1. *Stromat.* pag. 113. Alexis etiam Poëta Comœdiam fecit, quam inſcripſit, *Vitam Pythagoræ*: ut indicat præter Athenæum, Agellius lib. cap. 11. Nicomachi quoque teſtimonia de Pythagora non raro adducuntur apud Malchum & alios: ſicut etiam Apollonius à Malcho laudatur Num. 2. & Lycus, Num. 4. Eſt præterea Jamblichus Chalcidenſis ex Cœle-Syria, qui Juliani Imperatoris temporibus vixit, ab eoque maximo in pretio habitus fuit. Hunc ante duodecim annos primus in lucem protulit Johannes Arcerius Theodoretus Friſius, magnamque ea editione gratiam apud ſtudioſos iniit, majorem tamen & gratiam & laudem promeriturus, ſi & ab emendationibus, plerumque temerariis, & à Latina interpretatione infeliciſſimam manum abſtinuiſſet, ac potius omnino talem exhibuiſſet Jamblichum, quantumvis corruptum, qualem in Mſc. invenerat, cuilibet liberam relinquens correctionem. Eſt item Lycon Iaſeus, cujus librum de Pythagora laudat Athenæus lib. 1. Eſt & Diogenes Laërtius, qui librum VIII. ſuæ Philoſophicæ βιογραφίας à Pythagora eſt exorſus. Alium quoque Diogenem quendam in Commentar. de rebus incredibilibus ultra Thulen, Pythagoræ mentionem feciſſe, diſcimus ex Malcho Num. 10. De Moderato, qui Scholarum Pythagoricarum libros aliquot ſcripſit, dicam infra.

De Dicæarcho itidem infra dicam. Eſt denique ἀνώνυμος quidam ſcriptor vitæ Pythagoræ: ex quo excerpta videri poſſunt apud Photium Patriarcham C. P. Bibliothecæ pag. 712. & 4. ſeqq.

De Pythagorica etiam Philoſophia & Symbolis ejuſdem multos ſcripſiſſe, Ariſtotelem, Androcydem, Antiphanem, Alexandrum, didicimus ex citatis locis Jamblichi, Malchi, Athenæi, Agellii, Clementis Alexandrini, & aliorum. Et Jamblichus quidem Num. 31 ex ſummo illo philoſophorum apice hanc refert Ἀφαίρεσιν Pythagoreorum, ab ipſis inter arcana habitam: Τὸ λογικὸν ζῶον τὸ μὲν ἐστι θεὸς, τὸ δ' ἄνθρωπος, τὸ δ' οἷον Πυθαγόρας: quaſi mediæ cujuſdam naturæ inter divinam & humanam conſtituerent illum ſectæ ſuæ principem. Ejus veriverbium quoque hic annotare pretium operæ fuerit. Ariſtippus enim Cyrenæus inde ſic appellatum putabat Pythagoram, ὅτι τὸν ἀληθείαν ἠγόρευεν οὐχ ἧττον τῶν Πυθίων: ut retulit Diog. Laërt. d. lib. VIII. pag. 581. & ex eo Suidas in Πυθαγόρας ὁ Σάμιος. Eundem etiam κομήτην vocabant τὸν ὁμὸν Σάμιον κομήτην, h. e. *Samium capillatum*, ſeu *comatum*: teſte Jamblich. Num. 11. & 30. ubi docet, hanc appellationem abiiſſe in proverbium, quod ſuo quoque ævo durarit, quo uterentur ad deſignandum aliquem ſummæ gravitatis ac religionis virum.

Διόπερ ἔτι καὶ νῦν (inquit) ἡ παροιμία τὸν ὁμὸν Σάμιον κομήτην ἐπὶ τοῦ σεμνοτάτου ἀφικνεῖται. Ne hoc quidem hic reticendum videtur, quod Pythagoram ejus ſectatores non ſuo nomine appellarint, ſed vel θεῖον, dum in vivis erat, vel ἐκεῖνον τὸν ἄνδρα, cum jam ex rebus humanis eſſet exemptus: quod illi quidem (ut facile eſt animadvertere) ſummæ venerationi ſui magiſtri tribuebant. Docuit nos hoc myſterium Jamblichus, & ſane aliquot locis: ut Num. 53. 88. & 255.

Jam Romani Pythagoram quanti fecerint, vel inde quivis æſtimet, tum quod ſuæ civitati ipſum adſcripſere, tum quod ænea ſtatua decorarunt, ſicut & Alcibiadem; (alterum ut fortiſſimum Græciæ, alterum ut ſapientiſſimum ita honorantes) tum denique quod Numa Rex (quem & familiariter uſum ajunt Pythagora) multa ipſius ut magiſtri ſui inſtituta imitatus fuiſſe vulgo creditus fuit. Vid. Plutarch. in *Numa*. Sed Dionyſius Halicarnaſſeus lib. 2. *Antiquitat. Roman.* refutat eorum opinionem, ut commentitiam, qui tradiderunt, Numam Pythagoræ diſcipulum fuiſſe, & Crotone, ubi tunc Philoſophiæ ſub hoc magiſtro dederit operam, accerſitum eſſe Romam ad capeſſendum regnum. Id fieri per temporum rationem negat potuiſſe, tum quia Crotoniatarum urbs toto quadriennio poſt ſuſceptum à Numa regnum fuerit à Myſcelo primum condita: tum quia Pythagoras totis quatuor ætatibus fuerit poſterior Numa. Hunc enim circa medium XVI. Olympiadis regno potitum fuiſſe: at illum poſt quinquageſimam demum Olympiadem in Italia docuiſſe.

Eundem errorem refellit & Cicero in proœmio 4. *Tuſcul. Quæſt.* & 2. *De Orat.* Utriuſque magni auctoris verba ipſa audire, eſt operæ pretium. Sic igitur Cicero: *Quin etiam arbitror propter Pythagoreorum admirationem Numam quoque Regem Pythagoreum à poſterioribus exiſtimatum. Nam cum Pythagoræ diſciplinam & inſtituta cognoſcerent, Regiſque ejus æquitatem & ſapientiam à majoribus ſuis accepiſſent, ætates autem & tempora ignorarent propter vetuſtatem, eum qui ſapientia excelleret, Pythagoræ auditorem fuiſſe crediderunt.*

Idem deinde Cicero loco altero: *Philoſophiam*, inquit, *hæc civitas aſpernata nunquam eſt. Nam & referta quondam Italia Pythagoreorum fuit, tum cum erat in hac gente Magna illa Græcia: ex quo etiam quidam Numam Pompilium, illum Regem noſtrum, fuiſſe Pythagoreum ferunt, qui annis permultis ante fuit, quam ipſe Pythagoras: quo etiam major vir habendus eſt, cum illam ſapientiam conſtituendæ civitatis duobus prope ſeculis ante cognovit, quam eam Græci natam eſſe ſenſerunt.*

Livius autem lib. 1. cap. 18. *Auctorem* (inquit) *doctrinæ ejus*, (Numæ ſcilicet, quem vocat *conſultiſſimum omnis divini atque humani juris*, ut in illa quiſquam ætate eſſe poterat) *quia non exſtat alius, falſo Samium Pythagoram edunt: quem Servio Tullio regnante Romæ centum amplius poſt annos, in ultima Italiæ ora circa Metapontum, Heracleamque & Crotonem juvenum æmulantium ſtudia cætus habuiſſe conſtat. Ex quibus locis, etſi ejuſdem ætatis fuiſſet, qua fama in Sabinos aut quo linguæ commercio quemquam ad cupiditatem diſcendi exciviſſet? quove præſidio unus per tot gentes diſſonas ſermone moribuſque perveniſſet?* Idem lib. XL. cap. 29. *Adjicit Antias Valerius, Pythagoricos fuiſſe* (ſcil. libros Numæ, quos ſcribit ſub Janiculo inventos eſſe in una duarum arcarum lapidearum operibus plumbo devinctis, & crematos) *vulgatæ opinioni, qua creditur Pythagoræ auditorem fuiſſe Numam, mendacio probabili accommodata fide.*

Accedat eodem auctoritas Ciceronis, qui lib. 1. *Tuſcul. Queſt.* ſcribit, Pythagoram regnante Tarquinio Superbo in Italiam veniſſe, tenuiſſeque Magnam illam Græciam cum honore & diſciplina, tum etiam auctoritate, &c. Ciceroni ſuccinit & Agellius lib. XVII. cap. ult. *Poſt ea Pythagoras Samius in Italiam venit, Tarquinii filio regnum obtinente, cui cognomentum Superbus fuit.*

Cum Dionyſiii Halicarnaſſei teſtimonio de L. Olympiade fere congruit Chronologia Euſebii, qui pag. 149. ad Olympiadem ſexageſimam annotavit iſta: Φερεκύδης ὑποδιος ἐγνωρίζετο, Πυθαγόρᾳ διδάσκαλῳ: quamvis idem Euſebius lib. priore pag. 42. Theognidem faciat Pythagoræ magiſtrum: Θεόγνις ποιητὴς ἐγνωρίζετο, Πυθαγόρᾳ διδάσκαλῳ: (niſi forte quid deſit) & ad Olympiadem LXIV. Σάμιοι πρεσβύται Πολυκράτης, καὶ Συλοσῶν, καὶ Παντάγνωτος ἀδελφοὶ μίγνυσι: & ad Olympiad. LXV. Πυθαγόρας φυσικὸς φιλόσοφος ἐγνωρίζετο. S. Hieronymus libro priore Chronic. Euſebii pag. 30. *Pherecydes hiſtoricus clarus habetur.* Et mox: *Apud Samum tyrannidem exercent tres fratres, Polycrates, Syloſon, & Pantagnotus*: & pag. 31. Olympias LXV. in qua Perſarum Regis Darii filii Hiſtaſpis fuit annus ſecundus: *Pythagoras Phyſicus philoſophus clarus habetur.*

Eademque repetit libro poſteriore pag. 128. & 129. Euſebio autem antiquior Clemens Alexandrin. *Stromat.* 1. p. 130. Pythagoram cum Polycrate ad Olympiadem LXII. per anticipationem quandam rejicit: Πυθαγόρας δὲ καὶ Πολυκράτη τὸν τύραννον, ὡς τῷ ἑξηκοστῷ δευτέρῳ Ὀλυμπιάδα εὑρίσκει.

Mors autem Pythagoræ refertur ab Euſebio ad annum ultimum Olympiadis LXX. Vide Græc. pag. 43. & 152. Πυθαγόρας ὁ φιλόσοφος τέθνηκεν ἐτῶν λέ, οἱ δὲ οσ'. Et Lat. Hieron. Verſion. pag. 130. ubi omiſit de ætate Philoſophi, qui annos XCV. vel ſecundum alios LXXV. vivendo complevit.

At apud Photium in *Bibliotheca* p. 712. in Excerptis ex ignorabili ſcriptore vitæ Pythagoræ legimus, ipſum ad annum quartum ſupra centeſimum perveniſſe. Ὅτι ρ' καὶ πεσάρων ἐτῶν λέγεται ἐξηκέναι τὸν Πυθαγόραν. Sed fortean apud Photium o' aut λ' corruptum eſt in ρ'. Apud Diogenem Laërt. denique pag. 595. tantum octoginta, & ab aliis nonaginta anni ipſi tribuuntur: Ὁ γὰρ Πυθαγ. (ὡς μὲν Ἡρακλείδης φησὶν ὁ τῦ Σαραπίωνος) ὀγδηκοντούτης ἐπλεύσε, καὶ τῷ ἰδίῳ ὑπογραφῷ τῶν ἡλικιῶν. ὡς δ' οἱ πλείους, ἐτῶν βιὰς ἐνενήκοντα. Huc uſque ad tit. Opuſculi. Sequitur ad ipſum textum.

Num. 1. Μνησάρχου μεγαῖδαι παῖς] Num. Mneſarchi filium Pythagoram Herodotus 1. quoque vocat *Muſa* 4. & Clemens Alex. & Juſtinus, & Origenes, & Jamblichus, & alii paſſim. Apud Jamblich. Num. 146. reſtituo, Πυθαγόρᾳ τῷ Μνησάρχῳ: ſcil. υἱῷ, pro τῷ Μνησάρχῳ, quod eſt editum. Sed quid eſt quod apud Jamblich. Num. 4. legimus Μνήμαρχον καὶ Πυθαΐδα τὰς Πυθαγόραν γνησίους; Puto ibi Μνήσαρχον perperam commutatum in Μνήμαρχον. At Juſtinus lib. XX. patrem Pythagoræ facit

Demaratum Samium, locupletem negotiatorem. Apud Juſtini exſcriptorem Johannem Saresberienſem Lib. VII. *Policratici*, cap. 4 Maratum legimus: ſed puto capite minutum, & reſtitui oportere etiam ibi Demaratum. Ipſius quoque Pythagoræ filiorum alter Mneſarchus, Telauges alter dictus fuiſſe perhibetur. Incertus autor vitæ Pythagoræ apud Photium Patriarcham C. P. *Bibliothecæ* pag. 712. Καὶ ὁ μὲν Μνήσαρχος εἰς τῶν ὑῶν αὐτὸν λέγεται νεώτερος πλούτησαι. Τηλαυγὴς δ' ὁ ἕτερος διεδέξατο. Ibidem duas nominat Pythagoræ filias, Saram & Myiam. Telaugis autem cum alibi fit mentio, tum apud Jambl. Num. 146.

Pauſanias *Corinthiacis* Pythagoram facit pronepotem Hippaſi, nepotem Euphronis, filium Mneſarchi: & Hippaſum ait ob diſſenſiones quaſdam cum Regnida profugiſſe à Phliaſiis Samum. Hæc genealogia præſtantis hiſtorici merito opponitur & præfertur illi alteri proſapiæ nugatoriæ ac fabuloſæ, de qua dicetur infra, quaſi Pythagoras fuiſſet aliquando Euphorbus, & Æthalides, & Hermotimus, & Pyrrhus, & neſcio quis præterea alius.

Κλεάνθης δὲ] Puto hunc eſſe Cleanthem illum Philoſophum Stoïcum, quem ſcribunt noctu aqua è puteo haurienda mercedem meruiſſe, ut interdiu ſtudiis vacate poſſet, unde per alluſionem nominis dictus ſit φρεάντλης. Ex hoc autem loco Malchi intelligimus, libros rerum fabuloſarum, ad minimum quinque, eum ſcripſiſſe. Nihil hodie ipſius exſtat præter fragmenta quædam carminum: ex quibus ſunt cum primis memorabiles IV. illi verſus Heroïci apud Clement. Alexandrinum lib. V. *Stromat.* conſervati, de inſulſis & ineptis vulgi opinionibus ac judiciis contemnendis. Idemque duobus Jambicis alibi non dubitat hominem illiberalem pronuntiare eum, qui ad opinionem reſpiciat, quaſi inde quippiam bonæ rei poſſit ipſi exiſtere. Priores illi vel ex Chronicis Phil. Melanch. notiſſimi ſunt, ideoque hic omittantur. Jambicos tantum adſcribam:

Ἀγελαῖος πᾶς, ὅστις εἰς δόξαν βλέπει,
Ὡς δὴ παρ' ἐκείνης τοὐξόμενος καλόν τινος.

Hoc eſt:

Quicunque opinionibus defixus eſt,
Quaſi hinc boni queat ſibi quid contingere,
Illiberali hunc præditum eſſe ajo indole.

De eodem Cleanthe memorabile eſt & illud, quod apud Simplicium legi in Commentar. ad Enchiridion Epicteti, à Senatu Romano tantum ei habitum honorem, ut ex S C. ſtatua ipſi poſita ſit Aſſi, quam ipſemet ſe vidiſſe teſtatur. Eſt etiam ipſius de ſue Etymon & apophthegma dignum annotatione & memoria, relatum à Clemente Alex. *Stromat.* 2. pag. 174. Etymon hoc eſt: Τλῶν ὖν, θυῶ εἶναι, ὡς εἰς θῦσιν ἐ σφαγλῶ μόνον (forte μόνλω legend.) ἐπιτήδειον. *Suem apud Græcos à mactando dictam videri, quod uni huic uſui apta deſtinataque ſit, ut macletur.* Apophthegma illud eſt: *Sui animam pro ſale datam eſſe, ne caro putreſceret:* δεδόσθαι τῷδε τῷ ζώῳ ψυχλὼ πρὸς ἁλὸν ἕτερον, ἢ ἕνεκα τοῦ πὶς σάρκας σφεγγᾶν: quod idem Cleanthis ſcitum refert etiam in 7. *Stromat.* p. 304. paulo aliis verbis: Αἴσωπος ὁ κακῶς ἔφη, τὰς ὗς κεκραχθῦαι μέγιστον, σωτειδέναι γὰρ αὐτοῖς εἰς ἁλὸν ἄλλο χρησίμοις, ὅταν ἕλκωνται (hæc duo verba, ὅταν ἕλκωνται, puto rectius collocari poſt κεκραχθῦαι μέγιστον) ἢ πλλῶ, (leg. πλλῶ ἢ, vel omnino delendo ἢ) εἰς τὴν θυσίαν. Διὸ ἑ Κλεάνθης φησιν, ἀνθ' ἁλῶν αὐτὰς ἔχειν τλὼ ψυχλὼ, ἵνα μὴ σαπῇ τὰ κρέα. Nota hic obiter, θυσίαν nihil aliud ſignificare quam θῦσιν, i. e. mactationem, ſive lanienam, ne quis putet, eo nomine denotari ſacrificium, ad quod porcus non adhibetur. Sed jam ab hac digreſſione non injucunda in viam redeamus.

Εἰς πᾶσιν μᾶθησιν ὄντως εὐφυὴς] Tali qui natus eſt ingenio, is eleganter ab Herodoto dictus eſt, ἔχειν ψυχλὼ ὀργῶσαν πρὸς τὰ μαθήματα. Et talem ipſe ſenex agnovit indolem in Thucydide adoleſcente, & prædicavit ad Patrem ejus Olorum. Suidas in Ὀργᾶν· Ἡρόδοτος ἰδὼν Θουκυδίδην ἔτι σὺν παιδαρίῳ τινὸς δακρύοντα, ἔφη· Μακαρίζω σε, Ὄλορε, τῆς εὐπεκίας. Ὀργᾶν δὲ σὺς

θὺς ὑὸς ἐργάσιμα ἔχει τὴν ψυχὴν πρὸς τὰ μαθήματα. Idem Suidas in Εὐφυΐα, nescio ex quo Aristotelis commentatore hæc annotavit: Εὐφυεῖς εἰσὶ τὸ οἰκειοῦσθαι μὲν πρὸς τὰ ἀληθῆς, ἀπηρέφεσθαι δὲ τὸ ψεῦδος. ὁ δὲ τοῦτο ἔχων, ἔχει καὶ τὸ κρίνειν τ' ἀληθῆς δικαίως καλῶς. Vide quæ ibid. plura sequuntur de judicandi dexteritate.

Φερεκύδῃ τῷ Συρίῳ] Duobus Pythagoræ doctoribus Pherecydi & Hermodamanti mox Num. 2. tertium adjunget Anaximandrum Physicum: quos & Jamblich. conjunxit Cap. 2. Num. 11. Quo modo autem Pherecydem nec in morbo fœdissimo, nec in morte deseruerit gratissimus hic discipulus, dicetur infra.

Ἑρμοδάμαντι τῷ Κρεοφυλίῳ] Plures scilicet fuisse Hermodamantas: quorum uno Pythagoras pro doctore, alio pro familiari & comite fugæ usus est. De isto vide Malchum infra, Num. 15. De illo meminit etiam Apulejus in *Floridis*: sed ibi corruperunt nobis librarii Hermodamantem in Leodamantem. Verba sunt: *Itemque Leodamantem, Creophyli discipulum* (scilicet disciplinæ gratia sectatus Pythag.) *qui Creophylus memoratur Poëtæ Homeri hospes & æmulator canendi fuisse.* Vide & Strabon. lib. 14. *Geograph.* ubi etiam Callimachi epigramma tetrastichon refert in opus Creophyli Samii, quod Homero ejus hospiti à quibusdam fuerit attributum.

Τὸν Τδυπαγόραν] Ita erat in MS. Puto autem rescribendum τὸν Πυθαγόραν: de eo enim hic sermo, non de aliquo Teutagora, quem nusquam alibi reperio. Puto autem & alia hic esse parum sana. Num. 1.

Ἀγχαῖον] Apud Jambl. Cap. 2. Num. 3. Ἀγκαῖος vocatur, qui cum antea Samum Cephaleniæ incoluisset, postea jussu oraculi Apollinis coloniam deduxerit in Insulam, quæ ob soli bonitatem fertilitatemque Melamphyllos appellata sit, quasi tu *Nigrifoliam* dicas. In ea insula urbem quam condidit Ancæus, Samum indigitavit, ad exemplum alterius illius Cephaleniæ. Is Ancæus Jove genitus credebatur, εἴτε δι' ἀρετὴν, εἴτε ἀφ' ψυχῆς τι (malim τὸ) μέγεθος, πιότητι τοῦ φήμου αὐτὴν ἀπενεγκάμενος, ut est apud Jambl. Pausanias tamen in Achaïcis (mihi p. 208.) Ancæum filium facit Neptuni & Astypalææ. Apud Arcerium Interpretem scribitur Melamphylos, h. e. *nigra tribus*, gens vocitata, quasi scilicet μελαινα φυλὴ inesset in μελάμφυλος (ita scribitur apud Strabonem lib. XIV. non μελάνφυλος.) Verum una litera auctius legendum μελάμφυλλος: quod vel ex posteriore versu oraculi Delphici apud Jambl. ibid. mox relati satis evincitur, ubi est: Φυλὰς δ' ὀνομάζεται αὐτή. Nomen igitur habuit insula à foliis nigris; non à tribu vel gente nigra: ἀπὸ τῶν φύλλων, ἀ ἀπὸ φυλῆς. Et quid tribus seu gens ad fertilitatem soli? Nec enim ut arbores & folia, sic & homines terra nascuntur, quasi blitum, inquit Varro. Apud Strabonem dicto l. XIV. inter varia Sami nomina (quæ sæpe commutavit) est etiam μελάμφυλλος: (quamvis, ut antea innuebam, in quibusdam editionibus sit μελάμφυλος, per unicum λ) aitque Geographus nobilissimus, insulæ illi ob fertilitatem excellentem fuisse accommodatum proverbium, ὅτι φέρει ἐρίφων γάλα: *quod etiam lac gallinarum ferat.*

Ποιητῶν τῶν Σαμίων τινὰ] Mentio anonymi hujus Poëtæ Samii, ejusque versus isti duo, extant etiam apud Jamblich. dicto cap. 2.

Σῖμον τὸν Ἀρμονικὸν] Apud Plinium lib. XXXV. cap. 11. Simum reperio inter nobiles pictores. Sed vix videtur idem esse cum isto Malchi. Num. 3.

Ἐκ Θεανοῦς] De Theano vide quæ dicam infra. Num. 4.

Τίμαιος δ' ἱστορεῖ] Hic est Timæus historicus, qui ob nimium alios reprehendendi studium Ἐπιτίμαιος dictus est, ἀπὸ τοῦ ἐπιτιμᾶν.

Τὴν δ' οἰκίαν Δήμητρος ἱερὸν ποιῆσαι] Domum Pythagoræ in ædem sacram Cereris conversam esse, à pluribus memoriæ proditum est auctoribus. Sed alii hoc à Metapontinis factum memorant; alii à

Crotoniatis. Juſtinus lib. xx. *Pythagoras* (inquit) *cum annos* xx *Crotonæ egiſſet, Metapontum migravit, ibique deceſſit: cujus tanta admiratio fuit, ut ex domo ejus templum facerent, eumque pro Deo colerent:* (intellige, Metapontini) de quibus etiam Diog Laërt. pag. 577. diſertè hoc atteſtatur: Μεταποντῖνοί γε μὲν τὴν μὲν οἰκίαν αὐτοῦ Δήμητρος ἱερὸν ἐκάλεσαν· τὸν δὲ στῖνον, Μουσεῖον, ὡς φησι Φαβωρῖνος ἐν παντοδαπαῖς ἱστορίαις. Valer. Maxim. autem Crotoniatis hoc tribuit, lib. VIII. cap. 15. Extern. Num. 1. *Crotoniatæ ſtudio ab eo petierunt, ut Senatum ipſorum, qui mille hominum numero conſtabat, conſiliis ſuis uti pateretur. Opulentiſſimaque civitas tam frequenter venerati poſt mortem domum Cereris ſacrarium fecit: quantumque illa urbs viguit, & Dea in hominis memoria, & homo in Deæ religione cultus eſt.*

NUM. 5. Λεύκος] Quis hic ſit Leucus, cujus quartum librum hiſtoriarum hic laudat Malchus, nondum reperire potui.

NUM. 6. Γεωμετρίας ἐπιστήμην Αἰγυπτίους] Quare ab antiquo Geometriæ tantum operæ impenderint Ægyptii, cauſam hanc invenio ab aliis indicatam, quod hæc ſcientia ipſis fuerit neceſſaria ad fines regendos, confuſis per inundationes Nili poſſeſſionibus agrorum.

Χαλδαίους δ' τὰ περὶ τὴν ἀστρονομίαν θεωρήματα] Suidas: Χαλδαῖοι, ὄνομα ἔθνους, περὶ τὴν ἀστρονομίαν ἠκριβωμένοι: ubi legendum puto, ἠκριβωμένον, ut referatur ad ἔθνος. Videtur autem his verbis Malchus pariter & Aſtronomiam & Aſtrologiam complecti. Chaldæos certè dictos eſſe non ſolum eos, qui motus ſiderumque cæli revolutionem obſervarent, ſed etiam qui ex cœtu motibuſque ſiderum, & poſitu reſpectuque ſtellarum fata ſe hominum prædicturos pollicebantur, cuivis paulo humaniori notum eſt. Nominantur etiam Chaldæi à Conſtantino & Juliano imperatoribus in L. 5. *Nemo aruſpicem. C. de Maleficis & Mathemat.* & ſimilibus; quorum divinandi curioſitas omnibus perpetuo ſilere jubetur, pœna gladii ultoris propoſita. Adverſum hoc genus prolixe diſſeruit Romæ Phavorinus, teſte Agellio lib. XIV. cap. 1. Vide & Ciceronem 2. *de Divinat.* cujus verba paulo poſt in Eudoxi mentione proferam. Vide & Johannem Picum Mirandulanum aliquot libris contra prædictiones aſtrologicas pugnantem, & Franciſc. Valeſium *de Sacra Philoſoph.* c. 31. & utroque antiquiorem Johannem Saresberienſem lib. 2. *Policrat.* cap. 19.

Ἀγυιεύς] Scribend. ἀγυιᾶς. Eſt enim ab ἀγυιάδειν, quod Suidas exponit ἀγυιάζειν. τὸ ἀγυιάδουσπος, τὰ τῆ ὑπιας ἐπιπλέουσπες. Idem, Ἀγυιεῖς, ἀγωνύνης, καθεύπτος, λατρείας. Heſychius: Ἀγυιάδι. σθεῖ). Ἀγυιάδων, εὐσεβῶν.

Εὔδοξος ἐν τῇ ἐδόξῃ τῆς γῆς περιόδῳ] Celeberrimum eſt hujus Eudoxi nomen, quod ab eo maximè facinore pulcherrimo inclaruit, quo primus annum apud Græcos conſtituere aggreſſus eſt. Unde apud Lucanum Julius Cæſar: *Nec meus Eudoxi vincetur faſtibus annus.* Fuit autem patria Cnidius, filius Æſchinis, unus ex auditoribus Socratis, Platonis æqualis, quicum & in Ægyptum profectus XIII annos ibi commoratus eſt, excellens Medicus, Aſtronomus & Geometra. Cicero 2. *de Divinat. Ad Chaldæorum monſtra veniamus: de quibus Eudoxus Platonis auditor* (malim, Socratis) *& in Aſtrologia judicio doctiſſimorum hominum facilè princeps, ſic opinatur, id quod* (leg. *idque*) *ſcriptum reliquit, Chaldæis in prædictione & in notatione cujuſque vitæ ex natali die minimè eſſe credendum.* Suidas: Εὔδοξος, Αἰσχίνου, Κνίδιος, φιλόσοφος, Πλάτωνος ἑλικιώτης (ſi æqualis, quod etiam Strabo teſtatur, ſcribens, ſocium profectionis Ægyptiacæ Platoni fuiſſe, non ergo auditor ejus fuit, ut erat apud Ciceronem) ᾧ πρεῖς ἐγένοντο θυγατέρες, Ἀκτίς, Δελφίς, Φιλτίς. καὶ ἔσχε πρὸς φιλοσοφίαν ὑπερφυῶς· ἔγραψέ τε πλείστα τῶν εἴδους τούτου, καὶ ἀκλαιτηρίδα. ἔτι δὲ δ' ἐπῶν ἀστρονομίαν. Strabo ſæpe Eudoxi teſtimoniis utitur, eique plurimum tribuit. Tantum unum & alterum adducam locum. Lib. XIV. ubi in deſcriptione Gnidi facit mentionem clarorum virorum, qui

inde oriundi fuerint, primo loco ponit Eudoxum. Ἄνδρες οἱ ἀξιόλογοι Κνίδιοι, πρῶτον μὲν Εὔδοξος, ὁ μαθηματικὸς, τῶν Πλάτωνος ἐπείρων· εἶτ' Ἀγαθαρχίδης, &c. Idem libro decimo ſeptimo ait, ſe vidiſſe in Ægypto loca, ubi Eudoxus & Plato fuerint commorati. Ἐκεῖ δὴ ἐδείκνυντο αὐτῷ τῶν ἱερέων οἶκοι, ᾧ Πλάτων ᾧ Εὔδοξος ἀφικέσθαι· συμφοιτᾶν γὰρ δὴ τῷ Πλάτωνι ὁ Εὔδοξος δοῦναι, καὶ συμδιατρῖψαι ἱερεῦσιν ὀνείροις σύντομόν τι χρόνον ἔτη, ὡς ἔφη τοῦτό ποτε. Περιττὸς γὰρ ὄντας καὶ τῶν ἐπιστημῶν τὰ ἀκρότατα, μυσικὸς ἦ καὶ δυσμεταδότους, τὸν χρόνον καὶ τοῖς θεραπείαις ἐξελιπάρησαν, ὥστε πάντα τὰ γεωμετρούμενα ἱστορῆσαι, τὰ πολλὰ δὲ ἀπεκρύψαντο οἱ βάρβαροι. Libro IX. eundem vocat virum Mathematicum, figurarumque atque climatum peritiſſimum. Ex hoc autem Malchi loco diſcimus, Eudoxum etiam γῆς περίοδον ſcripſiſſe, libris ut minimum VII. Fuit autem opus Geographicum: quo in genere habemus hodie, (ut de recentioribus nihil dicam) non modo Ptolomæum, & Strabonis libros, à Cl. Caſaubono illuſtratos, ſed & minores aliquot auctores, Marcianum Heracleotam, Scylacem Caryandenſem, Artemidorum Epheſium, Dicæarchum Meſſenium, & Iſidorum Characenum, qui à D. Hœſchelio Auguſtæ ante hos decem annos junctim ſunt editi.

Θηρεύοντα μηδέποτε πλησιάζειν] A venationibus alienos fuiſſe Pythagoreos, teſtatur & Jamblichus cap. 21. Περὶ δὲ θήρων, ὅ δοκιμάζειν καταγινέσθαι, οὐδὲ χρῆσθαι τοιούτῳ γυμνασίῳ. Sic & in jure Canonico Clericis venatione interdicitur, ut & donationibus in venatores collatis. Can. 8. *Qui venatoribus*, & 5. ſequent. *Diſtinct.* 86. qui tamen Canones, ſicut & alii plurimi hodie male obſervantur. Alias autem quanti facienda ſint venationum exercitia, ab illis quibus non ſunt prohibita, ſi intra modum uſurpentur, præſtantiſſimorum quorumque auctorum teſtimoniis olim probavi in Commentariis ad Oppiani *Cynegetica*.

Τῷ κορπείαν] Hanc paulo poſt, Num. 8. vocabit κακοπάθειαν: vel potius ἡ κορπεία circa τὴν κακοπάθειαν verſatur.

Ἀποδεξάμενον τῶν Αἰγυπτίων ἱερέων τὸν ἀγωγὸν] Studium hoc & amorem Ægyptiorum Sacerdotum in animo Pythagoræ excitavit Thales, qui ad ſe venienti ſtudio diſcendi, extremam ſenectutem cauſatus & virium imbecillitatem, per quam ipſi dare operam non poſſet, auctor exſtitit profectionis in Ægyptum ſuſcipiendæ, ad Sacerdotes Memphiticos & Dioſpolitas: à quibus nimirum ipſe quoque quicquid haberet ſapientiæ, quaſi viaticum abſtuliſſet. Quanto magis id obventurum Pythagoræ, quem videret non ſolum naturæ dotibus, ſed etiam exercitationis beneficio longe inſtructiorem quam ipſe fuerit? Prædicere igitur non dubitabat Thales de Pythagora, ſi illorum Sacerdotum conſuetudine uteretur, fore ipſum omnibus mortalibus divinitate & ſapientia ſuperiorem: ut ſcribit de hoc ſapientiſſimo Thaletis conſilio & augurio Jamblich. cap. 2. in fine. Sed in Græcis ibi quædam emendanda ſunt: Προετρέψατο, εἰς Αἴγυπτον ἀφικέσθαι, καὶ τοῖς ἐν Μέμφει καὶ Διὸς πόλεσι (legend. Διοσπόλει, vel Διοσπολίταις) συμβαλεῖν ἱερεῦσι. Περὶ (leg. ἀφ') ὧν ἐκείνων καὶ ἑαυτὸν ἐφοδιάσασθαι (leg. ἐφοδιάσασθαι) τῶν.

Γράψαι πρὸς Ἄμασιν] Pythagoram in Ægyptum, literis inſtructum commendatitiis Polycratis Samii Tyranni ad Amaſidem Ægypti regem (quem & Herodotus *Muſa* 3. narrat amicum fuiſſe Polycratis, ſed ejus prodigioſa felicitate offenſum, jus amicitiæ ipſi renuntiaſſe tandem, quod metueret, ne ſumma illa felicitas miſerabilem faciens exitum in ſummam miſeriam converteretur, ſicut etiam evenit) teſtatur etiam Diogenes Laërt. p. 568. Ἐγένετο δὲ ἐν τῇ Αἰγύπτῳ, ὁπηνίκα καὶ ὁ Πολυκράτης αὐτὸν Ἀμάσιδι συνέστησε δι' ἐπιστολῆς.

Τοῖς Ἡλιοπολίταις] Strabo lib. XVII. ſcribit, ſe, cum in Ægypto eſſet, Heliopoli magnas quidem conſpexiſſe domos, quas olim inhabitarant Sacerdotes, qui

& Philoſophi & Aſtronomi fuerint: ſed tunc temporis illum ordinem ac id ſtudii genus defeciſſe, adeoque ne unum quidem ſibi monſtrari potuiſſe priſcorum illorum ſtudiorum & exercitiorum antiſtitem. Tantùm ſacrificulos quoſdam ibi fuiſſe, qui peregrinis ſacrorum ſuorum ritus exponerent. Verba ipſius hæc ſunt: Ἐν δὲ τῇ Ἡλιουπόλει καὶ οἴκους ἐδείμεν μεγάλους, ἐν οἷς διέτελεον οἱ ἱερεῖς· μάλιστα γὰρ δὴ πάντων καπυκίαν γεγενῆσθαι φασὶ τὸ παλαιὸν, φιλοσόφων ἀνδρῶν καὶ ἀσφαλομικῶν· ἐκλέλοιπε δὲ καὶ τοῦτο νυνὶ τὸ σύστημα, καὶ ἡ ἄσκησις. Ἐκεῖ μὲν δὴ οὐδεὶς ἡμῖν ἐδείκνυτο τοιαύτης ἀσκήσιος θεσεως, ἀλλ' οἱ ἱερογραμματεῖς μόνον, καὶ ἐξηγηταὶ τοῖς ξένοις τῶν περὶ τὰ ἱερά.

Σκεπτομένων] Ita erat in MS. Sed procul dubio vera lectio eſt σκηπτομένων. Significatur hoc participio prætextus rei, quæ uſitatiore vocabulo dicitur πρόφασις, cum id pro cauſa rei affertur, quod non eſt vera cauſa: ſive cum aliud ſimulatur, aliud agitur. Heſychius: Σκήπτεται, προφασίζεται. Σκήπτοιτο, προφασίζοιτο. Σκῆψας, προφασισάμενος. Σκῆψις, πρόφασις. Suidas ſimiliter: Σκήπτεται, προφασίζεται. Σκῆψις, ἐπικάλυμμα, πρόφασις. &c. Et mox: Καὶ σκήπτομαι, ἀντὶ τοῦ προφασίζομαι: ubi & Ariſtoph. Plutum allegat. Confirmatur hæc noſtra emendatio per illa quæ hîc mox ſequuntur apud Malch. Κατὰ τὴν ὁμοίαν σκῆψιν: Et πρόφασις αἰτίας. Hæc enim idem valent, σκήπτεσθαι, προφασίζεσθαι, & αἰτίας προφέρεσθαι. At verbo σκέπτεσθαι nullus hîc poteſt eſſe locus. Notetur hîc malignum & ſubdolum ingenium Ægyptiorum ſacerdotum, quos & Strabo teſtatur fuiſſe μυσικὺς καὶ δυσμεταδότους, hoc eſt, per invidiam occultare ſua conſueviſſe, nec facilè cum aliis communicaviſſe. Id erga Pythagoram quoque ſatis declararunt, dum quaſi pro pila ipſum habentes, quod dicitur, alii aliò ablegarunt, Heliopolitæ quidem ad Memphitas, tanquam ſcilicet ſeniores; Memphitæ verò ad Dioſpolitas eum mittentes ſub eodem prætextu: Hi tandem metu iræ regiæ admittentes quidem, ſed duriſſimè habentes, ut vel ita ipſum malè tractando ab ſe alienatum abigerent.

Γεγονὸς οὐχ] Propter invidam ſcilicet occultationem ſacerdotum: Διὰ τὸ μυσικὸν καὶ δυσδιάδοτον αὐτῶν, ut cum Strabone loquar.

Καθασκευάσαι ἐν τῇ παρεδρῷ διδασκαλεῖον] Jamblich. Cap. 5. Num. 26. καὶ πρῶτον μὲν διατρίβην ἐν τῇ πόλει καθασκευάσασθαι, Πυθαγόραν καλούμενον ἐπὶ καὶ νῦν ἠμικύκλιον, ἐν ᾧ νῦν (οἱ f. leg.) Σάμιοι περὶ τῶν χειῶν βουλεύοντες, νομίζοντες, περὶ τῶν καλῶν καὶ τῶν ξυμφερόντων ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ ποιεῖσθαι ζήτησιν, ἐν ᾧ καθασκεύασεν ὁ πάντων ποιήσαμενος τὴν ἐπιμέλειαν. Ubi forte legendum καθασκήνωσεν.

Ἄντρον] De ſpecu Pythagorica vid. & Jamblich. C. 5. Num. 27. ubi Minoi Jovis filio ipſum confert, quem perhibent ſimiliter in antro IX annos habitaſſe, Jovique operam dediſſe.

Γεγονότα δ' ἐτῶν μ'.] Si verum eſt, quod Jamblich. ſcribit dicto c. 5. Pythagoram ex Ægyptiaca & aliis peregrinationibus Samum rediiſſe, cum jam LVI. præter propter annos natus eſſet, non video, qua ratione hîc dicatur idem annos tantum XL. natus Samum reliquiſſe. Fortaſſe corruptus eſt numerus, quod in notis eſt proclive.

Τὴν δ' Πολυκράτους τυραννίδα συνθυπτόμενον ὅσον] De eadem fuga Pythagoræ ex patria Samo, oppreſſa per tyrannidem Polycratis, poſt incredibilis felicitatis brevem uſuram tandem in crucem acti, ſcribit etiam Dio Chryſoſtomus Orat. 47. cujus verba referam infra. Eam fugam ſatis ſiniſtrè atque inique interpretatur Tertullianus lib. *De Anima* c. 31. quaſi ſcilicet ex ignavia mera fugiſſet, onera bellica detrectans: qua in re longè diſſimilem ſe oſtenderit Euphorbi, cujus tamen in ſe migraſſe animam dictitabat & credi volebat. *Ecce enim* (inquit) *Euphorbum militarem & bellicam animam ſatis conſtat vel de ipſa gloria clypeorum conſecratorum: Pythagoram verò tam reſidem & imbellem, ut prælia tunc Græciæ vitans,*

Italiæ maluerit quietem, Geometriæ & Aſtrologiæ & Muſicæ devotus, alienus ſtudio & affectu Euphorbi, &c. Quaſi ſcil. reprehenſionem mererentur, qui pacis ſtudia & artes ſequi & excolere malunt, quam horrida bella ſectari. Sic & Peluſiota noſter S Iſidorus lib. 4. *Epiſtolarum*, quem prius ἀνέκδοτον primus in lucem protraxi, Epiſt. 205. ideo Pythagoram ſcribit reſiliiſſe à conſuetudine Phalaridis, quod ſua doctrina dimovere ipſum ab inſtituto tyrannico non potuerit. Πυθαγόρας δὲ, ὁ μέγα ἐπὶ σοφίᾳ φρονήσας, τῇ Φαλάριδος συνουσίας ἆρά τι ἀπιπήδησεν; οὐκ ἐπειδὴ μετὰ τῶν τοσούτων διδασκαλίων οἰκεῖον πάλιν τύραννον ἐῶ; Quanquam autem ſuſpicari quis poſſit, memoria lapſum eſſe Iſidorum in eo, quod Phalaridem nominavit, cum voluerit vel debuerit dicere de Polycrate: facile tamen ipſum ab omni errato excuſari poſſe exiſtimo, cum ſciam, etiam Phalaridem tentatum fuiſſe à Pythagora ejuſque ſectatore Abaride Hyperboreo, ut à tyrannide & crudelitate impietateque deſiſteret; ſed fruſtra tentatum: ut teſtatur Jambl. c. 32. ubi Num. 221. quod ſcribit, memorabile cum primis eſt, eo ipſo die Phalaridem ab aliis trucidatum eſſe, quo die Pythagoræ & Abaridi mortem fuerit machinatus. Uſque adeo hic quoque vera fuit vel verſus ſententia:

Οἳ αὐτῷ κακῷ πύχῃ ἀνὴρ, ἄλλῳ κακῷ πύχων. Sed ad mentionem fugæ ob tyrannidem Polycratis pauliſper revertamur. De hac igitur Strabo lib. 14. *Geograph.* Ἐπὶ τούτου δὲ, (τοῦ Πολυκράτους) καὶ Πυθαγόραν ἱστοροῦσι φυομένην ἰδόντα τὴν τυραννίδα, συλλιπεῖν τὴν πόλιν, καὶ ἀπελθεῖν εἰς Κρότωνα καὶ Βαβυλῶνα φιλομαθείας χάριν· ἐπανιόντα δ' οἰκεῖσθαι, ὁρῶντα ἔτι συμμένουσαν τὴν τυραννίδα, πλεύσαντα εἰς Ἰταλίαν, οἰκεῖ μετελθεῖν τὸν βίον. Conſer etiam Jambl. c. 2. Num. 11. ubi ſcribit, Pythagoram ſub primum exortum tyrannidis Polycraticæ, cum quaſi XVIII. annos natus eſſet, noctu clam omnibus abiiſſe Samo, aſſumpto comite Hermodamante, trajeciſſeque ad Pherecydem, & Anaximandrum, & Thaletem: qui ſapiens ſenex auctor ipſi fuerit ſuſcipiendæ ad Ægyptios Sacerdotes peregrinationis, ex quibus plus ſapientiæ eſſet hauſturus. Itaque bis patriam Samum fugit Pythagoras; ſemel ante aditam Ægyptum, aliaſque exteras regiones, quo tempore gratia ipſum floruiſſe apud Polycratem inde colligere licet, quod commendatitiis literis ad Amaſidem inſtructus Ægyptum petiit: & iterum poſt reditum ex Ægypto.

Πολλὰς δὲ πόλεις] Leg. πολλὰς μὲν πόλεις. NUM. 10.

Καὶ Χαλδαίους καὶ Ἑβραίους] De quibus etiam oraculi vel verſus teſtatur, penes ipſos ſolos quaſi poſſeſſionem fuiſſe ſapientiæ: Μοῦνοι Χαλδαῖοι σοφίαν λάχον, ἠδ' ἅρ' Ἑβραῖοι. Hoc eſt, *Soli Chaldæi ſapientiam habent & Hebræi.* Hinc eſt, quod uno ore fatentur & demonſtrant firmis argumentis S. S. Patres, Clemens Alexandrinus, Juſtinus Martyr, Athanaſius, Theodoretus, alii, quicquid ſapientiæ & artium apud Græcos fuit, hoc eos à barbaris accepiſſe: illos autem à Moſe. NUM. 11.

Τὸν περὶ ὀνείρων γνῶσιν] Hanc uno vocabulo dicunt Græci ὀνειροκριτικήν. Vide Philonem in *Joſepho*: & in Commentar. *Quod ſomnia mittantur à Deo.* Ceterum quanta vanitate repleta hæc conjectorum ars fuerit à Græcis, videre eſt apud Artemidorum, qui totis V. libris eam eſt perſecutus.

Τῇ ἀφ' λιβανωτοῦ μαντείᾳ πρῶτον ἐχρήσατο] Diog. Laërt. pag. 580. Μαντικῇ τε ἐχρῆτο ἀφ' ἑστίας κληδόνων τε καὶ οἰωνῶν· ἤκιστα δὲ ἀφ' ἑαυτοῦ ἐμπύρων, ἔξω τοῦ ἀφ' λιβάνου. ubi legend. puto ſimiliter, λιβανωτοῦ.

Ἐν Αἰγύπτῳ μὲν τοῖς ἱερεῦσι συνῆν] Ægyptiorum ſanctitatem prædicat etiam Iſocrates in Buſiride, ubi ſcribit, Pythagoram ab illis edoctum cum philoſophandi rationem, tum ſacrificia cultumque Deorum, in Græciam hæc deinde intuliſſe. Verba quæ huc pertinent, iſta ſunt: Ἔχοι δ' ἂν λόγος, μὴ σπουδὴν ἀρμόττοντα, πολλὰ καὶ μεγάλα περὶ τῆς σοφίας

τῶν αὐτῶν διελθεῖν· ἢν ἔτι μήν, ἔτι πρῶτον ἐγὼ τυγχάνω καθεωρακὼς, ἀλλὰ πολλοὶ καὶ τῶν ὄντων καὶ τῶν ἀπογεγενημένων, ὧν καὶ Πυθαγόρας ὁ Σάμιος εἷς ἐστιν, ὃς ἀφικόμενος εἰς Αἴγυπτον, καὶ μαθητὴς αὐτῶν γενόμενος, πρῶτος τὴν ἄλλην φιλοσοφίαν εἰς τοὺς Ἕλληνας ἐκόμισε, καὶ δὴ καὶ τὰς θυσίας τε καὶ τὰς ἀγιστείας τὰς ἐν τοῖς ἱεροῖς, ἐπιφανέστερον τῶν ἄλλων ἐσπούδασεν, ἡγούμενος, εἰ καὶ μηδὲν αὐτῷ ἀφ' αὑτοῦ πλεῖον γίνοιτο ἀπὸ τῶν Θεῶν, ἀλλὰ ἀπό γε τοῖς ἀνθρώποις ἐν τούτων μᾶλις' ἂν δόξαι μήσειν, ὅπερ αὐτῷ καὶ συνέβη. Τοσοῦτον γὰρ δόξης τοὺς ἄλλους ὑπερέβαλεν, ὥστε καὶ τοὺς νεωτέρους ἅπαντας ἐπιθυμεῖν αὐτοῦ μαθητὰς εἶναι, καὶ τοὺς πρεσβυτέρους ἡδέως ὁρᾶν τοὺς παῖδας τοὺς αὐτῶν ἐκείνῳ συζύγους ὄντας, ἢ τὰ οἰκεῖα ἐπιμελουμένους. &c. Quæ ibidem ſequuntur, alteri cuidam loco Malchi illuſtrando adhibui infra. Strabo lib. 17. teſtatur, ſe Heliopoli domos amplas vidiſſe, in quibus habitarint olim Sacerdotes: quorum tamen ordo tunc defecerit penitus, ut & ſcientia. Clemens Alexand. *Strom.* 1. p. 131. nominat Archiprophetam Ægyptium Sonchedem, cujus diſcipulus fuerit Pythagoras: ubi etiam addit, quis Platonis, quis Eudoxi doctor in Ægypto fuerit: ἱστορεῖται δὲ Πυθαγόρας μὲν Σώγχιδι τῷ Αἰγυπτίῳ ἐγχωρίῳ μαθητεῦσαι· Πλάτων δὲ Σεγχνούφιδι τῷ Ἡλιοπολίτῃ· Εὔδοξος δὲ ὁ Κνίδιος Κονούφιδι, τῷ καὶ αὐτῷ Αἰγυπτίῳ. Emendo hic obiter Clementem in verbis paulo poſt ſeqq. Τὸν σοφώτατον Σόλωνα μαθητεύσαι φασὶν ἐπὶ τοὺς βαρβάρους. Legendum enim πρὸς τὸν: quod valet πρὸς ἐκεῖνον: ut apud S. Paulum 1 *Theſſal.* 4. v. 6. ἐν τῷ πράγματι, valet ἐν ἐκείνῳ πράγματι. Sic enim legend. ubi vulgo, ἐν τῷ. Eod. modo 1 *Cor.* 15. v. 8. pro eo quod in vulgatis eſt libris ὡσπερεὶ τῷ ἐκτρώματι, procul dubio rectius ex Joh. Chryſoſt. reſtituemus, ὡσπερεί τῳ, id eſt, ὡς τινι. Sed hæc obiter.

NUM. 12. Γραμμάτων δὲ τρισὶν ἀφορισὶ] Memorabilis hic locus, de triplici differentia literarum, quæ apud Ægyptios fuerit, illuſtrari poterit collatione eorum, quæ habet Clemens Alexand. *Stromat.* 5. p. 237. Αὐτίκα οἱ παρ' Αἰγυπτίοις παιδευόμενοι, πρῶτον μὲν πάντων τὴν Αἰγυπτίων γραμμάτων μέθοδον ἐκμανθάνουσι, τὴν ἐπιστολογραφικὴν καλουμένην· δευτέραν δὲ, τὴν ἱερατικὴν, ἣ χρῶνται οἱ ἱερογραμματεῖς ὑστάτην δὲ καὶ πελευταίαν τὴν ἱερογλυφικὴν, ἧς ἡ μὲν ἐστὶ διὰ τῶν πρώτων στοιχείων κυκλολογική· ἡ δὲ συμβολική. Τῆς δὲ συμβολικῆς ἡ μὲν κυκλολογεῖται κατὰ μίμησιν· ἡ δ' ὥσπερ τροπικῶς γραφεται· ἡ δὲ ἀπὸ κρυς ἀλληγορεῖται κατὰ πινας αἰνιγμούς. ἥλιον μὲν γοῦν γράψαι βουλόμενοι, κύκλον ποιοῦσι. Σελήνην δὲ, σχῆμα μηνοειδὲς, κατὰ τὸ κυκλογούμενον εἶδος· τροπικῶς δὲ, κατ' ἰδιότητα μεταφέροντες καὶ μεθαρμόττες τὰ δ' ἐξαλλάττοντες· τὰ δὲ, πλαγιαζόντως μεταχαράττοντες, χαραττουσιν. τοὺς γοῦν τῶν βασιλέων ἐπαίνους διὰ τῶν ἐπιτόμων ἀναγραφόντων ἀφ' ἑαυτῶν ἀναγλύφουσι· διὰ δὲ τῶν αἰνιγμῶν τρίτον εἶδος, δείγμα ἔστω τόδε· τὰ μὲν γοῦν ἄλλων ἄστρα, ἀφ' ὁδῶν πορείαν τὴν λοξὴν, ὄφεων σώμασιν ἀπεικάζουσι· τὸν δὲ ἥλιον, τῷ διὰ παντὸς ἐπειδὴ κυκλοτερὲς οὐ τὸ βοείας ὄντος σχῆμα πλασάμενοι, ἀνδρὸς σκαραβαίου κυλίνδει· φασὶ δὲ καὶ ἐξάμηνον μὲν ὑπὸ γῆς· διὰ τοῦτο δὲ ἔτους τμῆμα τὸ ζῶον τοῦτο ὑπὸ γῆς ἀμείβειν, σκοῦμαίνειν τε εἰς τὴν σφαῖραν, καὶ μηνᾶν, καὶ ἥλιον κάνθαρον μὴ γίνεσθαι.

Γλυφικῶν] Hieroglyphicarum literarum multi auctores meminerunt, ut Philo lib. 1. *de vita Moſis*, Clemens Alexand. *Strom.* 1. & 5. Corn. Tacitus *Anal.* 11. Lucan. lib. 3. Ammian. Marcellin. lib. 16. Apulejus lib. 11. *Metamorph.* Suidas quoque Chæremonem quendam laudat, qui Hieroglyphica ſcripſerit. Ejus liber ad nos non pervenit: ſed exſtat Horapollo, (aliis dictus Orus Niliacus) Hieroglyphicorum ſcriptor, Græce Latineque cum eruditiſſimis notis editus Auguſtæ à D. Hæſchelio noſtro: quem etiam in Gallicam linguam tranſlatum habeo. Vide & Fr. Valeſium *de Sacra Philoſoph.* c. 16. in fine.

Πρὸς Ζάβρατον] De hoc Zabrato, quis fuerit, nondum alibi quidquam indagare potui. Hinc autem conjicimus, ſacer-

dotem quendam Babylonium fuiſſe, qui Pythagoram initiaverit ſacris, & inſtituerit.

Πλάτης] Nota, ad quid Pythagoræ profuerint ſuæ peregrinationes: nempe ut tanquam ex mercatu domum reverteretur, pulcherrimis pretioſiſſimiſque ſapientiæ mercibus ſibi comparatis. Hæc vis eſt verbi ἐνεπορεύσατο, quo Malchus hic utitur. Eſt enim ab ἔμπορος, quò mercatorem Græci ſignificant. Eodem verbo ſimili elegantia utitur Clem. Alexand. *Stromat.* 1. p. 130. Πλάτων δὲ οὐκ ἀγνοεῖται ὃς καίτοι εἰς φιλοσοφίαν ἀνδρὶ βαρβάρῳ ἐμπορεύσας, εἰς τε Αἴγυπτον ἀφικέσθαι ὁμολογεῖ. Notetur hic ſimul aurea ſtudiorum regula, quam per comparationem elegantiſſimam cum peregrinandi ratione tradidit Nicolaus Damaſcenus: ut apud Suid. in Νικόλαος videre eſt.

Hunc ergo peregrinationum ſuarum ſcopum noſtra quoque juventus ſibi, ſi ſapit, proponito.

Ταύτῃ γὰρ ἥκειβε πρῶτος τὴν περὶ ἀνθρώπων ἐπιστήμην] Phyſiognomoniam, hoc eſt, artem colligendi cujuſque hominis animum, indolem, & mores ex lineamentis oris & corporis habitu geſtuque, primus exquiſite tractavit Pythagoras & ſecundum hanc artem vel admiſit aliquos in ſuam familiaritatem, vel repudiavit: ſicut hanc ipſam ob cauſam à ſe repulit Cylonem nobilem Crotoniatem, quod ex lineamentis corporis animum in ipſo latentem crudelem deprehendiſſet: ut eſt infra, Num. 74. Hanc deinde artem plures excoluerunt profeſſique ſunt: ut Zopyrus (qui, ut ex Cicerone diſcimus, Socratis ævo vixit) ut Polemo, ut Adamantius, &c. Ac ne Ariſtoteles quidem, ille Naturæ Genius ſeu Conſiliarius, eam intactam reliquit. Exſtat enim ipſius hac de re commentarius, ex quo pauca hic annotabo, unde artis ejus principia intelligi poſſint, quæ in eo conſtituunt, quod animi mores ſequantur temperamentum corporis: ut integro libro demonſtrat etiam Galenus. Sic ergo Ariſt. ſtatim in initio: Αἱ ἀρετὰὶ ἕπονται τοῖς σώμασι, καὶ οὐκ εἰσὶν αὐτὴ καθ' ἑαυτὴς, ἀπαθεῖς ὄσαι τοῦ σώματος κινήσεων. Τοῦτο δὲ δῆλον πάνυ γίνεται ἔν τε ταῖς μέθαις, καὶ ὑπὸ ταῖς ἀῤῥωστίαις. πολὺ γὰρ ἐξαλλάττουσι φαίνονται αἱ ἀρετὰὶ ὑπὸ τοῦ σώματος παθήμασιν. καὶ τἀναντίον δὴ τοῖς ἀπὸ ψυχῆς παθήμασι τὸ σῶμα συμπάσχον φανερὸν γίνεται· ὥστε τὰς ἐρωτας, καὶ τὰς φόβους τε καὶ λύπας καὶ ταῖς ἡδοναῖς, Et mox: Ὥστε ἀναγκαῖον ἕπεσθαι τῷ τοιῷδε σώματι τοιάνδε διάθεσιν. Idem c. 4. in pr. Δοκεῖ δέ μοι ἡ ψυχὴ καὶ τὸ σῶμα συμπαθεῖν ἀλλήλοις· καὶ ἡ τοῦ ψυχῆς ἕξις ἀλλοιουμένη, συναλλοιοῖ τὸν τοῦ σώματος μορφήν· πάλιν τε ἡ τοῦ σώματος μορφὴ ἀλλοιωμένη, συναλλοιοῖ τὸν τῆς ψυχῆς ἕξιν· ἐπειδὰν γὰρ ἐσι ψυχῆς τὸ ἀνιᾶσθαί τε καὶ εὐφραίνεσθαι, καθάπερ, ὅτι οἱ ἀνιώμενοι σκυθρωπότεροί εἰσι, καὶ οἱ εὐφραινόμενοι, ἱλαροὶ, &c. Sequuntur ibidem plura in hanc ſententiam, ὅτι ἑκάτερον ἑκατέρῳ ἕπεται: hoc eſt, quod & anima à corpore, & viciſſim corpus ab anima patiatur: quod etiam manifeſtum evadere dicit in maniacis. Sic Caſius probl. 51. ad quæſtionem: Διὰ τί οἱ περὶ Βάθρους, καὶ ἄφρονες; reſpondet ex eodem principio: ὅτι τοῖς σωματικοῖς τὸ ψυχικὸν συμπάσχει, ὥσπερ τοῖς ψυχικοῖς τὸ σωματικόν. Nonnunquam tamen fallere hanc artem, quippe conjecturalem, docet clariſſimum exemplum Socratis, in quo ars Zopyri aberravit, quia naturæ pravas inclinationes, quarum indicia præbebant corporis lineamenta, diſciplinæ & aſſuefactionis diligentia ipſe Socrates correxerat: ut eſt apud Ciceronem.

Huc pertinet illud Phædri noſtri lib. 3. Fabularum Æſopiarum: *Et formoſos ſæpe inveni peſſimos*: *Et turpi facie multos cognovi optimos.* Et quod alibi ait idem: *Non ſemper ea ſunt quæ videntur. Decipit frons prima multos.* Ad eundem elegantiſſimum ſcriptorem plura notavi ante hos 14 annos. De Phyſiognomonia Pythagorica plura annotabo infra.

Ὦ Ζάμολξις ἰὼ ὄνομα] De hoc ita Jamblich. Cap. 30. Num. 173. Ζάμολξις Θρᾴξ ὢν, καὶ Πυθαγόρᾳ δοῦλος γενόμενος, καὶ τὸ λόγιον ὃ Πυθαγόρᾳ ἀφικό- Num. 14.

σας, ἀφεθεὶς ἐλεύθερος, καὶ ἀποχαιρόμενος τοῖς τέξεσι, τὰς τε νόμους οὓς ἔθηκε, καὶ ὡς τὴν ἀνδρείαν τὰς πολίσας παρεκάλεσε, τὴν ψυχὴν ἀθάνατον εἶναι πεῖσαι· (lego πείσας, niſi forte Jamblich. ſcripſerit, τὸ τὴν ψυχὴν ἀθάνατον εἶναι πεῖσαι.) ἔτι (f. deeſt δὲ) καὶ νῦν οἱ Γαλάται, καὶ οἱ Τριβαλοὶ (ſic legend puto) καὶ ἄλλοι πολλοὶ τῶν βαρβάρων τὰς αὐτῶν υἱὰς πείθασιν, ὡς οὐκ ἔστι φθαρῆναι τὴν ψυχήν, ἀλλὰ ἀθροίζεσθαι (lege ἀθροίζεσθαι) τοῖς ἀποθνήσκουσιν· καὶ ὅτι τὸ ζῆν ἄτοπον καὶ φοβητόν, ἀλλὰ ὡς κινδύνους ῥᾳδίως ἐκτέον. Καὶ ταῦτα παιδεύσας τὰς Γέτας, καὶ χρήσας αὐτοῖς τοὺς νόμους, μέγιστος τῶν Θεῶν ἐσὶ παρ' αὐτοῖς. De eod. Diog. Laert. lib. 8. p. 568. Ἔχει καὶ ὅλον Ζάμολξιν, ᾧ Γέται θύουσι, Κρόνον νομίζοντες, ὡς φησιν Ἡρόδοτος. Locus Herodoti, quem hic Diog. laudat, eſt *Muſa* 4. ſeu *Melpom.* ubi Getas ἀθανατίζοντας vocat, ab immortalitate animorum, quam à Zamolxi fuerunt edocti: prolixeque deſcribit, quo ritu quinto quoque anno ad ipſum dimittant e ſuis aliquem ſorte delectum, quem manibus pedibuſque ligent. Ibidem tamen ſub finem addit, arbitrari ſe, Zamolxim multis ante Pythagoram annis extitiſſe. Idem Zamolxis aliquoties etiam ab Origene l. 2. & 3. contra Celſum nominatur.

NUM. 15. Νοσήσασα δὲ τὸ Φερεκύδην] Apulejus in *Floridis*: *Quin etiam Pherecydes Syro ex inſula oriundus, qui primus verſuum nexu repudiato conſcribere auſus eſt paſſis verbis, ſoluto locutu, libera oratione*: (hoc eſt proſa, ut vulgo loquimur.) *Eum quoque Pythagoras magiſtrum coluit, & infandi morbi putredine in ſerpentium ſcabiem ſolutum, religioſe humavit, &c.* ubi Apulejus iſtis verbis: *Infandi morbi putredine, &c.* circumloquitur φθειρίασιν, h. e. morbum pedicularem: quo genere & Sylla, & Herodes, aliique conſumpti leguntur, fere homines crudeles aut libidinoſi. De Pherecyde vide & infra, Num. 55. & Jamblich. c. 30. Num. 184.

Καὶ ἀποθανόντα θάψας] Plenius hæc memorat Jambl. d. loco: Καὶ κηδεύσαντα τὸν παρεμείναντα ἄχρι τῆς πλάτης αὐτῆς, καὶ τὴν ὁσίαν ἀπαλήρωσε, δεῖ τὰ αὐτὰ καθήκοντα. ὅπερ δεῖ πολλὰ τὴν δεῖ τὰ διδάσκαλον ἐποιεῖτο σπουδήν. Ubi illa, τὴν ὁσίαν ἀπαλήρωσε, rectè vertit Arcerius, *exequiarum juſta perſolvit.* Sic enim & Suidas ὁσίαν interpretatur, κηδείαν, ἐπὶ νεκροῖς πομπήν· quod nomen etiam Iſidoro Peluſiotæ, cum eſſet ibi non uno loco corruptum reſtitui atque aſſerui. Vid. Notas noſtras ad Epiſt. 57. Lib. 4.

Ἑρμοδάμαντι τῷ Κρεοφύλου] Hermodamantis hujus ſupra quoque meminit Malchus noſter: & Jambl. c. 2. Num. 11. ubi cognomentum Creophyli habuiſſe ait, & fuiſſe ξένιον illius Creophyli, qui Homeri hoſpes, amicus & præceptor exſtiterit: cujus & Strabo facit mentionem l. 14. *Geogr.* (ubi de Samo) referens, Homerum aliquando grati hoſpitii ergo inſcripſiſſe ei poëma, cui titulus fuerit, Οἰχαλίας ἅλωσις, hoc eſt, *Oechaliæ excidium*: quod tamen poëma Callimachus aliique putarunt ab ipſomet Creophylo ſcriptum fuiſſe, & Homero hoſpiti attributum. Cæterum apud Strabonem non Κρεόφυλος, ſed Κρεώφυλος, per ω. legitur.

Εὐρυμένης δὲ Σαμίου ἀθλητοῦ] Diverſus ab Samio hoc athleta Eurymenes eſt ille Syracuſanus, frater Dionis, de quo Jambl. c. 31. Num. 189. De iſto autem, quem Pythagoras primus moderato carnium eſu corroboravit, cum antea alia diæta uſus fuiſſet, conſimilia Malcho ſcribit Diog. Laërt. Lib. 8. p. 575. ibi, λέγεται γὰρ καὶ αὐτὸν κρέασιν ἀσκῆσαι ἀθλητὰς, καὶ αὐτὸν γε Εὐρυμένην, &c. Non ergo omnino à carnium eſu Pythagoras vel ipſe abhorruit, vel ſuos abſtinere voluit.

Τυρὸν καὶ σῦκα σιτημένων] Diog. Laërt. d. loco auctor eſt, Athletas antiquitus uſos fuiſſe caricis ſiccis & caſeis mollibus & tritico: ἰσχάσι ξηραῖς, καὶ τυροῖς ὑγροῖς, καὶ πυροῖς.

Τὸν γὰρ νικᾶν φθόνος φύγει] Antiquum eſt proverbium, Καλὸν τὸ νικᾶν· ὑπερνικᾶν δ' ἐπίφθονον. Socrates lib. 3. *Hiſt. Eccleſ.* c. 21. loquens de Juliano Imp.

Imp. ſpernente crebras legationes & ſupplicationes regis Perſici bellum & obſidionem Cteſiphontis, magnæ urbis in Perſia, deprecantis, etiam parte civitatis oblata: *Ille verò animum non admovit, nec ſupplicium eſt miſertus: quin, ſicuti proverbio dicitur, non cogitavit, Bonum eſſe vincere; ſupervincere autem invidioſum.*

M. Τοῖς Μόρρην μύσταις] Ita erat in MSC. Puto autem legend. *μορρῶν*. Suidas: Μορρᾶς, ὅτω καλοῦσι τὰς Ἀμορρᾶς, τὸ Α ἀφαιροῦντες, ὥσπερ ἐπ' ἄλλων. Μαῦρον γὰρ, τὸ ἀμαυρὸν, καὶ σφόδελον, τὸν ἀσφόδελον καλοῦσι.

Τῶν Ἰδαίων Δακτύλων] Suidas: Ἰδαῖοι Δάκτυλοι. Ἰδαῖοι ἢ ἀπὸ τοῦ Ἴδης.

Ἐκκοπήσῃ τῇ κεφαυνίᾳ λίθῳ] Λίθον aliquando & fœminino genere uſurpari, annotat Suidas, allato hoc exemplo: Λίθων τὰς ἐλεπίμας ἀποφέρεσθαι ἠξίουν. De hac autem mirabili purgandi ratione, cujus hîc meminit Malchus, quærendum amplius.

d. Ὁ Δικαίαρχος] Hic Peripateticus celebris fuit, diſcipulus Ariſtotelis, & Ariſtoxeni (de quo alibi) æqualis & condiſcipulus. Teſtimonio ejus etiam Diog. Laërt. in Pythagora utitur. Cicero ejus meminit ſæpiſſime, nec unquam ferè ſine præclaro elogio, nunc hominem vocans *luculentum*, nunc *hiſtoriæ peritiſſimum*, nunc *Peripateticum magnum & copioſum*, &c. Quæ omnia valde confirmant Malchi noſtri de eodem judicium, qui infra τοῖς ἀκριβεστέροις, hoc eſt, *accuratioribus ſcriptoribus* ipſum annumerat. Exſtat hodieque libellus cui titulus, Βίος Ἑλλάδος (ut *Vitam Pop. Rom.* ſcripſit Varro) nomen Dicæarchi præferens, & inſcriptus Theophraſto, partim verſibus Jambicis Senariis, partim proſa, quem Cl. V. Henricus Stephanus primum, deinde & D. Hœſchelius noſter edidit. De eo libello ſi quis ex me quærat quid ſentiam, dixero, videri mihi potius Epitomen quandam Dicæarchi, quam Dicæarchum ipſum. Ex Suida enim & ex Stephano *de Urbibus* didicimus, plures ipſum ſcripſiſſe hujus argumenti libros, & quidem numero III. Ille vero, quem dixi, libellus, eſt unicus, & continuus. Quid, quod nec omnia hodie in eo reperiuntur, quæ ab aliis ex Dicæarcho citantur? Cæterum memorabile eſt elogium urbis Athenarum, quod ibi refertur, addito etiam teſtimonio ex Lyſippi verſibus petito. Aſſcribam locum paulo altius repetitum, ut appareat ſimul, quale diſcrimen ſtatuat auctor ille inter Ἀττικὰς & Ἀθηναίους, quod non facile alibi reperias: ſimul & defectum quendam ſupplebo. Τῶν δὲ συοικούντων, οἱ μὲν αὐτῶν, Ἀττικοί· οἱ δὲ, Ἀθηναῖοι. οἱ μὲν Ἀττικοὶ, περίεργοι ταῖς λαλιαῖς, ὕπτιοι, συκοφαντώδεις, ἀδιατρίπτοι τῶν ξενικῶν βίων. οἱ δὲ Ἀθηναῖοι, μεγαλόψυχοι, ἁπλοῖ τοῖς τρόποις, φιλίας γνήσιοι φύλακες. Διατρέχουσι δέ τινες οὐ τῇ πόλῃ λογογράφοι, σείοντες τὰς παρεπιδημούσας εὐπορίας τῶν ξένων· ὃς ὅταν ὁ δῆμος λάβῃ, σκληροῖς ἀδελφοῖς ζημίας. Οἱ δὲ εἰλικρινεῖς Ἀθηναῖοι, δεσμεῖς τε τεχνῶν ἀκριβεῖς, ἀφ' ὧν τὰς συνεχεῖς (videtur ſupplend. σχολὰς, vel ὁμιλίας, vel ἀσκήσεις.) τὸ καθόλου δ' ὅσον αἱ λοιπαὶ πόλεις πρὸς τὴν ἡδονὴν καὶ βίου διάθεσιν τὴν ἀρχῶν ἀφέρουσι, τοσοῦτον τῶν λοιπῶν πόλεων ἡ τῶν Ἀθηναίων διαφέρει. Φυλακτέον δ' ὡς ἔνι μάλιστα τὰς ἑταίρας, μὴ λάθῃ τις ἡδέως ἀπολόμενος. Ὁ γὰρ Λυσίππου·

Εἰ μὴ πεθέασαι τὰς Ἀθήνας, τέλεχος εἶ.
Εἰ δὲ πεθέασαι, μὴ πεθήρασαι δ', ὄνος.
Εἰ δ' εὐαρεσῶν ἀπετέχεις, καθήλιος.

Quos totidem Jambicis Latinis commutabimus ad hanc faciem:

Si nunquam Athenæ ſunt tibi viſæ, truncus es.
Sin viſa ea urbs te haud cepit, aſinus es merus:
Viſam relinquis curriculo? mihi mulus es.

Πολυπλάνου] Sic Homerus πολύπλαγκτον vocat Ulyſſem.

Περιττὰ] Περιττὰ plerumque ſunt *ſuperflua*: (unde & medicorum περιττώματα dicta ſunt) quæ alio nomine τὰ ὑπερβάλλοντα, ut in illo nobili præcepto Philoſophico, quod præter cæteros inculcat Sim-

plicius: Σιγάσθω τὰ περιττά: hoc eſt: *Taceantur ſuperflua.* Item in verſibus Alexidis Comici apud Athenæum lib. 10.

Τὰ περιττὰ μισῶ· τοῖς ὑπερβάλλουσι γὰρ
Τέρψις μὲν οὐκ ἔνεστι, πολυτέλεια δὲ·

Hoc eſt:

Superflua odi. Nulla enim ſuperfluis
Ineſt voluptas: Tantum inanis ſumptus eſt.

Sic alibi paſſim. Sed hîc ἀνὴρ περιττὸς eſt eximius, inſignis, atque excellens: qui alias ἐξαίρετος: ut ſæpiſſime apud Ariſtotelem. Fidei faciendæ cauſa proferam aliquot exempla. Sic Problem. 1. Sect. 30. p. 212. Περιττοὶ ἄνδρες μελαγχολικοί. Et p. 216. Μηδὲν ἔχοντες περιττὸν: *Nihil habentes eximium*, vel *egregium*. Sic 6. *Ethic.* cap. 7. conjungit περιττὸν & ἰσχναὶ, καὶ χαλεπαὶ, καὶ δαιμόνιαι· quomodo etiam 8. *Polit.* jungit οἱ ἀφελιμώτατοι, τὰ περιττὰ καὶ ἰσχνότατα τῶν ἔργων. Sic 1. *Metaphyſ.* cap. 2. δυσχερὲς εἶναι τὰς περιττάς. Idem ejuſdem operis lib. x. cap. 1. Οὐδὲν δὴ λέγοντες περιττὸν, φαίνονταί τι λέγειν. Sic 5. *Polit.* cap. 10. περιττὴ πρᾶξις dicitur. Ita & alii auctores præſtantiſſimi utuntur: ut Theognis:

Χρὴ μισεῖν ἱερὰ πονέων & ἄζηλον, εἶπι περισσὸν

Εἰδέναι σοφίης, μὴ φθονερὸν πλέξειν &c.

Sic apud Platonem Axiocho ſunt περιττοὶ λόγοι. Ibidemque τὰ κοινὰ τοῖς περιττοῖς opponuntur. Sic Philo lib. *de Joſepho*: ἐζωπύρει τὴν τῶν παιδὸς φύσιν ἐξαιρέτοις καὶ περιττοῖς ἐπιμελείαις &c. Ecce, οἱ παμμελεῖς jungit ἐξαίρετον & περισσὸν, ut ἰσοδυναμοῦντα. Sic Malchus ipſe infra, τὸν περιττὸν ὅρκον λόγον & τὸν πρὸς ἀκρίβειαν ἀφαπεπονημένον & ἐπιστήμης λόγον conjungit. Sic Simplicius Commentar. in *Enchirid. Epicteti* pag. 8. b. τὰ ἀποπλέσματα δωματοῦ ἀπὸ τῶν ὀργάνων ἀφανίσκειν οἱ περιττὸν τὴν τέχνας ἔχοντες. Hoc eſt, *qui eximium quippiam in artibus habent*, &c. Sic apud Suidam Saluſtius Aulæ Præf. ab neſcio quo hiſtorico dicitur ἀνὴρ ἀφορισθέντος περιττὸς εἰς φιλανθρωπίαν: *Vir eximia quadam & ſingulari humanitate præditus.* Et mox ibid: Aurea mala, quæ vocantur, non ex eo ſic appellata ſcribit, quod revera eſſent aurea, ſed quia περιττώτερα τῶν ἄλλων, h. e. *aliis præſtantiora.* Sic enim exponere malim, quam ut Suidas μείζονα, h. e. *majora.*

Τὴν Κροτωνιατῶν πόλιν] Hanc ἐπισημοτάτην πόλιν vocat Jambl. cap. 6. Et Valerius Maxim. lib. VIII. cap. 15. *opulentiſſimam civitatem, cujus Senatus* (abſque exemplo) *conſtiterit mille hominum numero.* Hujus tanti & verè Ampliſſimi Senatus Conſiliarius fuit Pythagoras, ipſorum rogatu, ut ex eodem Valerii teſtimonio diſcimus. Unde æſtimare licet, quantam Crotoniatæ de ipſius ſapientia habuerint opinionem ac fiduciam.

Τὸ τῶ γερόντων: & mox: τοῖς νέοις: Et rurſum: τοῖς παισὶν] Huc pertinet quod de Pythagora ex Ægypto reverſo ſcribit Iſocrates in *Buſiride*, tantum nobilitate præſtitiſſe cæteris, ut & adoleſcentes omnes cuperent ipſius eſſe diſcipuli, & ſenes mallent liberos ſuos cum eo vivere, quam rei familiari operam dare. Verba græca alio loco referam.

Οὐ μόνον ἄνδρας, ἀλλὰ καὶ γυναῖκας] Etiam fœminas doctrinarum ſtudiis excoli debere, & quidem id fieri poſſe ſine detrimento aut periculo pudicitiæ earum, demonſtrat cum rationibus tum exemplis Johannes Ludovicus Vives de *Inſtitut. Chriſtianæ fœminæ* lib. 1. Item lib. *de officio mariti*, cap. *de diſciplina fœminæ.*

Θεανὼ καὶ διεδοήθη τάνομα] Pro καὶ διεδοήθη forte rectius legerimus περιεδοήθη. Theano autem iſta etiam à Jamblicho recenſetur in Catalogo illuſtrium fœminarum, quæ Pythagoræ ſectam ſecutæ ſint. Et Didymus in libro, quem de Philoſophia Pythagorica fecit, teſtatur apud Clementem Alexandr. 1 *Strom.* pag. 133. Θεανὼ τῇ Κροτωνίᾳ πρώτῃ γυναικῶν φιλοσοφῆσαι, καὶ ποιήματα γράψαι: *Primam fœminarum Theano & philoſophatam eſſe & poëmata ſcripſiſſe.* Sic Auſonius: *Quas* (ſcil. virtutes) *Tanaquilla habuit, quas Pythagorea Theano.* Sed quænam illa fuerit, non ſatis conſtare inter auctores video. Alii enim Brontini Cro-

toniatæ filiam & Pythagoræ uxorem faciunt: Alii vero Brontini uxorem, & Pythagoræ diſcipulam. Diog. Laërt. lib. 8. pag. 594. Ἦν δὲ τοῦ Πυθαγόρου καὶ γυνὴ, Θεανὼ ὄνομα, Βροντίνου τοῦ Κροτωνιάτου θυγάτηρ· Οἱ δὲ γυναῖκα μὲν εἶναι Βροντίνου, μαθήτριαν δὲ Πυθαγόρου. Theodoretus quoque Sermone 2. *de principio adverſus gentes* ſcribit, Pythagoræ uxorem fuiſſe Theano, quæ & defuncto marito regendas ſuſceperit ſcholas una cum filiis Telauge & Mneſarcho. Verba Theodoreti paulo altius repetita hæc ſunt: Πυθαγόρας δὲ ὁ Μνησάρχου δεχθεὶς τὸ πάντων ἔφησε τοῦτο μηνύσειν, καὶ δὴ καὶ τὸν αὐτὸν χρόνον ἐγενέσθην Ἀναξαγόρας ὁ Πυθαγόρου. Ἀλλὰ τοῦτον μὲν Δημητριόδωρος ὁ γαμετὴ Θεανὼ διδάξαι φησὶ καὶ Τηλαύγης ὁ Μνησαρχου, οἱ τούτου παῖδες. Τηλαύγης δὲ Ἐμπεδοκλῆς ὁ Ἀκραγαντῖνος ἐγένετο φοιτητής. Τοῦ δὲ Ἀναξαγόρου, Ἀρχέλαος· Ἀρχελάου δὲ Σωκράτης, ὁ Ἀθηναῖος. καὶ Ἀναξαγόρας δὲ καὶ Πυθαγόρας εἰς Αἴγυπτον ἀφικόμενοι, τοῖς Αἰγυπτίων ὁσίοις Ἑβραίων αὐτόθι σοφοῖς ξυνεγένεσθην, καὶ τοῦτο δὲ ὄντος ἠρεμιστέον φασίν. Sed ex Jamblicho diſcimus lib. 1. c. 27. duas diverſas fœminas nomen Theano poſſediſſe: quarum una Pythagoræ, altera Brontini uxor fuerit. Imò ſunt etiam qui filiarum Pythagoræ unam Theano faciant: in quibus ille eſt apud Photium innominatus βιογράφος pag. 712. Bibliothecæ: Καὶ ἡ Θεανὼ δὲ λέγεται ἐκ μαθήτρια μόνον, ἀλλὰ καὶ μία τῶν θυγατέρων αὐτοῦ εἶναι. Alterutra vero harum fertur celebre hoc & pulchrum protuliſſe apophthegma (τὸ καλὸν καὶ περίβλεπτον ῥῆμα, vocat Jamblich. dicto cap. 27. & τὸ σεβέσθην ἡγούμενον ἀπόφθεγμα c. 11.) ὡς ἀπὸ μὲν δὲ σωφρονοῦντος ἀνδρὸς ἀνιαμένου γυναῖκα ὅσιόν ἐστιν αὐθημερὸν προσιέναι τοῖς ἱεροῖς καὶ θύειν· ἀπὸ δὲ δὲ μὴ προσήκοντος, εὐέβοητο. Cæterum Lat. interpretatio d. c. 11. apud Jamblich. nullius eſt pretii, quæ ſic habet: *Ad hæc verò illud fama percelebratum fuit, in publico conventu liberè dixiſſe, ab viro cohabitante eodem ſtatim die ad ſacra accedere, pium eſſe; ab eo verò qui cognatus & affinis non ſit, accedere nequaquam.* Putabat enim Interpres, Pythagoram hoc in publico conventu protuliſſe de officio uxoris, quod Jamblichus vult uxorem ipſam, ex mente & ſententia Theanus, dicere vel cogitare in congreſſu maritali. Sic enim accipio τῷ σύνοδον, quæ eodem capite paulo ante dicebatur ἡ πρὸς τὰς ἄνδρας ὁμιλία, & uſitatius vocatur συνουσία: apud Auſonium in *Periochis Homericis* eſt *in cœtum conventio.* Nec rectè vertit Interpres particulam μηδέποτε *nequaquam*, quaſi idem eſſet cum μηδαμῶς. Sed μηδέποτε eſt *nunquam.* Deinde ὁ μὴ προσήκων ſimpliciter eſt *vir extraneus*, ſive *alienus.* Nam & Diog. Laërt. ἀλλότριον vocat l. VIII p. 595. ubi ſcribit, Theano protuliſſe hoc celebre ſcitum ad alterius cujuſpiam interrogationem, φασὶν αὐτὴν ἐρωτηθεῖσαν, ποσταία γυνὴ ἐπ' (leg. ἀπ') ἀνδρὸς καθαρεύῃ, φάναι· Ἀπὸ μὲν δὲ ἰδίου παραχρῆμα· ἀπὸ δὲ δὲ ἀλλοτρίου οὐδέποτε. Theodoretus Serm. 12. *de Virtute Activa* his verbis idem refert: Ἐρωτηθεῖσα, ποσταία γυνὴ ἀπὸ ἀνδρὸς εἰς τὸ θεσμοφόρον κίτειται: Ἀπὸ μὲν δὲ ἰδίου παραχρῆμα ἔφη. Ἀπὸ δὲ δὲ ἀλλοτρίου οὐδέποτε. In ſumma, hoc indicare voluit Theano, Honorabile eſſe conjugium inter omnes, & thorum immaculatum: Scortatores autem & adulteros divino judicio condemnatum iri: quæ S. Pauli eſt ſententia in Epiſtola ad Hebræos capite ultimo v. 4. Vide quæ dixi in Notis ad Iſidori epiſt. 129. lib. IV.

Eſt & alterum Theanus memorabile ſcitum, quo dicebat, Eam quæ ad virum ſuum ingrederetur, cum veſtibus verecundiam quoque debere deponere, & rurſum reſurgentem eandem reſumere unà cum veſtibus. Diog. Laërt. Τῇ πρὸς τὸν ἴδιον ἄνδρα μελλοῦσῃ πορεύεσθαι, περῆναι (ἡ Θεανὼ) ἅμα τοῖς ἐνδύμασι καὶ τὴν αἰδῶ· ἀνισταμένην τε πάλιν ἅμα αὐτοῖσιν ἀναλαμβάνειν. Tertium quoque ejuſdem apophthegma refert Theodoretus dicto Serm. 12. Cum enim neſcio quis ipſam intuitus admiratione formæ dixiſſet, Καλὸς ὁ πῆχυς: *Pulchrum brachium!* reſpondit illa: Ἀλλ' ὁ δημόσιος:

hoc eſt, *At non vulgare* (ſicut vulgaris mulier dicitur Ulpiano in l. 13. *ſi uxor.* §. *ſed & in ea.* D. *ad l. Jul. de adult.* quæ vulgo ſe proſtituit.)

Οὐδ' ἡ τυχοῦσα ἦν παρ' αὐτῆς σιωπή] De ſilentio Pythagorico, quod diſcipulis indicebatur, decantatiſſima res eſt. Vocabant & ἐχεμυθίαν, teſte Agellio lib. 1. cap. 9. Suidas: Ἐχεμυθεῖ, ἔχει ἐν ἑαυτῷ τὸν λόγον. Ἐχεμυθία, σιωπή, μυχήεια. Ἐχέμυθον, μυχήεον κρυπτὸν φυλάττων, ἢ φρόνιμον. Deinde ex auctore innominato hæc ſubjungit: Ἦν δὲ ἐχέμυθον εἰς τὰ μάλιστα ἐκ κρυψίνους, &c. Et mox: Ἐχεμυθότατον, ὁ φρονιμώτατον. Heſychius: Ἐχεμυθεῖ, ἔχει ἐν ἑαυτῷ τὸν λόγον σιωπῇ. Ἐχεμυθεῖν, σιωπᾶν, λόγους σχεῖν. Ἐχέμυθον, ἔχων ἐν ἑαυτῷ τὸν λόγον, ἤτοι κρατῶν τὸν λόγον σιωπῇ. Etiam ἐχεμηδούνλω dicebant, ſed rariore vocabulo. Vid. Jamblich. lib. 1. cap. 16. & cap. 20. & cap. 23. & cap. 31. & cap. 32. Item lib. 2. cap. ult.

Exſtat & Palladæ in hoc Pythagoricum ſilentium Epigramma lib. 1. *Anthолog.* tit. εἰς σιωπῶν, quod cum Lat. interpretatione noſtra ſubjiciam.

Ἡ μεγάλη παίδευσις ἐν ἀνθρώποισι σιωπή·
Μάρτυρα Πυθαγόρην τὸν σοφὸν. αὐτὸν ἔχω.
Ὅς λαλέειν εἰδὼς, ἑτέρους ἐδίδαξε σιωπᾶν
Φάρμακον ἡσυχίας ἐγκρατὴς εὑρόμενος.

Doctrinæ pars haud poſtrema eſt, poſſe tacere,
Teſtis in hac mihi re Pythagoras ſophus eſt.
Hic alios docuit, fari catus ipſe, tacere,
Convenienſque ori pharmacon applicuit.

Simplicius in Commentario doctiſſimo ad Epicteti Enchiridion (mihi pag. 81. & ſeq. edit. Venet.) ad præceptum: Ἡ σιωπὴ τὸ πολὺ ἔστω, ἢ λαλείσθω τὰ ἀναγκαῖα, καὶ δι' ὀλίγων· etiam hujus ſilentii Pythagorici meminit, & rationem reddit, his verbis: Τῶν δ' οἰκείων τῷ τοιούτῳ χαρακτῆρι, πρῶτον ἐκ κυριώτατον σιωπή, φησι, τὸ πολὺ ἔχω. Ἡ γὰρ ὅλη ἀσκησις τῶν παιδευτικῶν λόγων ἐστὶν, ἐπιστρέφειν τὴν ψυχὴν εἰς ἑαυτὴν ἀπό τε τῶν ἐκτὸς, καὶ ἀπὸ τῶν ἀλόγων ἐν αὐτῇ παθῶν, καὶ τοῦ σώματος, ὥστε τὴν ἑαυτῆς ζωὴν τὴν αὐτὴν ἀεὶ ζῆν. Πρὸς δὲ τοῦτο ἡ σιωπὴ μέγιστα συμπιλεῖ. Διὸ καὶ οἱ Πυθαγόρειοι τῆς καθ' ἑαυτὴν (forte leg. ἑαυτοὺς) ἀγωγῆς ἀρχὴν ἀνυσιμωτάτην συνέπεσθαι τὴν πυκνοτέραν σιωπήν. &c.

Sed de tempore hujus ſilentii non inter omnes conſtat, quamdiu id durarit. Vulgo pleriſque perſuaſum eſt, in omnibus indiſtincte fuiſſe id quinquennale. Hinc Servius P. Danielis ad x. *Æn.* pag. 601. *Amyclas tacitas dicit*, (Virg.) id eſt, *Pythagoreas. Nam Pythagorica virtus eſt quinquennale ſilentium.* Et Diog. Laërt. lib. VIII. pag. 573. Πενταετίαν τε ἡσυχάζειν (αὐτῷ οἱ μαθηταὶ) μόνον τὸν λόγον (forte τῶν λόγων) καθακούοντες, καὶ θεάσασθαι τὸν Πυθαγόραν ὁρῶντες, εἰς ὃ δεκιμασθεῖεν. τοιοῦτος δὲν ἐγίνοντο τὴν οἰκίαν αὐτὸν, καὶ τῆς ὄψεως μετεῖχον. Hinc Lucianus quoque in βίων πράσει, ad interrogationem, τίς ὁ τρόπος τῆς ἀναμνήσεως; quomodo, inquam, in memoriam Pythagoras revocaret hominibus ea quæ antea noviſſent? (diſcere enim nihil aliud eſſe ajebat quam reminiſci, quod poſtea & Platoni dogma placuit) reſpondere facit Pythagoram Ionice ad hunc modum: Τὸ μὲν πρῶτον ἡσυχίη μακρὴ, καὶ ἀφωνίη, καὶ πέντε ὅλων ἐτέων λαλέειν μηδέν. Hoc tamen refellitur iſtis Agellii verbis dicto cap. 9. *Jubebat* (Pythag.) *tempus certum tacere: non omnes idem, ſed aliud aliis tempus, pro æſtimato captu ſolertiæ.* Et mox: *Sed non minus quiſquam tacuit quam biennium*, &c. Non ergo omnibus promiſcuè indicebatur πενταετὴς ἐχεμυθία; ſed quibuſdam etiam multo brevioris temporis, ſi quid Agellio credimus. Notanda & cauſa eſt iſtius imperati ſilentii, quæ erat, ut circa difficilia exercerentur. In his enim virtus & ars occupatur, ut ait etiam Ariſtoteles. Ἐπὶ δὲ πάντων χαλεπώτατον ἐγκρατεύεσθαι, τὸ γλώττης κρατεῖν, ut ait Jamblich. lib. 1.

cap. 31. Unde & Socrates dicebat, facilius carbonem ignitum in lingua posse contineri, quam arcanum sermonem. Arist. quoque cum ex eo quæreretur, quid esset omnium rerum difficillimum in vita, respondit, Σιωπᾷν ἃ μὴ δεῖ λαλεῖν: *Tacere quæ loqui non oportet.* Vide Stobæum Serm. 30 περὶ ἀπορρήτων. Et, ut ait Dionysius Cato: *Proximus ille Deo est, qui scit ratione tacere.* Ovidius 2. *de Arte amandi.*

Eximia est virtus, præstare silentia rebus:
At contra gravis est culpa, tacenda loqui.

Quo & ista pertinent Agellii dicto loco: *Ubi res didicerant rerum omnium difficillimas, tacere audireque, atque esse jam cœperant silentio eruditi, cui erat nomen ἐχεμυθία &c.* Clemens Alexandr. *Strom.* 5. p. 247. hanc silentii indicti rationem reddit: Ut familiares Pythagoræ à sensilibus averti, sola mente divinum numen intuerentur. Τῶτο ἄρα βάλλεται τὸ τῦ Πυθαγόρα τὸ τῆ πενταετίας σιωπὴ, ἵν' τοῖς γνωρίμοις παρελγόα (forte παρηλγόα) ὡς δὴ ἀπερασφέντες τῶν αἰσθητῶν, ψιλῷ τῦ νῷ τὸ θεῖον ἐποπτεύοιεν. Observo autem duplex silentium Pythagoricum: Unum discipulorum, quod erat certo tempore circumscriptum, ita ut non esset infra biennium, non etiam supra quinquennium: Alterum etiam illorum, qui legitimos discipulatus annos jam compleverant, quo non quidem inter se, verum ad alios, non Pythagoricos sive extraneos utebantur. Atque hoc erat perpetuum. Ita accipio apud Jamblichum non uno loco παντελῆ σιωπὴν: ubi Desid Herald. meo judicio non recte nobis substituere conatur πενταετῆ σιωπήν. Ego retinend. ajo παντελῆ. Vid. Num. 68. & 188. Neque enim verisimile est, tot locis corruptum esse adjectivum παντελὴς in πενταετὴς. Posterius hoc genus silentii, quod παντελὴς seu omnimodum vocari diximus, præbet nobis occasionem tollendi unius atque alterius insignis mendi scripturæ ex duobus Jambl. locis. Unus est lib. 1. cap. 23. num. 104. ubi sic editum est: Ἀλλὰ κῆ τῷ νενομοθετημένῳ αὐτοῖς ὑπὸ Πυθαγόρα ἐχεμυθίαν θείων μυημείων καὶ πρὸς τὰς ἀπελέσεις ἀπορρήτων τρόπων ἤπυον, καὶ ἀφ' συμβόλων ἐπισκόπων τὰς πρὸς ἀλλήλας ἀφελέξεις ἢ συγγραφάς. Ex quibus posteriora verba sic satis verbose vitioseque vertit Fris. Interp. *Adeoque per symbola mutuas communicationes ac colloquia vel etiam commentaria scriptionesque considerabant.* Sed aut ego nihil video, aut pro ἐπισκόπων, reponi debet ἐπισκότων, hoc est, *tenebris involvebant, obscurabant.* Alter locus emendationis egens in *Protrept.* cap. 21. p. 131. ita legitur: Ἀλλὰ κῆ τῷ νενομοθετημένῳ αὐτοῖς ὑπὸ Πυθαγόρα ἐχεμυθίαν μυημείων καὶ πρὸς τὰς ἀπελεσέρας τρόπων ἀπορρήτων (leg. puto ἀπελέσεις ἀπορ. τρόπων) ἤπυον, καὶ ἀφ' συμβόλων ἐπισκεπον τὰς πρὸς ἄλλας ἀφελέξεις ἢ συγγραφάς. Putarit fortasse quispiam, hic quoque legendum ἐπισκότων pro ἐπίσκεπον. Sed nihil mutandum. Nam ἐπισκοτῶν & ἐπισκέπειν pro iisdem usurpasse videtur Jambl. σκέπω, unde & σκέπας, est *tego*: ἐπισκέπω, *contego*. Cæterum pro ἄλλας restituend. puto ἀλλήλας: ut loco priore legebatur. An utrobique potius ἄλλας legendum? quod mihi non videtur. Redeamus vero paulisper ad silentium Pythagoreum: de quo mihi non tempero quin adscribam Apuleji verba in *Floridis*: quod equidem tanto faciam libentius, quod insigne Pythagoræ elogium complectantur. *Tot ille doctoribus eruditus, tot tamque multijugis fontibus disciplinarum toto orbe hausti, vir præsertim ingenio ingenti, ac profecto supra captum hominis animi augustior, primus philosophiæ nuncupator & conditor, nihil prius discipulos suos docuit, quam tacere, primaque apud eum meditatio sapienti futuro, linguam omnem* (forte *omnino*) *coërcere, verbaque, quæ volantia pœta appellat, ea verba detractis pinnis intra murum candentium dentium premere. Prorsus inquam hoc erat primum sapientiæ rudimentum, meditari discere, loquitari dediscere. Non in totum tamen vocem desuescebant, nec omnes pari tempore elingues magistrum sectabantur; sed*

gravioribus viris brevi ſpatio ſatis videbatur taciturnitas modificata. Loquaciores enimvero fermè in quinquennium velut in exilium vocis puniebantur. (f. leg. *veluti exilio v.p.*) Hæc Platonicus ille Madaurenſis, qui & ipſe, perinde ut Agellius, non omnibus quinquennale, ſed quibusdam etiam brevioris temporis ſilentium imperatum fuiſſe teſtatur. Non omittam hîc κακοζηλίαν Baſilidis hæretici, quem & ipſum ſcribunt ſuis præcepiſſe ſilentium more Pythagorico ad quinquennium. Vid. Euſeb. lib. IV. *Hiſt. Eccleſ.* cap. 7. Nec illud indictum relinquam, quod apud S. Hieronymum legi Commentario in Eccleſiaſten Salomonis cap. 3. ad verba: *Tempus tacendi, & tempus loquendi.* Annotat ibi vir doctiſſimus iſta: *Pythagoricos reor, quorum diſciplina eſt, tacere per quinquennium, & poſtea eruditos loqui, hinc originem ſui traxiſſe decreti. Diſcamus itaque & nos, prius non loqui, ut poſtea ad loquendum ora referemus. Sileamus certo tempore, & à præceptoris eloquio pendeamus. Nihil nobis videatur rectum eſſe, niſi quod diſcimus, ut poſt multum ſilentium de diſcipulis efficiamur magiſtri. Nunc vero pro ſeculorum quotidie in pejus labentium vitio, docemus in Eccleſiis, quod neſcimus. Et ſi compoſitione verborum, vel inſtinctu Diaboli, qui fautor errorum eſt, plauſus populi excitaverimus, contra conſcientiam noſtram ſcire nos arbitramur, de quo aliis potuimus perſuadere. Omnes artes abſque doctore non diſcimus: Sola hæc tam vilis & facilis eſt, ut non indigeat Præceptore.* Hactenus S. Hieronymus. De poſteriori ſilentii Pythagorei genere, quam παντελῆ σιωπὴν ſeu ἐχεμυθίαν vocabamus, obſervo etiam locum Jamblichi ex Cap. 32. Num. 226. τὸ κυριώτατον & σωτηριωδέστατον τῶν ἐν αὐτῇ δογμάτων ἀπόῤῥητον ἐν ἑαυτοῖς διεφύλαττον ἅπαντες ἀεὶ, μετὰ ἀκριβοῦς ἐχεμυθίας πρὸς τοὺς ἐξωτερικοὺς ἀνέκφορον ἀμτηρῦντες ἀγορεύσεως ἐν μνήμῃ, τοῖς ἀμαθέσι ὥσπερ μυσήρια θεῶν μεταπροδιδόντες· διόπερ καλῶς ἐξεφοίτησε τὸν λόγον ἀξίων, μέχρι πολλοῦ διδασκόμενά τε & μανθανόμενα· ἐντὸς δὲ τοίχων μόνον ἐγωρείζετο. &c. Eod. alluſit Cicero cum in I. *de Natur. Deorum* ſcripſit: *Nec tu me celas, ut Pythagoras ſolebat alienos.* Ubi alienos intelligere debemus τοὺς ἀμυήτους, quos Jamblich. nunc ἁπλοϊκοὺς, nunc ἐξωτερικοὺς, nunc ἰδιώτας, nunc βεβήλους vocat, non initiatos ſcil. myſteriis Pythagoricis: qui Virgilio, Horatio, aliiſque ſunt *profani.*

Ὡς ἀθάνατον εἶναι φησὶ τὴν ψυχὴν] Sententiam ſuam de animæ immortalitate hauſit Pythagoras à magiſtro ſuo Pherecyde. Cicero *Tuſcul.* I. *Pherecydes Syrus primum dixit, animos hominum eſſe ſempiternos. antiquus ſanè: fuit enim meo regnante gentili.* (Servio Tullio) *Hanc opinionem diſcipulus ejus Pythagoras maxime confirmavit.* &c. Sic alibi idem Cicero de Pythagora teſtatur, ipſum animas in immortalitatem aſſeruiſſe. At veriſſimam hanc ſententiam corrupit additamento ſtultiſſimoque, dum docuit (ſi tamen docuit) μετεμψύχωσιν, ἤγουν μετενσωμάτωσιν, τουτέστιν ὅτι μεταβάλλουσιν αἱ ψυχαὶ εἰς ἄλλα σώματα ἀνθρώπων, ἢ & ἀλόγων ζώων: quem *animæ recidivatum* vocat eruditiſſimus Tertullianus: Diog. Laërt. pag. 570. τῆς ψυχῆς μεταβάλλουσιν. Idem Diog. pag. 576. Πρῶτον τὸ φασὶ τὴν ἀθανασίαν, τὴν ψυχὴν κύκλου ἀνάγκης ἀμείβουσαν, ἄλλοτε ἄλλοις ἐνδύεσθαι ζώοις. Sic B. Hieronymus *Apolog. adverſus Ruffin. Et quia Pythagorica dogmata legiſſe me dixeram, audi, quid apud Græcos primus Pythagoras invenerit. Se primum fuiſſe Euphorbum, ſecundò Callidem, tertiò Hermotimum, quartò Pyrrhum, ad extremum Pythagoram.* Lactantius etiam horum Pythag. dogmatum aliquoties meminit, ut lib. III. cap. 18. *Alii autem* (inquit) *contraria his diſſerunt, ſupereſſe animas poſt mortem, & hi ſunt maxime Pythagorici ac Stoici; quibus etſi ignoſcendum eſt, quia verum ſentiunt, non poſſum tamen non reprehendere eos, quia non ſcientia, ſed caſu inciderunt in veritatem. Itaque in eo ipſo quod rectè ſentiebant, aliquid errarunt. Nam cum timerent argumentum illud, quo colligitur, Neceſſe eſſe ut occidant animæ cum corporibus, quia cum cor-*

poribus naſcuntur: *dixerunt*, *non naſci animas*, *ſed inſinuari potius in corpora*, *& de aliis in alia migrare. Nec putarunt aliter fieri poſſe*, *ut ſuperſint animæ poſt corpora*, *niſi videantur fluiſſe ante corpora. Par igitur ac propè ſimilis error eſt partis utriuſque.* &c. Idem cap. 19. *Sed videlicet Pythagoræ credidit* (ſcil. Plato, dum ſe naturæ gratias agere diceret, inter cetera, quod homo natus eſſet potius quam mutum animal) *qui*, *ut vetaret homines animalibus veſci*, *dixit*, *Animas de corporibus in aliorum animalium corpora commeare*: *quod & vanum*, *& impoſſibile eſt. Vanum*, *quia neceſſe non fuit*, *veteres animas in nova corpora inducere*, *cum idem artifex*, *qui primas aliquando fecerat*, *potuerit ſemper novas facere*: *Impoſſibile*, *quia rectæ rationis anima tam immutare naturam ſtatus ſui non poteſt*, *quam ignis aut deorſum niti*, *aut in tranſverſum fulminis modo flammam ſuam fundere.* &c. Sic B. Ambroſius lib. *de Bono mortis* c. 10. *Ut cognoſcant Gentiles*, *ea quæ in Philoſophiæ* (ſ. Philoſophorum) *libris mirantur*, *tranſlata de noſtris. Atque utinam non ſuperflua his & inutilia miſcuiſſent*, *ut dicerent*, *Animas hominum pariter ac beſtiarum eſſe communes*, *earumque ſummum præmium*, *ſi magnorum philoſophorum animæ in apes aut luſcinias demigrarent*, *ut qui antè hominum genus ſermone paviſſent*, *poſtea mellis dulcedine*, *aut cantus ſuavitate mulcerent. Satis fuerat dixiſſe illis*, *quod liberatæ animæ de corporibus ἀϊδῶ peterent*, *id eſt*, *locum qui non videtur*: *quem locum Latinè infernum dicimus. Denique & ſcriptura habitacula illa animarum promptuaria nuncupavit*, &c. Sic Johannes Chryſoſthomus illud dogma turpitudinis plenum pronuntiat Homilia 1. in Joan. quod Pythagorei tradiderint, Animas hominum migrare etiam in muſcas & culices & frutices Δογμάτων ἦν ἔνιοι τῶν περὶ ψυχῆς, ἀΐδ' ὑπερβολὴν τινα κατέλιπον αἰσχύνης λοιπὸν, μύας (Ita vulgo legitur: quod & interpres Aretinus agnovit, dum vertit, mures. Corrigendum puto, μύας, id eſt, *muſcas*, nam mures eſſet μῦς) καὶ κάνωπας ἢ ἅμιννας τὰς τῶν ἀνθρώπων λέγοντες γίνεσθαι ψυχὰς, καὶ τὸν Θεὸν αὐτὸν ψυχῶν εἶναι φάσκοντες, καὶ ἕπερα ἄτοπα τοιαῦτα ἀφιημονοῦντες. Ibid. paulo mox (quod obiter monco) emendandus videtur idem Chryſoſt. ubi ſic editum eſt: Καθάπερ γὰρ οὐ Εὐρίπῳ τῇδε κἀκεῖσε φερόμενοι, ὥπως δὴ ποτε ἐπὶ τῶν αὐτῶν ἐφήκεσαν, ὥτε δὴ τῶν δηλῶν καὶ ἐπισφαλῶν λογισμῶν πάντα φθεγγόμενοι. Quod poſtremum cum ſic reddiderit interpres: *utpote incerta & fragili ſententia omnia loquentes*: legiſſe videtur, aut in animo habuiſſe, ἀδήλων. Sed veram lectionem eſſe ajo, δειλῶν. Timidas enim & lubricas ratiocinationes vocat Chryſoſt. Philoſophorum de rebus opiniones fluctuantes.

Theodoretus quoque non ſemel hanc vanitatem μετεμψυχώσεως refutat; ut in Hæreticarum fabularum compendio, ubi de Carpocrate hæretico: *Cum Pythagoricas à corporibus in corpora trajectiones admiſiſſent* (Carpocratiani) *quod eis connexum à Pythagora dicebatur*, *non admiſerunt. Pythagoras enim dicebat*, *animas*, *quæ peccarent*, *mitti in corpora*, *ut & pœnas darent*, *& ritè expiarentur. Hi autem cauſam afferunt illius in corpora tranſitus*, *quæ Pythagoricæ ex diametro repugnat. Dicunt enim animas mitti in corpora*, *ut omne genus libidinis & petulantiæ peragant. Eas ergò quæ in uno deſcenſu impleverint*, *non egere alia miſſione. Quæ autem parum peccarunt*, *& bis mitti*, *& ter*, *& ſæpius*, *donec omnia vitiorum genera impleverint*, &c. Idem Theodoret. *Epitome divinorum decretorum*, ſub titulo *de homine*: „ Animam autem ſimplicem eſſe dicimus, „ & ratione præditam, & immortalem; „ non tamen ante corpus præexiſtere. „ Pythagoras enim & Plato & Plotinus, „ & qui ejus ſectæ ſunt, immortales animas eſſe confeſſi, dixerunt, eas ante „ corpora præexiſtere, & eſſe quendam „ innumerabilem animarum populum: „ & quæ peccant quidem, demitti in corpora, ut tali purgata diſciplina in locum proprium revertantur: quæ autem etiam in corporibus vitam iniquam

„ & ſceleratam amplexæ fuerint, in ra-
„ tionis expertia demitti animalia : eos
„ quidem qui amaræ bilis ſunt, & ira-
„ cundiæ veneno referti, in ſerpentes;
„ rapaces verò in lupos; audaces autem
„ in leones; fraudulentos autem in vul-
„ pes; & ejuſmodi quaſdam ineptas con-
„ finxêre fabulas, &c. “ Denique eo-
„ dem libro cap. *de Judicio*: „ Pytha-
„ goras animarum in corpora tranſitus fa-
„ bulatus eſt, dicens, eas non ſolum in
„ corpora brutorum, ſed etiam in arbo-
„ res tranſire Itidem etiam Plato hanc
„ fabulam neſcio quomodo ſecutus eſt.
„ Hinc Manes, &, quæ eum præceſſit,
„ impiorum Gnoſticorum hæreſis, ac-
„ cepta occaſione, dixerunt, hoc eſſe
„ ſupplicium. Scelerati autem Carpocra
„ tes & Epiphanes & Prodicus & Cajeni,
„ ſuillam plane vitam conſtituentes, di-
„ cebant, Animas in corpora tranſmitti,
„ ut per libidinem & omnem intempe-
„ rantiam unum quemque Angelorum
„ mundi conditorum colerent. Piorum
„ autem Eccleſia eos & hujuſmodi fabu-
„ las execratur, “ &c.

Sed de fabuloſa illa migratione animarum in alia corpora, & ipſius Pythagoræ metamorphoſi, plura dicendi locus erit infra. Illud tantum hoc loco addam, quod legi apud Socratem lib. III. *Hiſtor. Eccleſ.* cap. 21. etiam Julianum Apoſtatam hac vaniſſima opinione fuiſſe dementatum, ut ſibi perſuaderet, juxta Pythagoræ ſententiam, ex transformatione ſe animam habere Alexandri Magni. Imo ipſum ſe in alio corpore eſſe Alexandrum. Unde & per ſomnia in eam ſpem adduci ſe paſſus eſt, futurum ſe Alexandro Macedoni rebus geſtis non modo parem, ſed etiam eodem ſuperiorem. Sed hæc opinio & ſpes eum ſeduxit, effecitque, ut ſupplicationem Perſæ Regis reſpueret, & dum prælio commiſſo ſe etiam immiſcebat inermem, ſola ſpe felicitatis fretus, jaculo confixus periret, incerto necis ipſius auctore.

Καθ' ἑξείδυς πίας τὰ γινόμενα ποτὲ, πάλιν γίνεται] S. Hieronymus dicta *Apologia adverſus Ruffin. Poſt certos temporum circulos ea quæ fuerant, rurſum fieri, nihilque in mundo fieri novum*, &c. Hæc & ſapientiſſimi Salomonis eſt ſententia *Eccleſiaſtæ* cap. 1. Τί τὸ γεγονὸς; αὐτὸ τὸ γενησόμενον. Καὶ τί τὸ πεποιημένον; αὐτὸ τὸ ποιηθησόμενον· καὶ οὐκ ἔστι πᾶν πρόσφατον ὑπὸ τὸν ἥλιον. Ὃς λαλήσει, καὶ ἐρεῖ· Ἴδε τοῦτο καινόν ἐστιν. Ἤδη γέγονεν ἐν τοῖς αἰῶσι τοῖς γενομένοις ἀπὸ ἔμπροσθεν ἡμῶν, &c. Vid. ibid. Commentar. Hieronymi, ubi hoc latius explicans, ſimul refutat opinionem Epicuri, qui aſſerebat, per innumerabiles periodos eadem & iiſdem in locis, & per eoſdem fieri. Ex eodem fonte Hieronymus etiam illud putat fluxiſſe Comicum apud Terentium: *Nihil eſt dictum, quod non ſit dictum prius*; & poſtquam Præceptorem ſuum Donatum laudavit, addit: *Quod ſi in ſermonibus novum nihil dici poteſt, quanto magis in adminiſtratione mundi, quæ ab initio ſic perfecta eſt, ut requieſceret Deus ab operibus ſuis in die ſeptima*, &c. Apud Malchum vero hic poſt ἀπλῶς in MS. erat lacuna: ut credibile ſit, multa hinc præclara de dogmatis Pythagoræ deperiiſſe.

Ὡς μηκέτι οἰκεῖ' ἀπονήσειν] Divinabam legend. ἀπονοήσειν. Sed fortè nihil mutandum. Hæc autem quatuor verba ſupplenda omnino videntur apud Jamblich. cap. 6. pag. 43. poſt σύνεχθησαν (quod manifeſto corruptum eſt) & ante, ἀλλὰ ὑμῖν παισί, ubi ex Malcho legend. σοὶ παισί.

Ὀμακηΐόν τι παμμέγεθες] Apud Jamblichum dicto loco, ubi hæc eadem leguntur, eſt ſcriptum, ὁμακήϊοι παμμέγεθες. Veruntamen & ὁμακῆϊον alibi apud eundem ſcriptum reperias, per ι, non per ει.

Παρεδείγματα ἀπανεῖ θείας ὑποθήκας] Sic Diog. Laërt. pag. 576. Οὕτω δ' εἴρηκε πρὸς ὃν, ὥστε ἐλέγετο τὰς γνωμικὰς αὐτοῦ πάντοτε Θεοῦ φωνάς. Ad quem locum Cl. Caſaubonus noſter ſic annotavit: *Deeſt hîc aliquid: quod diſſimulavit Ambroſius*, &c. Nec addit tamen, quid putet deeſſe. Meo animo nihil ibi deeſt, ſed pro τὰς γνωμικὰς legend. ajo: τὰς γνώμας. Sic omnia erunt

ἁλό-

ὁλόκληρα & ſana & plana. An etiam pro ὥστε ἐλέγετο, reponendum ὥστε λέγειν;

Τῶν πρὸς πάντων ἐπικληθέντων μεγάλων Ἑλλάδα] Jambl. cap. 29. Ἀπὸ δὲ τούτων τῶν ἐπιτηδευμάτων συνέβη τοῖς Ἰταλίαν πᾶσαν φιλοσόφων ἀνδρῶν ἐπωνυμίας αὐτῆς, ὕστερον ἀφ' Πυθαγόρου μεγάλου Ἑλλάδα κληθῆναι· καὶ πλείστας παρ' αὐτῆς ἄνδρας φιλοσόφους καὶ ποιητὰς καὶ νομοθέτας γενέσθαι· τάς τε χαρίεσσας τῶν ῥητόρων καὶ τοὺς λόγους τοὺς ἐπιδεικτικοὺς, καὶ τοὺς νόμους τοὺς γεγραμμένους παρ' ἐκείνων, εἰς τοὺς Ἑλλάδα συνέβη καταβῆναι, &c. Quem locum vel ideò volui apponere libentius, quod ex eo appareat ratio nominis, quare tantilla Italiæ portio dicta fuerit Magna ſive Major Græcia: Chryſoſtomo etiam Maxima (μείζων) Homil. 1. in Joan. Aliam tamen appellationis hujus rationem reddit Athenæus lib. 12. Quia ſcil. ob regionis illius fertilitatem ubertatemque magna hominum multitudo illuc confluxerit. Οὐκ ὀλίγων δ' ἀεὶ τοῖς τρυφῇ καὶ τῇ εὐδαιμονίᾳ καὶ σύμπαντα τὰ κλίματα τὸ πλῆθος ἐγένετο τῶν ἀνθρώπων· διὸ καὶ μεγάλη Ἑλλὰς ὠνόμασται πᾶσα χεδὸν ἡ κατὰ τὴν Ἰταλίαν κατοίκησις.

Καὶ τὰς οὐσίας κοινὰς ἔθεντο] Jamblich. Num. 168. Similiter Diog Laërt. p. 573. Καὶ αὐτοῦ οἱ μαθηταὶ κατέθεντο τὰς οὐσίας εἰς ἓν ποιούμενοι. Ubi videtur mihi præpoſitio εἰς redundare. Sic idem p. 581. inter dogmata Pythagoræ hoc quoque recenſet: Ἴδιον μηδὲν ἡγεῖσθαι. Et hoc quoque, ut alia plurima, ἐσφετερίσατο, hoc eſt, ſuum fecit Plato. Sed contra omnium rerum communionem prolixè diſputat Lactantius Firmianus, lib. III. cap. 21. & ſeq.

Agellius lib. 1. cap. 4. „ Omnes ſimul, „ qui à Pythagora in cohortem illam „ diſciplinarum (Cl. Caſaubonus mavult, „ diſcipulorum, cui facilè aſſentior) re- „ cepti erant, quod quiſque familiæ pe- „ cuniæque habebant, in medium da- „ bant, & coibatur ſocietas inſeparabi- „ lis: tanquam illud fuerit antiquum „ conſortium, quod in re (leg. jure) „ atque verbo Romano appellabatur κοι- „ νόβιον. " Sed quod Agellius ait, fuiſſe inſeparabilem ſocietatem coitam inter Pythagoreos ei repugnare videtur locus apud Jamblichum lib. 1. cap. 30. num. 168. ubi ſcribit, ſi cui non placuiſſet in illa ſocietate permanere, ei fuiſſe integrum diſcedere, ad ſe receptis bonis, quæ in communionem contuliſſet, & quidem cum aliqua acceſſione. Verba Jamblichi hæc ſunt: Τοῦτο πίνυν ἄριστα ἀνδρῶν κατεσκεύασεν ὁ τοῖς ἤθεσι, τὸ ἴδιον πᾶν ἐξορίσας, τὸ δὲ κοινὸν αὐξήσας, μέχρι τῶν ἐκάστων κλημάτων, καὶ στάσεως αἰτίων ὄντων καὶ παραχῆς. Κοινὰ γὰρ πᾶσι πάντα ἦν τοῦτο· ἴδιον δὲ οὐδὲν οὐδὲν ἐκέκλητο. Καὶ εἰ μὲν ἠρέσκετο τῇ κοινωνίᾳ, ἐχρῆτο τοῖς κοινοῖς κατὰ τὸ δικαιότατον· εἰ δὲ μή, ἁπλασθὲν ἂν τὸν ἑαυτοῦ οὐσίαν, καὶ πλείονα ἧς εἰσηνέγκατο εἰς τὸ κοινὸν, ἀπεκόμιζεν. Et quidem congruit hoc cum iſtis juris noſtri Principiis: *Nulla ſocietatis in æternum coitio eſt.* Et, *Nemo invitus in communione vel ſocietate detineri compellitur*, &c. l. 4. §. 1. l. 63. *verum eſt*, §. ult. & l. 65. *actione*, §. 2. *dicimus*, & aliquot ſeqq. l. 70. *nulla*, D. *pro ſocio*. l. 14. *in hoc judicium* §. *ſi conveniat*. D. *Commun. divid.* l. ult. C. eodem titulo.

Μετὰ τῶν Θεῶν τὸν Πυθαγόραν κατετίθεσαν] Pythagoram pro Deo cultum fuiſſe, Jamblich. quoque ſæpe ſcribit, inprimis c. 6. Καὶ μὴ τῶν Θεῶν τὸν Πυθαγόραν λοιπὸν κατετίθεσαν, ὡς ἀγαθόν τινα δαίμονα καὶ φιλανθρωπότατον, οἱ μὲν τὸν Πύθιον, οἱ δὲ τὸν ἐξ Ὑπερβορέων Ἀπόλλωνα, οἱ δὲ τὸν Παίωνα, οἱ δὲ τῶν σελήνῃ κατοικούντων δαιμόνων ἕνα· ἄλλοι δ' ἄλλον τῶν Ὀλυμπίων Θεῶν ἐφήμιζον, εἰς ὠφέλειαν καὶ ἐπανόρθωσιν βίου ἀνήτου λέγοντες ἐν ἀνθρωπίνῃ μορφῇ φανῆναι τοῖς τότε, ἵνα τὸ τῆς εὐδαιμονίας τε καὶ φιλοσοφίας σωτήριον ἴναυσμα χαρίσηται τῇ ἀνήτῃ φύσει, ἢ μεῖζον ἀγαθὸν ἄρα ἦλθεν, ἢ ἧξέ ποτε, δωρηθὲν ἐκ θεῶν ἀφ' οὗτος δὲ Πυθαγόρου, &c. Id ipſum teſtatur & Dio Chryſoſtomus Orat. 47. (mihi pag. 524 edit. Pariſ.) Πυθαγόρας ὁ Σάμιος μὲν ἦν φύσιν ἑκών, τυραννικός. Παρὰ δὲ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἀνθρώποις, μάλιστα δ' οἶμαι παρὰ τοῖς Ἰταλιώταις, ἐπαρθεὶς

ὡς Θεός. Teſtatur idem Juſtinus lib. xx. Sed is defuncto hoc contigiſſe ait, ut pro Deo coleretur: cæteri etiam vivum pro Deo habitum fuiſſe ſignificant. In utroque autem par & æqualis fuit Idololatria. Nam unus tantum eſt Deus, ut ex pluribus Sacr. Script. teſtimoniis Dei beneficio novimus.

Οὐ μὰ τὸν ἀμετ.] Suidas in Ἀριθμῶ: Ὅτι οἱ Πυθαγόρειοι πάντα ἀριθμὸν τετρακτὺν προσηγόρευον. ὁ δὲ ἀριθμὸς συμπληρῶται τοῖς δέκα. ὁ δὲ δέκα σωῆσις ϗ τεσάρων. καὶ ἀφ' τοῦτο τὸν ἀριθμὸν πάντα τετρακτὺν ἔλεγον. Macrob. lib. 1. *in Somn. Scip.* c. 6. Sed quaternarium quidem Pythagorei, quem τετρακτὺν vocant, adeò quaſi ad perfectionem animæ pertinentem inter arcana venerantur, ut ex eo & jurisjurandi religionem ſibi fecerint: Οὐ μὰ τὸν ἀμετ. ψ. π. τ. *Juro tibi per eum, qui dat animæ noſtræ quaternarium numerum.* Vid. Jambl. cap. 28. num. 150. ubi ita ſcribit: Ἀναφέρεται γε μὲν εἰς τὰς Πυθαγορικὰς καὶ τοιὸς δὲ τις ὅρκος, αἰδὼ μὲν πεισμένων ὀνομάζειν Πυθαγόραν (ὥσπερ ϗ θεῶν ὀνόμασι χρῆσθαι πολλὰ φεισὼ ἐποιοῦντο) ἀφ' ϗ τῆς εὑρέσεως ϗ τετρακτύος δηλόντων τ' ἄνδρα. Subjicit deinde duos illos nobiles verſus, ſed priorem nonnulla cum variatione: Ναὶ μὰ τ' ἀμετέρας σοφίας εὑρόντα τετρακτύν, &c. Idem Jamblich. cap. 29. num. 162. Ταῦτα πάντα, καὶ ἕτερα πλείω τοιαῦτα, Πυθαγόρας πλάσμασι ϗ ποιήμασι εἰς ὠφέλειαν καὶ ἐπανόρθωσιν ϗ σωθιαζόντων ἐπινοεῖτο· καὶ ὅτω σέβεσθαι ἦν, καὶ ἐξεθειάζετο ὑπὸ ϗ σωϊόντων (ab intelligentibus: niſi quis malit legere σωόντων; quod eſſet à familiaribus) ὥστε εἰς ὅρκων (vel ὄρκα; non ὅρκον, ut editum eſt) χρήσασθαι τοῖς ὁμοκόοις· ὃ μὰ τὸν ἀμετέραν γνυεὴ ἀφ' ϗ δοθεῖσα τετρακτύν, &c. Qua ex collatione apparet, quam variè referatur hæc Pythagoreorum jurandi formula; de qua vid. & Cælium Rhodigin. lib. xxii. *Lection. Antiq.* cap. 9. Sic Lucianus in defenſione errati in ſalutatione admiſſi huc alluſit: Εἰσὶ δὲ, οἱ ϗ τὴν τετρακτύν, τὸν μέγιστον ὅρκον ἀυτῶν (τῶν ἀπὸ ϗ Πυθαγόρα) ϗ (malim, καὶ) τὸν ὀπιλὴ αὐτοῖς ἀριθμὸν ἀπιπελεῖν. Οἱ δὲ καὶ ὑγείας ἀρχὼ ἐπάλεσαν, &c. Gregor. Nazianz. quoque Homilia in S. Pentecoſten jurisjurandi hujus meminit iſtis verbis: Τῶ ἑβδομάδα πεπᾶσιν Ἑβραίων παῖδες, ἐκ τῆς Μωσέως νομοθεσίας· ὥσπερ οἱ Πυθαγορικοὶ τὴν τετρακτὼ ὕστερον, ἣν δὴ ϗ ὅρκον πεποίηνται. Ubi Nicetas in paraphraſi hæc affert: Μετιὼν ὁ Μωσέως ὁ Σάμιος ϗ φιλόσοφος Πυθαγόρας· ὤμνυον ϗ ὅτως οἱ τότε μαθηταί, καθὼς ἐν τοῖς χρυσοῖς καλουμένοις ἔπεσιν αὐτὸ φησί· Ναὶ μὰ τ' ἀμετέρᾳ ψυχᾷ παραδόντα τετρακτὼ, πηγὰν ἀενάου φύσεως ἔλεγον ϗ τὴν τετρακτὼ, πηγὼ ἀενάου φύσεως, ἀφ' τὰ τέσσαρα στοιχεῖα, ἐξ ὧν πᾶσα φύσις εἰκόσμιος συνίσταται. Καὶ μὴν ὁ θεολόγος, ὁ τὼ τετρακτὺν, ἀλλὰ τὸν Πυθαγόραν ὤμνυον οἱ μαθηταί; Ναί, φησὶν, ἀλλὰ καὶ τὸν Πυθαγόραν ἀφ' τὼ τετρακτὺν θεώσαντες ὤμνυον, ὡς θεοδίδακτα τότοις τὼ ἀπόῤῥητον αὐτῦ καὶ μυστικὼ δυάμιν· ὥστ δεύτερος αὐτοῖς ϗ τετρακτύος ὁ Πυθαγόρας εἰς πηγὴν, καὶ δ' ἑπείνη παύτῳ ὤμνυον ἄνωθεν.

Φρονήματος ἐξελευθερίᾳ πλήσας] Jamblich. cap. 7. eadem de re: Ταύτας φρονήματος ἐλευθερίᾳ ὑπερπλήσας. Confer totum eum locum ad præſentem. Alter enim ab altero illuſtrabitur.

Ταυρομένιον] Lege una litera auctius Ταυρομένιον, vel etiam per ει, Ταυρομένειον. Utroque enim modo ſcribitur. Eſtque hinc corrigendus Jambl. dicto loco, ubi nec rectè & nullo ſenſu editum eſt Ταραμβάς. Nec melius Τερεντίαν legendum putabat Caſtigator Friſ. Imò inquam ex Malcho reponendum Ταυρομένιον. Eſt autem urbs Siciliæ, teſte Stephano: Ταυρομένιον, πόλις Σικελίας. ὁ πολίτης, Ταυρομενίτης, ϗ Ταυρομένιος. Eandem urbem Strabo quoque lib. vi. inter alias Siculas recenſet, & cum Catana conjungit. Suidas Ταυρομένειον, πολίχνιον· ϗ Ταυρομενείτης. Itaque intelligere debemus, utroque modo ſcribi hominem inde oriundum: Ταυρομενίτης, ut Suidas, & Ταυρομενίτης, ut Steph. & Jamblich. cap. 25. ubi hiſtoria refertur de adoleſcente Tauromenite, cujus ab ebrietate ſimul atque amore & rivalitate accenſum

furorem Pythagoras reſtinxerit cantu & modulatione Phrygia.

Αἷς ἐ νόμως ἔγετο Δρῶ Χαρώνδα τε τῦ Καπαναίω, ϗ Ζαλεύκω τῦ Λοκρῶ] Ejuſdem paris celeberrimorum Legiſlatorum Pythagoricorum Jamblich. quoque non uno loco meminit: ut c. 7. c. 27. & c. 30. Νομοθέτην πάντων ἄριστοι μνήσασιν οἱ Πυθαγόρα προσελθόντες, πρῶτον μὲν Χαρώνδαν ὁ Καπαναῖον· ἔπειτα ἦ Ζάλευκον, ἐ Τιμάρατον, οἱ Λοκροῖς γράψαντες τὰς νόμως, &c. Meminit eorundem etiam cap. 23. De utriuſque autem Nomotheſia ante hos q. xx annos orationem habui & edidi, in qua non indiligenter congeſſi, quicquid de his duobus celeberrimis legumlatoribus apud optimos quoſque utriuſque linguæ auctores exſtat memorabile, qua ad eorum vitam, qua ad legiſlationem pertinens. De Charonda vid. etiam Pet. Victor: lib. xxvi. *Varior.* c. 21. Sed quoniam paulò ante in Jambl c. 30. incidimus, benè de illo merebimur, duobus inde ſublatis inſignibus vel potius deformibus mendis, quibus non animadverſis Interpres Friſ. lapſus eſt. Priore loco, ubi inter ſeſe confert τὸ Νομοθετικὸν ἦ δικαιοσύνης εἶδος, ϗ τὸ Δικαστικὸν, eam inquam Politicæ partem, quæ in Legibus ferendis occupata eſt, cum ea quæ in Judiciis verſatur, & ita quidem confert, ut illam huic præferat, quippe quæ prohibeat, longeque ante præcaveat, ne omnino in morbum injuſtitiæ animus incidat, ſed procurat, atque efficit, ut integra ei ſanitas ſua conſtet, cum altera jam ægrotanti medicinam faciat: ibi ergo editum eſt, τὸ ἦ πλὴ ἀρχλὼ ἀδὲ νοεῖν: quod ita vertit Arcerius: *Illa verò initium ne cogitatione quidem percipere poteſt*, &c. nullo ſenſu. Ego quovis pignore contendam legendum, ἀδὲ νοσεῖν: & πλὴ ἀρχλὼ hic non ſignificare, *Initium*, ſed *omnino*: vel *prorſus*. Quod quam verè à me ſtatuatur, quo fiat manifeſtius, age, totum locum aſcribamus, præſertim cum ad alia quoque poſſit prodeſſe. Πρὸς τύτοις ἄλλο εἶδος δικαιοσύνης καλλίστην κατεσκεύασε (ὁ Πυθαγόρας) τὸ Νομοθετικὸν, ϗ προσαπτὸν μὲν ἀ δεῖ ποιεῖν, ἀπαγορεῦον ἦ ἃ μὴ χρὴ πράττειν. Κρεῖττον δέ ἐσι ἦ Δικαστικῦ. Τὸ μὲν γὰρ τῇ ἰατρικῇ προσέοικε, ϗ νοσήσαντως θεραπεύει. Τὸ δὲ πλὴ ἀρχὴν ἀδὲ νοεῖν (legend. ajo νοσεῖν) ἀλλὰ πόρρωθεν ἐπιμελεῖται τῆς ἐν τῇ ψυχῇ ὑγείας. Inſignem Jamblichi ſententiam de differentia duarum Politicæ, vel, ut ipſe vocat Juſtitiæ, partium, Nomotheticæ, & Dicaſticæ, illuſtro παρέργως, adhibito colloquio Platonis cum Dionyſio Syracuſano, à quo interrogatus divineſſimus ille Philoſophorum, quodnam eſſet officium Politici; reſpondit: Bonos efficere cives (Exſpectabat autem Tyrannus, dum diceret Plato, Judicia benè exercere: hac enim ipſe virtute ſe efferebat.) Iterum ab eodem interrogatus Plato, cujuſnam verò putaret officium eſſe, *Rectè judicare*, reſpondit, Μέγιστόν τι μικρὸν πολιτικῦ τὸ δικάζειν ὀρθῶς. (ubi forte rectius legamus, πολιτικῆς) ἀκεσταὶ γὰρ ἐοίκασι, τοῖς τε διεφθαρμένοις ἰμάτια ἀνυφαίνειν. Vid. Euſeb. Pamphili lib. 1. *Chronic.* pag. 46. Cum Platone etiam ſentit Clemens Alex. *Strom.* 1. pag. 151. Quando definit δικαστικὴν, ἐπιστήμην ὅσων διορθωτικὴν τῶν ἁμαρτανομένων, ἕνεκεν ἦ δικαίε: additque, σύσοιχον ἦ αὖτῇ ἡ κολαστική, τῇ κῆ τὰς κολάσεις μέτρῳ ἐπιστημονική τις ὕσα. Κόλασις ἦ ἔσι διόρθωσις ἐσὶ ψυχῆς. Sed ab his ad Jambl. emendationem nos recipiamus. Sequitur ergo alter ejuſdem citatus locus, & ipſe non minus mendoſus priore. Confert ibi Jambl. Pythag. Legumlatores cum Heraclito Epheſio, quorum illi multâ prolixâque cum benevolentia & politica ſcientia ad leges ferendas acceſſerint; Iſte verò aſperrimus ac vehementiſſimus in Epheſios fuerit, dignos videlicet pronuntians omnes, quibus gula frangeretur (ob expulſum videl. ſua civitate Hermodorum optimum virum, ut ex Ciceronis *Tuſcul.* Strabone, aliiſque conſtat) idque ἡβηδὸν, id eſt, *ab ineunte ætate*, ſive *à prima pubertate*, ἀπὸ ϗ ἥβης: non, ut Arcer. vertit: *petulanter & laſcivè*, *per omnes adeo ætates*, &c. Legitur ibid. μετὰ πολλῆς εὐνοίας (quod Interpres reddidit, *cum omni Intelligen-*

tia) καὶ πολιτικῆς ἐπιστήμης νομοθετῶν ἐπιχείρησιν: cum verum ſit ἐννοίας, & ἐπιχείρησιν. Ita veriſſimam à nobis reſtitutam lectionem bis vitioſam, ut opinor nemo dubitabit, 1. qui attenderit, ἐννοίαν πολλὴν Pythagoricorum Legiſlatorum opponi præfractæ & contumelioſæ ſeveritati Heracliti: 11. qui animadverterit, verbum ἐπιχείρησιν referri ad ea quæ præceſſerunt, πάντες ὅτοι νομοθέτησι ἰσοθέων τιμῶν ἔτυχον. Sequentia enim rationem ſubjiciunt, quare tanto in honore habiti fuerint Pythagorei Legiſlatores, nimirum propter πολλὴν ἐννοιαν, & πολιτικὴν ἐπιστήμην, qua leges ferre aggreſſi fuerint: ἐπιχείρησιν νομοθετῶν. Taceo, quod τὸ ἐπιχείρησι, nullum habeat nominativum, à quo regatur, ſive dependeat. Sed à Jamblicho tandem ad Malch. redeamus.

Ἀξιοζήλωτοι τοῖς ϑείοις] Apud Jamblich. perperam editum eſt, τὰς ὑπερβολὰς. Legend. autem & ibi τοῖς ϑείοις: quod & Arcerius tandem per conjecturam aſſecutus eſt, recte. Fortaſſis autem utrobique tam apud Malchum quam apud Jamblichum legend. ταῖς ϑείοις, ſcil. πόλεσι: vicinis civitatibus. In doctrina de ſitu orbis & ſphæra qui ſint ϑεῖοι, aliunde petendum eſt.

Σύμιχος ὁ Κεντοροπίων τύραννος] Quis iſte fuerit Symichus, qui item Centoropii, in quos ille Tyrannidem quam obtinuerat, ultro depoſuit, audito Pythagora, quærendum amplius. Jamblich. quidem certè de eo nihil. Sunt autem & in Romana hiſtoria Imperatorum exempla, qui imperio ſe ultro abdicarunt, facti ex monarchis privati.

Ἀκούσας αὐτῆς] Leg. αὐτᾶ, Pythagora audito.

NUM. 22. Ῥωμαῖοι] Quanti fecerint Pythagoram Romani, ſatis declarant quæ Plutarch. ſcripſit in *Numa*. Vid. quæ ſupra ad tit. hujus opuſculi annotavi ex Cicer. Livio, & aliis.

Ἀνεῖλε δ' ἄρδην φάσιν, ὃ μόνον ἀπὸ τῶν ἐν Ἰταλίᾳ] Semper hunc locum pro mutilo ſuſpectum habui, cum ad ὃ μόνον ſequi debeat, ἀλλὰ καὶ, &c. quod hic deeſt cum detrimento ſententiæ Tandem inſpecto Jamblich. cap. 7. deprehendi ſic eſſe, & ſupplenda hinc poſt ὃ μόνον, illa verba: ἀπὸ τῶν γνωρίμων καὶ τῶν ἀπηχθημένων δὲ αὐτῶν μέχρι πολλῶν, ὡς ἱστορεῖται, χθιζῶν, ἀλλὰ ἓξ καθόλου (leg. καθόλε) ut deinde ſequatur, ἀπὸ τῶν ἐν Ἰταλίᾳ, &c.

Φυγαδευτέον] Frequens hoc & graviſſimum Pythagoræ apophthegma, ſive ſcitum, totidem planè verbis refertur apud Jamblich. de vita Pythagoræ cap. 7. niſi quod in extremo ibi legitur, ἀμετρίαν, quod Arcerius vertit, *partium ſtudium*. Sed reſtituendum ex hoc Malchi noſtri loco, ἀμετρίαν. Veriſſimè autem cenſet Jambl. de hoc Pythag. ſcito, χρήσιμα Θεὸν συμβολευτικὰ (ſ. συμβολευτικοὶ) ὄμβρων εἶναι, ἐπιτομήν τινα ὥσπερει, καὶ ἀνακεφαλαίωσίν τινα τῶν αὐτῷ δοκούντων, διὸ δὴ φιλοσοφώτατα ἀνεμίμνησκεν ἑκάστων τῶν ἀρίστων δογμάτων. D. Hieronymus in Apologetico ſuo adverſ. Ruffin. idem apophthegma, quamvis nonnihil commutatis verbis, eodem tamen ſenſu recenſet. Aſſcribam collationis ergo, & quidem paulo altius repetitis doctiſſimi Patris verbis: *Reſpice omnem oram Italiæ, quæ quondam Magna Græcia dicebatur: & Pythagoricorum dogmatum inciſa publicis literis æra cognoſces. Cujus enim ſunt illa χρυσᾶ παραγγέλματα; nonne Pythagoræ? in quibus omnia ejus breviter dogmata continentur, & in quæ latiſſimo opere commentatus eſt Jambl. imitatus ex parte Moderatum, virum eloquentiſſimum, & Archippum, ac Lyſidem, Pythagoræ auditores: quorum Archippus ac Lyſides in Græcia, id eſt, Thebis, ſcholas habuere, qui memoriter tenentes præcepta Doctoris, ingenio pro libris utebantur; à quibus illud eſt: Φόβητρον παντάπασι ἐκκριτέον, ἀδύνειαν μὲν τοῦ σώματος, ἀπιθανότητα δὲ τῆς ψυχῆς, ἀκολασίαν δὲ τῆς γαστρός, στάσιν δὲ τῆς πόλεως, τὸν ὄλεθρον ἀπὸ τῆς οἰκίας, καὶ κοινῇ ἀπὸ πάντων τὸ ἀκρατές. Quod ita in Latium poſſumus vertere: Fuganda ſunt omnibus modis & abſcindenda, languor è corpore, imperitia ab animo, luxuria à ventre, à civitate ſeditio, à domo diſcordia, & in communi à*

cunctis rebus intemperantia. Hæc Hieronymus (mihi in editione Plantin. Tom. I. pag. 261.) Τὸ ἀκρατὲς hic dicitur, quod apud Jamblichum & Malchum est ἀμετρία. Jamblich. alibi etiam ἀσύμμετρα vocat: ut cap. 31. Εἴρηται μὲν ἤδη τὰ ῥηθέντα παρακελεύματα τοῖς αὐτῆς (τῆς σωφροσύνης) ἐν οἷς πυρὶ & σιδήρῳ τὰ ἀσύμμετρα πάντα κόπτειν διώκεται: quibus verbis nihil aliud quam hoc ipsum apophthegma innuit, quod cap. 7. antea retulerat, & quod hic habet Malchus. Videndum autem moneo, an non apud Hieronymum aut pro φευκτέον legendum sit φυγαδευτέον, aut pro *fuganda*, *fugienda*: hoc enim valet, φευκτέον. Hæc ita scripse ram, cum deinde recurri ad pervetustam Hieronymi editionem, quam habeo impressam Lugduni anno 1508. apud Jacobum Saccon. in qua deprehendi Græca paululum variare à recentioribus editionibus: nam pro Ἀμφωνίαν ibi legitur δικαίαν: & pro κὴ κοινῇ κόπτειν τὸ ἀκρατὲς, scriptum est, κὴ ὅλως παντὸς πράγματος ἀμετρίαν. Quam varietatem lectionum non putavi dissimulandam.

Εἰ δὲ δεῖ πιστεύειν] Eædem istæ narrationes de ursa Daunia, de Bove Tarentino, à Pythagora domitis & mansuefactis, & de Aquila supervolante eidem de auguriis forte ad socios differenti, ab eoque ex aëre detracta & manu permulsa (quibus probatur, si fas est credere, quod etiam feræ dicto audientes fuerint Pythagoræ ejusque sermonem intellexerint) exstant etiam, & quidem ferè totidem verbis, apud Jamblich. cap. 13. num. 61. 62. ita tamen, ut ex hoc Malchi loco quædam apud illum restitui possint suæ integritati. Videntur autem mihi istæ narrationes (ut illa quoque de fluvio, qui clara & humana voce salutarit Pythagoram transeuntem, nec non & illa de duabus remotissimis civitatibus eodem die ab ipso aditis, &c.) ejusmodi esse, ut inter veras historias Luciani locum suum facile tueri possint. Nam quid non Græcia mendax audet in historia? ut verbis Satyrici utar. Τῷ αὐτῷ κόμματι esse existimo, quod de Ammoniano, Syriani cognato, Philosopho scribunt, Eum habuisse Asinum sapientiæ auditorem: credo, quod ipsius anima prius inhabitarat corpus alicujus philosophorum. Suidas in Ἀμμωνιανός· Οὗτος ἦν Α. ᾧ κεκλῆσθαι συμβέβηκεν ὄνον, σοφίας ἀκρατῆ. Porrò bovini hujus colloquii, sicut & Aquilæ, cum qua Pythag. disseruerit, S. Chrysostomus quoque meminit, eaque pro veris habens, affert in argumentum, quo probet, Pythagoram fuisse magum & præstigiatorem. Asscribam ipsamet ejus verba ex Homil. 1. in Joan. Euangel. ubi luculenter demonstrans, quomodo Euangelicæ veritati ac piscatoriæ simplicitati Apostolorum cedere coacta fuerint, & ad eam obmutescere summorum quoque Philosophorum (ut Pythagoræ, ut Platonis, &c.) sapientissima quæ habebantur dogmata, usque adeò, ut vix nomine amplius in vulgus Christianorum noti sint ipsorum auctores; de Pythagora deinde hæc subjungit: Πυθαγόρας ὁ τῶν μεγίστων Ἑλλάδα κατηλαδῶν, κὴ γοητείας ἐπιδείξας εἴδη μυρία. Τὸ γὰρ βοῦν ἀμέλγεσθαι (κὴ γὰρ κὴ τοῦτο φασὶν αὐτὸν πεποιηκέναι·) οὐδὲν ἕτερον ἢ γοητεία ἦν, κὴ δῆλον μάλιστα ἐκεῖθεν. Ὁ γὰρ πῖς ἀλόγοις οὕτω ἀμέλγεσθαι, τὸ τῶν ἀνθρώπων οὐδὲν ὠφέλησε γένος, ἀλλὰ & τὰ μέγιστα ἔβλαψεν. Καίτοιγε ἐπιτηδειοτέρα πρὸς φιλοσοφίας λόγον ἡ φύσις ἢ τῶν ἀνθρώπων. Ἀλλ' ὅμως ἐκεῖνος μὲν πῖς βοῦν διελέγετο, καθάπερ φασὶ, γοητεύων. Οὐδὲ γὰρ τῷ ἀλόγῳ λογικὸν ἐπένησε φύσιν (οὐδὲ γὰρ δυνατὸν ἀνθρώπῳ τοῦτο) ἀλλὰ μαγγανείας τὰς ἀνοήτους ἠπάτα. Καὶ ἀνθρώπους ἀφεὶς διδάξαι τὸν χρησίμων, ἐπαίδευσεν, ὅπ ἴσον ἦν, κυάμους φαγεῖν, κὴ πῖς τὸν γνησιεμβρύων κεφαλάς. κὴ τὰς στωόγλας ἔπειθεν, ὅπ δὴ ἡ δι' οἰδιασκάλε ψυχὴ ποτὲ μὲν ἀνθρώπου ἐγίνετο, ποτὲ δὲ ἵππου, ποτὲ δὲ ἰχθύος· ἆρ' οὖν εἰκότως πάντα ἐσθίειν ἐκεῖνα, κὴ ἀφανίσθη τέλεον; εἰκότως κὴ τοῦτο λόγου. Ubi quod primum ait Chrysostomus, ex doctrina Pythagoræ idem esse ac par scelus, fabas edere, & capita parentum, alluſit ad hosce versus Empedoclis (qui Pythagoræ fuit auditor, ut infra dicetur)

Δειλοὶ, πάνδειλοι, κυάμων ἄπο χεῖρας ἔχεσθε
Ἦσόν τοι, κυάμους τρώγειν, κεφαλάς τε τοκήων.

Quorum verſuum prior apud Agellium exſtat lib. IV. cap. II. alter apud Clem. Alexandr. *Strom.* 3. p. 187. Alibi tamen pro τρώγειν legitur φαγέειν, eodem ſenſu. Deinde quod idem S. Chryſoſtomus ſcribit, Pythag. voluiſſe ſuis auditoribus perſuadere, quod anima ſua fuerit aliquando frutex, aliquando puella, aliquando piſcis: in eo mihi manifeſtus eſt reſpexiſſe ad iſtos Empedoclis verſus, qui apud Athenæum & alios exſtant:

Ἤδη γάρ ποτ' ἐγὼ γνόμαν κόρη τε κόρος τε,
Θάμνος τ', οἰωνός τε, καὶ εἰν ἁλὶ ἔλλοπος ἰχθύς.

Ubi diſſimulare non debeo, pro ἔλλοπος legi ἔμπυρος in Antholog. Græc. Epigr. lib. I. cap. 86. εἰς φιλοσόφους. Denique ad hunc illuſtrem Chryſoſtomi locum illud etiam non inutiliter quis obſervet: Sanctiſſimè ipſum quidem facere, dum cœleſtem veritatem omnibus omnium Philoſophorum, etiam præſtantiſſimorum, dogmatis longiſſime præfert, quæ his tanto antecellit ſuo fulgore, quantum lucernam vincit Sol mero meridie cum ſudum eſt cœlum. In eo autem agit rhetoricè, quod ex omnibus Pythagoræ placitis tantum excerpat τὰ φαυλότερα, atque ad exagitandum oportuna, omiſſis ſanioribus, omninoque ita ipſum extenuat, exagitat, traducit, quaſi nihil prorſus ad communem generis humani utilitatem attulerit, nihilque ſani aut veri homines unquam docuerit, quod alii tamen longe aliter ſe habere demonſtrarunt, & ex Doctoribus Eccleſiæ etiam Clem. Alexand. qui ut & cæteris Græcorum philoſophis aliquem dignitatis gradum concedit, & nonnullam veri imaginem attribuit, ex Moſe & Hebræorum doctrina expreſſam, ita & de Pythagora ſentiit paulò clementius; in iis quidem quæ ſaniora docuit. Quod de præſente Chryſoſtomi loco monui, id pertinet latius, ſimiliterque dici poteſt de Tertulliano, de Lactantio, de Juſtino Martyre, aliiſque S. S. Patribus, quando inclementius dicunt Philoſophis, alicubi etiam fortean immerentibus.

Οὐκέτ' ὤφθη] Jamblich. plenius, οὐκέτ' ἐκεῖθεν ὤφθη: quod cur quis mutet in οὐκ ἐκεῖθεν, nihil me judice habet cauſæ.

Παμμιγῆ νομήν] Jambl. c. 13. ἐν παμμιγεῖ νομῇ. Et ita Malchum quoque hîc puto corrigendum.

Καὶ φήσαντος, οὐκ εἰδέναι βοῦς λαλεῖν] Apud Jambl. dicto loco eſt, καὶ ἐφήσαντος εἰδέναι βοῦς εἰπεῖν, de qua tranſpoſitione negationis elegante & bonis auctoribus familiari, vid. Deſid. Herald. Animadverſion. in Jambl. cap. 6.

Ἀποφῆσαι] Jambl. addit ἀμελεπεῖ: ubi forte legend. ἀμελετητί.

Τὸν ἱερὸν καλλίμολον βοῦν] Jambl. addit, Πυθαγόρου: ut dictus fuerit, *Bos ſacer Pythagoræ.*

Τερφὰς] Jambl. ἀνθρωπίνοις τερφαῖς σπιλμόν.

Ἀετὸν ὑπερπτάμενον] Aquilæ hujus præter Jamblichum, Malchum, Chryſoſtomum, &c. Plutarchus etiam meminit in *Numa.*

Προσομιλοῦντος αὐτοῖς τοῖς γνωρίμοις] Hic locus manifeſtè confirmat emendationem Heraldi apud Jamblich. Num. 62. apud quem nihili erat lectio, αὐτοῦ; magis etiam nihili interpretatio: *qui præclariſſimi eſſent à fortuna*: cum illud ἀπὸ τύχης conjungendum ſit cum προσομιλοῦντος; minime vero, cum γνωρίμοις.

Διοσημείων] Apud Jambl. malè legitur, Δι' σημείων. Διοσημεῖα verò quæ ſint, notum eſt vel ex Arato, qui non tantum φαινόμενα, ſed etiam Διοσημεῖα deſcripſit verſibus, h. e. ſigna, quibus quis futuras aëris mutationes prægnoſcat, vel ab aſtris, maximè Luna & Sole, nec non ab animantibus quibuſdam, imò & rebus anima carentibus. Diverſa eſt ab his διοσημία, quæ à Suida exponitur Θεομηνία. Sic enim ibi legendum ajo, pro Θεομία. Θεομηνία eſt μηνις θεοῦ, h. e. ira Dei. *Jovis iram* poſſis cum Ovidio vocare extrema Metamorph. Affert Suidas exemplum

ex neſcio quo hiſtorico: παρῆσαν δὲ χίλιοι Σκύθαι, πάσης ἐξύτεροι διοσημίας, ἤτοι ἀσπαπῆς, ἢ πρηστῆρος, ἢ κεραυνοῦ, ἢ σκηπτοῦ, ἢ διάττοντος ἀστέρος. Addit deinde aliam deſcriptionem Διοσημιάς, quod ſcil. ſit, ὁ παρὰ καιρὸν χειμών (talis erat tempeſtas cum hæc ſcriberem initio anni 1610.) Subjungit quoque ibidem Athenienſium morem, qui ſoliti ſint concionem dimittere, vel res agendas omittere, ſi qua διοσημία incidiſſet: Παρεφύλαττον δὲ Ἀθηναῖοι τὰς διοσημίας, καὶ διέλυον τὰς ἐκκλησίας διοσημίας γενομένης, ἢ ἄλλο τι μέλλοντες ἀνύειν. Ex quibus colligere licet, διοσημίαν idem valere quod Θεῖα βία apud Ulpian. in l. 15. *Si merces.* §. *vis major.* D. Locati.

Ὅτι παρὰ Θεῶν] Hinc corrigend. Jambl. apud quem perperam editum eſt, περὶ, quod alibi etiam apud eundem pro παρὰ non ſemel à librariis poſitum obſervavi.

Αἱ αὐτοί] Ex Jambl. hic reponend. καί. Et vice verſa apud Jambl. pro αὐτοὶ legend. αὐτοί: nimirum, αἱ ἀγγελίαι.

Καταγαγεῖν] Jambl. μεταγαγεῖν. Denique in eodem capite Jambl. 13. pro ἀναλυτικὸν τῇ νοητικὸν ἐκέκτητο Πυθαγ. rectius legi putarim, παρακλητικόν τι τῇ νοητικὸν ἐκέκτητο. Obſervetur ex eodem capite egregia ſententia: *Cum etiam bruta animalia diſciplinæ ſint capacia, cicurarique poſſint, multò magis homines, quibus mens & ratio data eſt, diſciplinæ & culturæ patientes aures accommodare debere.* Διδασκαλίαι περιγίνεται τοῖς νῦν ἔχουσιν, ὅπερ καὶ τοῖς ἀνημέροις τῶν ἀλόγων νομιζομένοις. Ubi nihil opus erat ſtellulas appingere, quaſi quid deeſſet. Nam ἀπὸ κοινοῦ reperend. eſt, διδασκαλία περιγίνεται.

Δικτυβόλοις τ' ἐπισάντα] Cum in MSC. vitioſe legeretur δικτυκλαῦσις, reponebam δικτυβόλοις. Sed poſtea inſpecto Jambl. animadverti, hic quoque leg. δικτυκλοῖς. Sunt enim δικτυκλοὶ piſcatores, παρὰ τὸ ἕλκειν τὰ δίκτυα, q. d. *retitrahi.* Meminit autem hujus hiſtoriæ & Plutarch. *Sympoſ.* 8. *Probl.* 8. his verbis: Καί τοι βολαὶ ἰχθύων τριακὰς ποτὲ φασι τὸν Πυθαγόραν, εἶτα ἀφεῖναι (l. ἀφίναι) κελεῦσαι τὴν σαγήνην. ἐχ' ὡς ἀκόφυλον καὶ πολεμίων ἀμελήσαντα τῶν ἰχθύων, ἀλλ' ὡς ὑπὲρ φίλων καὶ οἰκείων γεγονότων αἰχμαλώτων λύτρα καταβάλλοντα. Alluſit quoque idem ad eandem hiſtoriam in comment. de utilitate ex inimicis capienda, his verbis: Καὶ βόλας ὠνούμενος ἰχθύων ἐκέλευεν ἀφιέναι. Vide & Jambl. lib. 1. c. 8. apud quem ex Malcho nonnulla, & viciſſim apud hunc etiam ex illo quædam corrigenda eſſe docebit lectorem collatio. Aſſcribam igitur: Καὶ κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν παρευόμενος ἐκ Συβαρίδος εἰς Κρότωνα ὥρᾳ τὸν ἀιγιαλὸν δικτυκλοῖς ἐπεσῃ, ἔπ τῆς σαγήνης κατὰ βυθὸ ἐμφόρτῳ ἑρωμένης (Arcer. legendum putat ἑρωνυμένης. Sed cum apud Malchum ſit ἐπισυρόμενον, videtur mihi & apud Jamblichum & apud Malchum reponi debere ἐπισυρομένης, ut referatur ad τῆς σαγήνης: vel etiam ἐπισυρομένοις, ſcil. τοῖς δικτυκλοῖς) ὅσον τε πλῆθος ἐπισπῶντι εἶπεν (f. ὡσεῖπεν) ἰχθύων, ὁρίσας ἀριθμῷ (f. ἀριθμὸν) καὶ τῶν ἀνδρῶν ὑπομενόντων, ὅπ ἂν κελεύσῃ πράξειν, εἰ τὸ ἔτως ἀποβαίη, ζῶντας ἀφεῖναι (leg. ἀφίναι) πᾶσι (f. πάλιν, ut eſt apud Malch.) κελεῦσαι τὸς ἰχθῦς, πρότερον γε ἀκριβῶς διαριθμήσαντες (f. διαριθμήσαντας) καὶ τὸ θαυμασιώτερον, ὐδεὶς ὢν τοσούτῳ τῆς ἀριθμήσεως τῷ χρόνῳ (l. τῷ χρήνῳ) τῶν ἰχθύων ἐν (f. ἔξω vel ἐκτὸς ὕδ. ut eſt apud Malchum) τῷ ὕδατος μειόντων ἀπέπνευσεν ἑαυτὸς γε (f. ἑφεαυτὸς γε) αὐτῷ. ſeq. non habet Malch. ſed habet Plutarch. d. loc. δὲς δὲ καὶ τὴν τῶν ἰχθύων πμὴν τοῖς ἁλιεῦσιν, ἀπήει εἰς Κρότωνα. οἱ δὲ τὸ πεπραγμένον διήγγειλαν &c.

Ἀναμφιλέκτοις τεκμηρίοις ἀπέφηνεν] Num. 26. Hinc emendari poteſt Jambl. c. 14. ubi malè editur, ἀναμφιλέκτως τεκμήριον ἐπέφαινεν.

Ἀπέπεμπεν] Semper hoc verbum habui ſuſpectum, nec mutavi tamen, donec tandem ex collatione Jamblichi d. c. 14. animadverti legendum ἀνέμελπεν. Sic Malchus noſter & Jamblichus mutuas tradunt operas. Ibidem paulò poſt apud Jambl. legend. αὐτῷ, pro ἑαυτῶν. Nam de Euphorbi ſolius verſibus funebribus ibi agitur: non etiam plurium aliorum. Verſus autem iſti Homerici exſtant Iliad. ε.

Ὅπ᾽ ἄλς] Ita MSC. noſter. Sed apud Homerum & Jambl. legitur, ὑπ᾽ ἅλις.

Ἐπὶ γαίης] Ita MSC. Sed Jamblich. habet ἐπὶ γαίῃ: quomodo etiam apud Homerum legitur.

Ἐϋμελίην] Apud Homerum & Jambl. eſt ἐϋμμελίην.

NUM. 27. Τὰ δὲ ἑσορώμενα] Hunc totum locum usque ad verba, χαῖρε Πυθαγόρα, D. Cyrillus inſeruit libro ſuo tertio contra Julianum Apoſtatam ſeu Parabatam, & auctorem laudat Porphyrium: qui quidem Cyrillus me monet, ut retractem omnia quæ ſupra ad epigraphen hujus libelli notabam de Malcho: atque ut ſic exiſtimem, hunc noſtrum βιογράφον eſſe ipſum Porphyrium. Is enim proprio nomine Βασιλεὺς dictus eſt, teſte Suida, hoc eſt, lingua Syrophæniſſa, Malchus. Nam patriam habuit Tyrum. Suidas: Πορφύριος, ὁ κατὰ Χριστιανῶν γράψας, ὃς κυρίως ἐκαλεῖτο Βασιλεὺς, Τύριος φιλόσοφος, μαθητὴς Ἀμελίου, τῷ Πλωτίνῳ μαθητῇ, διδάσκαλος δὲ Ἰαμβλίχου, γεγονὼς ἐπὶ τῶν χρόνων Ἀυρηλιανῷ, &c. Non eſt ergò quod alium quempiam circumſpiciamus Malchum, ut ſupra faciebam, antequam Cyrillum propius inſpexiſſem. Ipſi potius Porphyrio per nos jam aſſertum eſto hoc opuſculum, argumentis, ut puto, minimè dubiis aut levibus. Fieri quoque poteſt, ut additum aliquando fuerit ad Epigraphen ipſum Porphyrii nomen, quod poſtea librarii omiſerint: Πορφυρίου, τοῦ Μάλχου, ἢ Βασιλέως, Πυθαγόρου βίος. Hoc primum de auctore opuſculi noſtri. Deinde obſervo, id minimùm in duos libros fuiſſe ab ipſo Porphyrio diſtinctum, quorum alter, imò & finis primi interciderit. Id in promptu eſt colligere ex alio Cyrilli loco lib. 9. ejusdem operis contra Julianum, quem locum alibi proferam in his Notis. Nam cum ibi nominet & Porphyrii librum primum hiſtoriæ Pythagoræ, aſſignificat, plures uno, atque ad minimum duos, fuiſſe libros. Primum enim reſpectu ſecundi &c. dici ſolet. His conſequens eſt, ut dicamus, quoniam Porphyrii diſcipulus fuit Jamblichus (Suidas: Ἰάμβλιχος, ὁ ἐκ Χαλκίδος τῆς Συρίας, φιλόσοφος, μαθητὴς Πορφυρίου τοῦ φιλοσόφου, τοῦ Πλωτίνου ἀκροατοῦ, γεγονὼς κατὰ τοὺς χρόνους Κωνσταντίνου τοῦ Βασιλέως &c.) poſterius ſcripſiſſe Jamblichum, & magiſtri ſui brevitatem ubeberiore commentario dilataſſe: quod verè à me dici, facilè cuivis ex collatione apparebit. Retracto igitur & illud, quod ſupra dicebam, videri hunc Malchum velut epitomatorem quendam, ſua ex Jamblicho compilaſſe. Prodeſt autem collatio Malchi cum Cyrillo etiam ad Latinam verſionem corrigendam. Dum enim ſic verſit Oecolampadius: (*Propterea Porphyrius ſocius ejus* (Juliani) *& calumniarum in nos pater, Pythagoræ vitam deſcribens, ſic dicit: Nam quæ recitantur de ea, quæ Mycenis reſidet, cum Trojanis ſpoliis apud Argivam Junonem. Quum Euphorbi Phrygis, & ſcuti ejus monumentum tranſiviſſemus, ut valdè vile, dicebant, flumen Cauſum, quando cum multis aliis tranſiret, omnibus aliis audientibus ei locutum eſſe*: SALVE PYTHAGORA:) ſatis indicat interpres quod aut vitioſum habuerit codicem, aut ſi emendatum habuit, non fuerit veræ lectionis ſenſum aſſecutus. Reſtituere igitur poſſumus Cyrilli Latinam interpretationem ad hunc modum: *Nam quæ narrantur de Euphorbi Phrygis ſcuto, quod Mycenis cum ſpoliis Trojanis ſuſpenſum fuerit Junoni Argivæ, ea prætermittimus ut minus pervulgata. Ajebant autem Cauſum fluvium aliquando ipſum* (Pythagoram) *cum multis ſodalibus tranſeuntem allocutum eſſe omnibus audientibus*: *Salve Pythagora* &c. Nota hæc etiam: primò, videri Oecolampadium pro ἑπτάρων legiſſe ἑτέρων, cum verterit, *aliis*: Deinde illa: καὶ ὁ ποταμὸς γεγονός τι (ſic legendum quomodo & apud Jamblichum diſertè ſcriptum repertio; non μεγαύς τι) καὶ τροφὸν ἀπεφθέγξατο: apud Cyrillum in Lat. quidem verſione, non haberi.

Ἐν Ὑφόρβᾳ τῷ Φρυγὸς τοῦτ᾽ ἀσπίδος] Scutum Euphorbi in Templo Junonis Argivæ pro anathemate ſuſpenſum Mycenis, ve-

vetuſtate licet attritum, agnoviſſe fertur Pythag. qui ajebat, ſuam animam antea corpus Euphorbi inhabitaſſe. Hyginus Aug. libertus in *Fabulis.* cap. 112. *Menelaus cum Euphorbo* (dimicavit) *Euphorbus occiditur. Qui poſteà Pythagoras eſt factus, & meminit, ſuam animam in corpora tranſiſſe.* Tertullian. *de Anima.* c. 28. *Sed clypeum Euphorbi olim Delphis conſecratum recognovit, & ſuum dixit, & de ſignis vulgò ignotis probavit* &c. ubi animadvertere licet memoriæ lapſum in doctiſſimo ſcriptore. Si enim Mycenis ille clypeus fuit ſuſpenſus in templo Junonis Argivæ (ut hic, & apud Jamblichum d. c. 14. nec non Ovid. XV. *Metamorph.*) non ergo Delphis in fano Pythii Apollinis. Vide & quæ notabo infra. Illud autem τάτα, valdè mihi eſt ſuſpectum: quamvis etiam apud Jamblichum legatur, apud quem Arcer. id mutare tentat in τᾶτο, me non probante.

Παρίεμεν] Apud Jambl. d. c. 14. nullo ſenſu legitur, παρίσμεν, hinc corrigendum in παρίεμεν: hoc eſt, *prætermittimus.* Nec enim placet Arcerii lectio, τᾶτο ἀσπ. παρόσημον: ut nec verſio: h. e. *inſigne ſcuti* &c. Plura quoque ibidem qua ſuppleri, qua emendari, vel etiam contra Interpretis παραδιορθώσεις, defendi poterunt. Primò enim deeſt Jamblicho, ἀνακειμένης, poſt Μυκήναις reponendum: pro ἐπὶ τᾶν non ἐπιξήκων legend. ſed ἐπὶ τᾷ, quod referendum ad ἀσπίδος. Denique pro συντροικῶις diviſim reſcribend. σὺν Τρωϊκοῖς: quamquam hoc poſtremum etiam Arcer. vidit, quamquam ejus verſio hic multa peccat. Quæ ibidem ſequuntur usque ad finem cap. ita & legi & diſtingui debent: Παρίεμεν, ὡς πάνυ δηλώδη. Πλὴν ὅμε διὰ πάντων τάτων βυλόμενον δεικνύναι, ἐκεῖνό ἐστι, ὅτι ἀυτός τε ἐγίνωσκε τὰς ἑτέρας ἑαυτᾶ βίας, καὶ τ' ἄλλων ἐπιμελείας ἐντεῦθεν ἤρχετο (non ἐνήρχετο) ὑπομιμνήσκων ἀυτὰς, ἧς εἶχον ἑτέρου, ζωῆς: quæ poſtrema verba conferantur cum iis, quæ habet Malch. Num. 26.

Κάυκασον] Videndum, ne locus ſit mendoſus. Caucaſum montem novimus, quem ὀρῶν μέγιστον vocat Steph. *de Urbibus*: & Jornand. *de rebus Geticis*, tractum ejus ſitumque deſcribens, ait, *maximam partem orbis jugo continuo circumire, & penè omnium montium maximum excelſas ſuas erigere ſummitates.* Fluvium autem hujus nominis nullum, quod ſciam, uſpiam apud ſcriptores, reperire eſt. Diog. Laert. p. 574. & Jambl. c. 28. num. 134. Νέσσον hunc fluvium vocant, ut audiendus non ſit, qui in Νέσσν velit mutare. Nam pro Καύκασον hîc quoque reponendum κατὰ Σάμον; ſicut apud Ælian. lib. 2. c. 26. pro ὑπὸ τὸν Κᾶσσιν ποταμὸν (ubi ejusdem hujus allocutionis fluvii exſtat mentio) CL. Caſaubon. emendat, ὑπὸ τᾷ κατὰ Σάμον ποταμᾷ διαβαίνων, σὺν ἄλλοις, ἤκουσε φωνὴν μεγάλην ὑπὲρ ἀνθρώπων (f. leg. ὑπὲρ ἄνθρωπον) Πυθαγόρᾳ χαίρε. Arcer. in Omiſſis ad vitam Pythagoræ pro Νέσσον, vel Νέσσν, ſubſtituit Νέαιθον: de quo fl. (cui nomen factum volunt ab incendio navium, ἀπὸ νεὼς καὶ αἴθειν) vid. & Strabon. lib. 6. & Ovid. lib. 15. *Metam.* Annotatur etiam ex Plinio flumen Caſuentum. Sed quid multis opus conjecturis? cum ex Cyrillo, loco paulò ante ex lib. 3. contra Julian. deſcripto, in promptu ſit Malcho noſtro ſive Porphyrio aliisque ſcriptoribus reſtituere, quaſi unde vi interdicto Κᾶυσον, pro Καύκασον, vel Κᾶσσιν, vel Νέσσον Operæ pretium vero & hoc fuerit, cognoſcere judicium S. Cyrilli de hac ſalutatione fluvii Cauſi, quam voce humana ad Pythagoram feciſſe ſcribitur. Sic igitur cenſet Cyrillus. Non ipſum fluvium q. ratione præditum voce humana uſum, ſed Dæmonium loeutum eſſe, ſive aſſidentia quorundam dæmoniorum hoc colloquium fuiſſe paratum, quia videl. Pythag. fuerit incantator & magus. Ideò autem & per hanc occaſionem hoc affert Cyrillus, quia Juliano, vanitatis arguere impiè conato hiſtoriam Moſis de Serpentis alloquio ad Evam, occurrere voluit, demonſtrando ex ipſorum Græcorum ſcriptis, non adeò incredibile hoc videri debere, ſerpentem loqui, vel e-

tiam Diabolum per ſerpentem, cum & apud Homerum legamus Xanthum Achillis equum non modò uſum humana voce, ſed etiam vaticinatum, & apud Philoſtratum in vita Apollonii ulmum arborem allocutam Apollonium, & apud alios Quercum Dodonæam, & apud Iſigonum taurum Jovis in Rhodo inſula noſtri ſermonis non expertem fuiſſe. Ibid. addit: Non abſurdum igitur opinor fuiſſe, & ſerpentem locutum. An non potuit ſerpens humana voce uti, ut & Cauſus fluvius magum ſalutavit? Laudat quoque ibid. locum Clementis in *Strom.* quo probet, & Zoroaſtrem Perſam calluiſſe magicas artes & Pythagoram optimum ejus æmulum atque imitatorem fuiſſe.

Μεταποντίῳ τῆς Ἰταλίας] Stephan. *de Urbibus*: Μεταπόντιον, πόλις Ἰταλίας, ἡ ὡσθέτερον Σίελις, ἀπὸ Μετάβα τῆ Σισύφα, τῆ Αἰόλα. Τὸν γὰρ Μεταπόντιον οἱ βάρβαροι Μέταβον ἔλεγον. Ὁ πολίτης, Μεταποντῖνος &c. λέγεται καὶ Μεταπόντιος, ὡς Βυζάντιος. καὶ Μεταποντίνη. Latini una litera detracta Metapontum vertere vocantes.

Τοῖς ἑκατέρωθι] Similiter inf. Num. 29. Hinc autem emendabis Jambl. apud quem Num. 134. malè editum eſt, ἑκατέρωθεν. Et mox: διαβεβαιοῦνται σχεδὸν ἅπαντας: cum verum ſit, διαβεβαιοῦνται γ. ἅπαντες, quomodo apud Malchum legimus. Vitioſa lectio vitioſam quoque interpretationem peperit Arcerio, ut Pythagoræ tribueret illam διαβεβαίωσιν, quæ ſectatorum potius Pythagoræ de ipſo erat. Porrò Pythagoram duobus procul diſſitis in locis uno eodemque die conſpectum auditumque fuiſſe, plures memorant auctores. Meminit etiam Origenes in 6. contra Celſum tanquam πράγματος cujusdam cum inter alia ſic ait: Πυθαγόρᾳ, ὃν μιᾷ λεγομένῃ ἡμέρᾳ ἐν δύο πεφηνέναι πόλεσι. Item Apollonius lib. *Hiſtoriarum admirabilium* c. 6. Ἐφάνη δέ ποτε καὶ ἐν Κρότωνι καὶ ἐν Μεταποντίῳ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ καὶ ὥρᾳ.

Ἀγυσίμων] Ita erat in MSC. Sed manifeſtum eſt legi debere ἀνυσίμων: ὡσὸ τὸ ἀνύειν, τυτέσι πλεῖν, atque ita etiam apud Jamblichum legitur. Heſychius: Ἀνύσας, συντελῶν, (f. leg. συντελῶν) ἀνύει, πληροῖ, ἀπαιτεῖ (f. ἀποτελεῖ.) Ἀνύσεις, πλεύσεις, κατορθώσεις, δύναμις πράξεων ἀποτελεστική (leg. f. in plurali numero, δυνάμεις πράξεων ἀποτελεστικὴν) Ἄνυσις, εὐοδία, πρᾶξις, αὔξησις, ἐπίδοσις. Ἄνυσις, περαίωσις, κατόρθωμα, δύναμις πράξεων ἀποτελεστική. Ἄνυται, τελειοῦται. Ἀνύω, τελειῶ, ἐκπλῶ, ἀφελῶ, ἀπαιτῶ (quæ poſtrema duo verba mihi ſuſpecta ſunt mendi.) Suidas. Ἀνυσίμως, ἐνεργῶς, πρακτικῶς, πλείως. Καὶ ἀνυσιμωτάτως. Ἄνυσις ᾗδ, ἡ πλείωσις. Et paulò ante: Ἀνύειν, πλεῖν, περᾶν. Item: Ἀνύσαι ᾗ π, ὡσὸ τοῖς ἄρχουσι διαπράξαι. Καὶ ὁμοίως πάλιν τὸ τοὺς ἄρχοντας ὑποστρέψαι τοῖς ὑπηκόοις. καὶ ἀνῦσαι, τελειῶσαι. Et rurſus idem Suid. Ἄνυσαι, ἤνυσαι, καὶ ἀνυτέον, δεῖ ἀνύειν. Ἀνυσικωτέρα, ἀντὶ τῆ ἐνεργητικωτέρα (aut Ἀνυσικωτέρα leg. aut ἐνεργητικωτέρα) Adducit deinde locum Polybii, qui propter egregiam ſententiam hîc quoque aſſcribi meretur: Μία ψυχὴ τῆς ἀπιστίας πολυχειρίας ἐν ὑποίοις κατορθοῖς ἀνυσικωτέρα· ὡς Ἀρχιμήδης ἐν Συρακούσαις μόνος πολλῶν Ῥωμαίων: quæ verba hodie apud Polybium, qui extat, non leguntur: ſed ſimilis ſententia epiphonematica habetur in Excerptis, ubi de Archimedis ſolertia & machinis lib. 8. p. 518. novæ ed. Pariſ. οὕτως εἷς ἀνὴρ καὶ μία τέχνη δεόντως ἡρμοσμένη ὡσὸς ἴνιά τῶν πραγμάτων μέγα τι χρῆμα φαίνεται γίγνεσθαι καὶ θαυμάσιον. Sed hæc ὀδὸ πάρεργον.

Τὸν μηρὸν χρυσοῦν ἐπίδειξιν] Multa hujus aurei femoris â Pythagora in ſuo corpore oſtentati mentio eſt apud auctores. Vide præter Plutarch. in Numa etiam Jambl. lib. 1. c. 28. Diog. Laërt. lib. 8. p. 574. Λέγεται δὲ αὐτὸ ποτὲ παραγυμνωθέντος τὸν μηρὸν ὀφθῆναι χρυσοῦν. Ita loquitur Vitarum ille ſcriptor, quaſi fortuito caſu aliquando nudati Pythagoræ coxa apparuerit aurea. Sed alii auctores memorant, ipſum femur ſuum detexiſſe de induſtria, ut id aureum eſſe oſtentaret, eoque argumento probaret, Apollinem ſe eſſe Hyperboreum: & quidem non ſoli Abaridi, ſacerdoti Apollinis Hyperborei, verum etiam propalam pluribus

hominibus idem conſpiciendum præbuiſſe in ludis Olympicis, hoc eſt, in maxima celebritate ac frequentia, cùm ad hoc ipſum conſurrexiſſet, obambulaſſetque. Mira verò conſequentia & argumentandi ratio: Pythagoras femur habet aureum. Eſt igitur ille Apollo, quem pro Deo colunt Hyperborei. Sed omiſſis hiſce λήρων λήροις, age mendum unum atque alterum ex Jamblichi jam d. c. 28. tollamus. Legitur Num. 135. βεβαιῶν ὡς τὸ ἀληθές: ubi Lector meritò ſubſiſtat, quorſum illud βεβαιῶν referatur: an ad Pythagoram, & ἐπίδειξιν; Atqui tunc oportebat Jambl. ſcripſiſſe, βεβαιῶν. An ad μηρόν; At tunc βεβαιῶν & ſcribendum erat. Et hoc poſterius verum eſſe, ex iſto Malchi loco diſcimus, ubi βεβαιῶν & legitur, quod ad μηρὸν χρυσοῦν omninò referendum eſt. Hoc enim femur ἀντὶ τεκμηρίου habebatur, quo confirmaretur illa de Pythagora opinio, ipſiſſimum, ſcilicet, eſſe Apollinem Hyperboreum. Τεκμήρια certè hæc ipſa vocat Jambl. Num. 140. ad quem locum etiam corrigendum jam accedimus. Edidit ibi Arcer. ὅπ ὃν τῷ αἰῶνι ἐξανιστάμενος, τὸν μηρὸν παρέφηνε χρυσοῦν: Et ſic vertit: *quod cum in hac vita ſurrexiſſet*, &c. Animadvertendum erat, pro αἰῶνι (cui hîc nullus eſt locus) legend. ἀγῶνι: & ἀγῶνα intelligendum κατ' ἐξοχὴν τὸν Ολυμπικόν. Diſertè enim ſcribit Plutarch. in *Numa*, in conventu Olympico hæc acta eſſe: τόν τε μηρὸν ἀποφῆναι χρυσοῦν Ὀλυμπιάσι, διαπορευόμενον τὴν πανήγυριν. Meminit aurei hujus femoris, præter Lucianum in *Somnio*, ſive *Gallo*, etiam Apollonius cap. 6. *Admirandarum hiſtoriarum*: qui poſt Ariſtotelem in theatro hanc ἐπίδειξιν factam ſcribit: Ἐν θεάτρῳ δὲ καθημένους ποτὲ ἐξανίστασθαι, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης, καὶ τὸν ἴδιον μηρὸν παρέφηνε τοῖς καθημένοις εἰς (puto legend. ὡς: vel etiam planè delend. εἰς) χρυσοῦν. Concludit denique id caput (quod totum de Pythagora fuit) his verbis: λέγεται δὲ περὶ αὐτοῦ καὶ ἄλλα τινὰ παράδοξα. Ἡμεῖς δὲ μὴ βουλόμενοι μεταγραφέων ἔργον ποιεῖν, αὐτοῦ τὸν λόγον καταπαύσομεν. Alii tamen eburneum femur fuiſſe tradidêre; ut Origenes lib. 6. *contra Celſum*. p. 288. ed. Aug. Περὶ δὲ Πυθαγόρου, πλείστα ὅσα περαπυσμένου, καὶ δείξαντος μὲν ἐν πανηγύρει Ἑλλήνων ἐλεφάντινον τὸν μηρόν, ἀνεγνωκέναι δὲ φήσαντος τὴν ἀσπίδα, ἢ ἐχρήσατο ὅτ' Εὐφορβος ἦν, &c. τί χρὴ καὶ λέγειν;

Ἔστ τοίνυν] Forte legendum, Ἔστω τοίνυν. Eandem hiſtoriam de navi mortuum vehente habet etiam Apollonius cap. 6. *Hiſtor. admirand.* ex quo hæc aſſcribo. Τούτοις δὲ (Pherecydæ ſcil. Abaridi, & Hermotimo) ἐπιγενόμενον Πυθαγόραν, Μνησάρχου υἱός, τὸ μὲν πρῶτον διεπονεῖτο περὶ τὰ μαθήματα, καὶ τοὺς ἀστρολόγους. Ὕστερον δέ ποτε καὶ τῆς Φερεκύδου περατοποιΐας ἐκ ἀπέσχη. Καὶ δὴ τῷ πονλίκι τελοίῳ ἐπιτρεχομένῳ φορτίον ἔχοντι, καὶ τῶν παραπλεόντων ἐνεχομένων σωτὸν εἶναι, κατελθεῖν διὰ τὸν φόρτον, ἐσῶσαι τοῦτον ἐπιπεῖν· μικρὸν τοίνυν φανήσεται ὑμῖν σῶμα ἄγειν τὸ τελοῖον τοῦτο.

Προρρήσεις τε γὰρ] De prædictionibus Pythagoræ futurorum ita ſcribit Clem. Alexand. *Strom.* 1. p. 144. Προγνώσει δὲ καὶ Πυθαγόρας· μέχας προσανεῖχεν ἀεί, Ἄβαρίς τε ὁ Ὑπερβόρειος, καὶ Ἀριστέας ὁ Προκοννήσιος, &c. Abarim verò divinandi artem calluiſſe, & oracula conſignaſſe literis, ſcribit etiam Apollonius cap. 4. *Hiſtoriarum admirandarum*, his omninò verbis: Ἄβαριν δὲ ἐξ Ὑπερβορέων, ἣν μὲν καὶ αὐτὸς τῶν θεολόγων· ἔγραψε δὲ καὶ χρησμὸς πεῖς χώρας περερχόμενον, οἳ εἰσι μέχρι τοῦ νῦν ὑπάρχοντες· ὠφέλησε δὲ καὶ ἔτος σεισμὸς, καὶ λοιμὸς, καὶ τὰ παραπλήσια, καὶ τὰ γινόμενα κατ' ἐρανόν. λέγεται δὲ, τοῦτον ἐκ Λακεδαίμονα παραγενόμενον, εἰρηκέναι τοῖς Λάκωσι κωλυτήρια ὕδατος τοῖς Θέρεσι· καὶ οὐ τότε ὕστερον ἐν Λακεδαίμονι λοιμὸς οὐκ ἐγένετο. Incertus ſcriptor vitæ Pythag. in Excerptis apud Photium p. 713. Biblioth. Ὅν τὸν Πυθαγόραν πολλὰ φασι (al. φησι) ὠφεληθῆναι, καὶ πάντα ὠνήσαι. Nimirum hanc quoque divinandi artem à magiſtro ſuo Pherecyde hauſerat, quem & tempeſtates & alia multa, quibus eventus reſpondit, prædixiſſe legimus. Cicero 1. *de Divin. Ne Pherecydes quidem, ille Pythagoræ magiſter, potius divinus habebi-*

NUM. 29.

tur quam Phyſicus, qui cum vidiſſet (leg. bibiſſet) *hauſtam aquam de jugi puteo, terræ motus dixit inſtare*, &c. Rectius verò apud Ciceronem legi, *bibiſſet*, confirmatur hiſce Apollonii verbis, quæ ex ejus libello *Hiſtoriarum admirabilium* cap. 5. ſubjiciam. Τὰ δὲ περὶ Φερεκύδην τοσάνδε (leg. τοιάνδε) πιὰ ἱστορεῦσιν. Ἐν Σκύρῳ ποτὲ τῇ νήσῳ διψῶντα, ὑδάτιον αἰτῆσαι παρά τινος τῶν γνωρίμων. Τὸν δὲ πιόντα εἰπεῖν, σεισμὸν ἐσόμενον ἐν τῇ νήσῳ μετὰ τρίτην ἡμέραν. Τάτε δὲ συμβάντος, μεγάλην δόξαν αὐτὸν ἀπενέγκασθαι. πάλιν δὲ εἰς Σάμον πορευόμενον εἰς τὸ τῆς Ἥρας ἱερὸν, ἰδεῖν πῶλον εἰς τὸν λιμένα καθεζόμενον, καὶ εἰπεῖν τοῖς συνισῶσιν, ὡς ἐκ εἰσελέυσεται ἐντὸς τὸ λιμένος. ἔλη δὲ λίχνητος αὐτὸ, καθαρίαν γνόφον, καὶ τέλος ἀφανισθῆναι τὴν ναῦν. Sed a magiſtro redeamus ad diſcipulum, cujus ſi veræ prædictiones fuêre, nomen Πυθαγόρου jure merito poſſediſſe videatur, cujus etymon ſupra ad Epigraphen hujus libelli ex Diog. Laërt. & Suida retuli: quòd ſcil. vera non minus quàm Pythia vel Apollo Pythius dicere ſoleret, inde Pythagoræ nomen ſortitum eſſe. Quid quod etiam ſeditionem illam Pythagoricis exitialem, de qua infra, prædixit multò ante? Apollonius cap. 6. *Hiſtoriarum admirandarum*: Καὶ τὴν γινομένην (leg. γενομένην) δὲ τοῖσιν τοῖς Πυθαγορείοις στάσιν προεῖπεν. Διὸ καὶ εἰς Μεταπόντιον ἀπῆρεν, ὑπὸ μηδενὸς ἠρωτημένος. Idem Pythag. inter alia multa præcepta hoc quoque tradidit, teſte Diog. p. 581. Μανίκην πᾶσαν ὑμᾶν. Et Jambl. c. 28. teſtatur, Pythagoricos in arte divinandi ſe ipſos ſtudioſè exercuiſſe, quippe qua ſola interprete poſſent uti benignæ atque propitiæ Deum voluntatis. Διὸ καὶ περὶ τὴν μανίκην ἀσκεῖσθαι· μόνη γὰρ αὕτη ἑρμηνεία τῆς παρὰ τῶν Θεῶν εὐμενείας. Ita enim ibi legendum. Rurſus idem Jambl. c. 29. Num. 163. ſcribit, Eos maximè tria iſta in pretio habuiſſe, Muſicam, artem medendi, (præcipuè per diætam ſeu accuratam victus rationem, quæ διαιτητικὴ eſt Græcis) denique divinationem. Τῶν δ' ἐπιστημῶν ἐκ ἥκιστα φασὶν αὐτὸς τὰς Πυθαγορείους ὑμᾶν, μαντικήν τε, καὶ ἰατρικὴν (μάλιστα δ' ἀποδέχεσθαι τοῦτο τὸ διαιτητικὸν εἶδος) καὶ μανικήν.

Ἐκχύσεως] Apud Jamblichum dicto. N. 135. periit præpoſitio ἐκ, hinc reſtituenda. Vitioſe enim ibi legitur, χύσεως. Quæ autem hîc ſunt Malcho καθαπλᾷ, eæ Jamblicho ſunt καθυπνήσεις.

Ἀπυδιασμοὶ] Fluctus in ſimpulo ſine cauſa hic excitat Arcerius in Caſtigat. Jamblichi, dum vitioſam hanc putat eſſe lectionem, & rectius fore ſi legamus ἀπωθισμοί: aut ſe neſcire quid auctor velit, profitetur, ideoque nec vertiſſe. Imò rectiſſimè utrobique & hîc & apud Jambl. (alter enim ab altero, ut plurima quoque alia, mutuatus eſt) retinentur ἀπυδιασμοὶ, quas vertere poſſis *ſerenationes*. Εὐδία enim eſt *ſerenitas*: hinc εὐδιάζω, & compoſitum ἀπυδιάζω: & verbale ἀπυδιασμός, quod monendum fuit, ne, quicquid apud ſcriptores non ſtatim primo quaſi pedatu aſſequimur, id pro vitioſo habentes, præcipiti audacia mutatum eamus: quo nihil eſt ad corrumpendum bonos auctores nocentius.

Ἐμπεδοκλέα] Empedoclem Pythagoricum fuiſſe, præter teſtimonium Diog. Laërt. lib. 8. ſatis oſtendunt cum alia ipſius operum fragmenta, tum diſtichon, μετεμψυχώσεως δόγμα complexum, quod præter alios conſervavit nobis Athenæus lib. 8. extremo, & alia occaſione aſſcripſi ſupra. In eo enim de ſe ipſo profitetur (de ſe ipſo, ſi cuiquam credere fas eſt) fuiſſe antea puellam, & puerum, & fruticem, & avem, & piſcem. Ejusdem 6. verſus in laudem magiſtri ſui magnificè compoſitos, vid. inf Num. 30. Cicero quoque non ſemel Empedoclis cum elogio meminit: ut. *de Oratore*, ubi *Phyſicum* vocat, qui & poëma egregium fecerit. Rurſum *Acad. Quæſtio.* 4. *Et tamen iſti Philoſophi rarò admodum cum hærent aliquo loco, exclamant, quaſi mente incitati: Empedocles quidem, ut interdum mihi furere videatur: Nihil nos ſentire, nihil nos cernere, nihil omninò, quale ſit, poſſe reperire* &c. ubi exprimit Cicero iſtos

Empedoclis verſus, qui extant apud Sextum Empiricum : Οὔτως ἄρ' ἐπιδέρκτὰ πάρ' ἀνθρώποισιν, ἄρ' ἐπικλυστά, Οὔτε νόῳ περιληπτά. Poſtea eodem lib. 4. ad ſuperiora ſic regerit : *Furere tibi Empedocles videtur ? at mihi digniſſimum rebus his, de quibus loquitur, ſonum fundere. Num ergò is excæcat nos, aut orbat ſenſibus, ſi parum magnam vim cenſet in his eſſe ad ea, quæ ſub eos ſubjecta ſunt, judicanda ?* Ad eundem Empedoclem pertinent iſta in *Lælio* : *Agrigentinum doctum quendam virum carminibus Græcis vaticinatum ferunt, Quæ in rerum natura totoque mundo conſtarent, quæque moverentur, ea contrahere amicitiam ; diſſipare diſcordiam. Atque hoc quidem omnes mortales & intelligunt, & re probant* &c. Innuit Cicero hæc Empedoclis carmina, quæ ex Plutarcho lib. 1. *de Placitis Philoſophorum*, aliisque aſſcribam :

Τέσσαρα τῶν πάντων ῥιζώματα πρῶτον ἄκουε &c.

Ἄλλοτε μὲν φιλότητι συνερχόμεν' εἰς ἓν ἅπαντα·

Ἄλλοτε δ' αὖ δίχ' ἕκαστα φορεύμενα νείκεος ἔχθει.

Et rurſum :

Νείκεός τ' ἐλάμενον δίχα τῶν ἀξύλωτον ἅπαντα,

Καὶ φιλότης μεσσῇ τοῖσιν, ἴση μῆκος τε πλάτος τε.

Operæ pretium quoque erit hic adjicere verſus in ipſum Empedoclem κατ' ἠθοποιΐαν factos, qualibus ſcil. verbis uti potuerit, jam jam rebus humanis valedicturus, & *Deus immortalis haberi dum cupit*, (ut ait Horatius) *ardentem frigidus Ætnam inſilire parans*. Extant apud Diog. Laërt p. 606. & priores 5. etiam lib. 1. *Anthолog. in Philoſophos* :

Ὦ φίλοι, οἱ μέγα ἄστυ κατοικέετε ξανθὸν Ἀκράγαντος

Ναίετ' ἀνὰ ἄκρα πόλιος (al. πόλεως) ἀγαθῶν μελεδήμονες ἔργων,

Χαίρετ'· ἐγὼ δ' ὑμῖν θεὸς ἄμβροτος οὐκέτι θνητὸς,

Πωλεῦμαι, μετὰ πᾶσι τετιμένος ὥσπερ ἐοικὲ,

Ταινίαις τε θάλλοντι, στέφεσίν τε θαλείης.

Τοῖσιν ἅμ' εὖτ' ἂν ἵκωμαι ἐς ἄστεα τηλεθόωντα,

Ἀνδράσιν ἠδὲ γυναιξὶ σεβίζομαι· οἱ δ' ἅμ' ἕποντο

Μυρίοι, ἐξερέοντες, ὅπη πρὸς κέρδος ἄνυσις·

Οἱ μὲν μαντοσύνεων κεχρημένοι, οἱ δὲ πνόσων

Παντοίων ἐπύθοντο κλύειν εὐηκέα (leg. εὐηχέα) βάξιν.

De eodem Empedocle vid. & Athenæum extremo lib. 8. ubi duos illos verſus recitat, alibi à me annotatos, quibus profitetur ille philoſophus Acragantinus, aliquando ſe puerum, & puellam, & fruticem, & avem & piſcem marinum fuiſſe. Item lib. 1. primore, ubi de ipſius ficto ex aromatis variis bove, quem in ludis Olympicis victor certaminis equeſtris inter ſpectatores diſtribuerit.

Καὶ Ἐπιμενίδην] Epimenidem Cretenſem fuiſſe Pythagoræ diſcipulum, Jambl. quoque teſtatur lib. 1. cap. 32. ubi ait, ipſum incidiſſe in quosdam inſidiatores, quibus imprecatus ſit Furias necis ſuæ ultrices, illisque diris hoc effeciſſe, ut ipſi ſeſe mutuis cædibus confecerint. Aſſeribam verba Jambl. ut mendum ſimul inde tollam : Ἐπιμενίδης ὁ Πυθαγορικὸς μαθητὴς μέλλων ὑπό τινων ἀναιρεῖσθαι, ἐπειδὴ τὰς Ἐρινύας ἐπικαλέσαιτο, καὶ τοὺς τιμωροὺς θεοὺς, ἐποίησε τοὺς ἐπιβουλεύοντας πρὸς ἀρδην ἀφ' ἑαυτοῦ (leg. πρὸ' ἑαυτῶν) ἀποφαγεῖν, &c. Ejusdem Epimenidis Plato quoque meminit 1 *De Legibus*, & Pauſanias, & Cicero 1. *de Divinatione*, ubi ipſum illis, qui per furorem vaticinati ſunt, annumerat : & lib. 2. *de Legibus*, ubi ait, eum expiandi ſceleris Cylonii ergo (Cylo enim Olympionica tyrannidem affectarat) Athenienſibus auctorem fuiſſe, uti fanum Contumeliæ & Impudentiæ exſtruerent & conſecrarent. Extant hujus carminum fragmenta quædam, ex quibus nobiliſſimum illud eſt, quod allegat S. Paulus cap. 1. Epiſt ad Titum : Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί.

Cur pro mendacibus habendi ſint Cre-

tenſes, cauſam aperit Callimachus *Hymno in Jovem*, quia ſcilicet Jovi immortali ſepulchrum fabricarint. Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται (quod hemiſtichion Callimachus ab Epimenide mutuatus eſt) καὶ γὰρ τάφον, ὦ Ἄνα, σεῖο Κρῆτες ἐποιήσαντο, σὺ δ' οὐ θάνες· ἔσσι γὰρ ἀεί. Quos Callimachi verſus etiam S. Chryſoſtomus adducit Homil. 3. in eandem epiſtolam ad Titum: ubi ipſum quoque Jovis Epitaphium recitat: Οἱ Κρῆτες τάφον ἔχουσι τῷ Διός, ἐπιγράφουσι τοῦτο· Ἐνταῦθα Ζὰν κεῖται, τὸν Δία κικλήσκουσι: q. d. *Zan iſtic ſitus eſt, qui Jupiter indigitatur.*

Porrò Empedocli & Epimenidi miror non fuiſſe adjunctum à Malcho etiam Epicharmum Siculum, quem & ipſum tamen conſtat Pythagoræ ſectatorem fuiſſe, nec minus Poetam quam Philoſophum eximium, cujus teſtimoniis Cicero quoque ſæpius, & nunquam ferè ſine elogio, utitur. Monui olim commentar. in 1. *Halieutic.* Oppiani, Epicharmum Trochaicis verſibus plurimum fuiſſe delectatum, ibidemque non paucos hinc inde, velut diſperſas ex naufragio tabulas, collegi atque ex parte emendavi. Illis nunc quosdam alios adjiciam, ut ſimul etiam alicubi corrigam. Ordiar autem à præcepto ejus nobili de amicis cautè eligendis, quod & Iſocrates Demonico ſuo in Paræneſi, & Cicero Q. Fratri inculcavit lib. 3. Epiſt. 1. Γνῶθι, πῶς ἄλλῳ κέχρηται, πρὶν φίλον ποιῆς ἴνα. Sic enim integrandus mihi videtur verſus, cujus tantum initium, more ſuo, allegat Cicero. Poſſis ita exprimere ſententiam eodem metri genere: *Antequam jungas quem amicum, explora, ut erga alios fuit.* Divini prorſus ſunt ejusdem verſus de providentia & omnipotentia Dei, quos ſubjiciam ex Theodoreto Serm. 6. *Therapeut.* ad Gentes p. 88. Τοῦτο σαφῶς ἐπιστάμενος καὶ Ἐπίχαρμος ὁ Πυθαγόρειος, τούτων μὲν ἁπάντων κελεύει κατα φρονεῖν· τὸν δὲ τῶν ὅλων ὁπτῆρα διδύναι περιγυῶ. λέγει δὲ ὧπως·

Οὐδὲν διαφεύγει τὸ θεῖον. τοῦτο γινώσκειν σε δεῖ.

Αὐτὸς ἔσσ' ἀμῶν ἐπόπτης· ἀδύνατεῖ δ' ἐδὲν θεῷ.

Hoc eſt:

Nil fugit numen divinum: id eſto perſuaſum tibi.

Ipſe noſter eſt inſpector: nec Deus quicquam nequit.

Extant iidem verſus etiam apud Clem. Alexand. a quo Theodoretus, ut alia plurima, eſt mutuatus. Sed pro διαφεύγει, ibi legitur (atque haud ſcio an non rectius) ἀφεύγει. Aliam Epicharmi ſententiam de morte ſic Latinam fecit Cicer. in 1 *Tuſc. Q.* & verſu item Trochaico:

Emori nolo, ſed me eſſe mortuum nihili æſtimo.

Βέλομαι μὲν οὐκ ἀποθνήσκειν, ἀλλὰ γαίνοντ' οὐ μοι μέλει.

Eſt & hoc celeberrimum Epicharmi carmen, quod & apud Platonem *Axiocho* exſtat, & partim apud Stob. Serm. 10. de *Injuſtitia.* Α' δὲ χεὶρ τὰν χεῖρα νίζει· δός τι, καὶ τι κἀ λάβε. Sic enim legendum verſus ratione poſtulante. Vide expoſitionem Eraſmi *Chil.* 1. *Cent.* 1. *Proverb.* 33. Rurſus idem Epicharmus apud Stobæum Serm. 37. *de Bonitate*: Ὁ τρόπος ἀνθρώποισι δαίμων ἀγαθός· οἷς δὲ καὶ κακός. Apud Stobæum deeſt καὶ, quod exigente metro reſtitui. Congruit planè cum celebri illo dicto Heracliti: Ἦθος ἀνθρώπῳ δαίμων: quo ſignificatur, quod *ſui cuique mores fingant fortunam, bonam malamve.* Vid. Eraſm. *Chil.* 2. *Cent.* 4. *Proverb.* 30. Nobilis quoque eſt ejusdem Siculi verſus, quo prodigum quendam nepotem perhibetur objurgaſſe, relatus à Plutarcho in Vita Poplicolæ:

Οὐ φιλάνθρωπός τ' γ' ἐσσὶ· νόσον ἔχεις, χαίρεις δ' ὀδύναις.

Hoc eſt:

Non ego humanum vocem te; morbum habes, donaturis.

Eſt & alius ejusdem verſus, ſed corruptus apud Stobæum Serm. 38. *de Invidia.* Τίς ἐγκαλοίη, γενέσθαι μὴ φθονέμενος φίλος. Doctiſſimus Geſnerus malebat, τίς ἂν βαλοίη. Sed ſic quoque metron ametron manere, nemo non videt:

ut taceam de verſionis Lat. vitio : *Quis eſt qui cuperet, amicos ſibi non invidere.* Putabam ego rectum eſſe : Τίς ποτ' ἐγκαλέοι, &c. & φίλοις potius, quàm φίλῳ· ut hoc voluerit Auctor : *Quis tandem eſt, qui vitio vertat cuiquam, non invideri ab amicis.* Alius meliora afferat. Nec prætereundus eſt verſus continens admonitionem de officio bonæ conjugis, quod eſt maritum nulla in re lædere. Σώφρονος γυναικὸς ἀρετὰ, τὸν συνόντα μὴ ἀδικεῖν. Sic enim legend. puto apud Stobæum Serm. 72. *de præceptis nuptialibus*, ubi redundat, ἄνδρα : niſi quis dicat, novi verſus id fuiſſe initium. Denique, ut abrumpam hæc Ἐπιχάρμεια, eſt & hic πῆχος Ἐπιχάρμειος non aſpernandæ ſententiæ, (tametſi non Trochaicus, ſed Sotadicus) de donis amicorum, quamvis exiguis in pretio habendis : Δῶρον μὲν ἢν ὀλίγον· πάντα δὲ τιμᾶντα τὰ παρ φίλων. Τιμᾶντα, Doricè pro τιμέντα.

Ἀλεξάμενος] Ita MSC. noſter habebat. Sed ex Jambl. C. 28. Num. 136. reſcribend. Ἀλεξάνεμος : ab arcendis ſcil. ſeu depellendis ventis : ut ἀλεξίκακος, depulſor malorum dicitur : Item ἀλεξιφάρμακον.

Καθαρτὴς] Hinc corrigendus Jamblichus d. Num. 136. ubi malè editum eſt, Καθαρίης : quod Interpreti redditur, *Catharies*, h. e. mundus, ſeu purus : malè. Imo καθαρτὴς, παρὰ τὸ καθαίρειν, eſt mundator.

Οὗ] Apud Jambl. eſt ὅπ. Sed melius eſt, ὅπ.

Οἰστῷ] Celebris eſt hæc ſagitta Abaridis Hyperborei, eamque auream fuiſſe accepimus. Vide & Jambl. lib. 1. C. 28. Num. 136.

Ἐκπέρωθι] Hinc emendandus Jambl. d. Num. 136. ubi malè editum, ἐκπέρωθεν.

Καπεκήλει δὲ ῥυθμοῖς καὶ μέλεσι] Καθακηλεῖν eſt θέλγειν, πραΰνειν : demulcere, manſuefacere. Sic Suid: Καθακηλῶσαν exponit, θέλγουσαν, πραΰνουσαν. Et Heſychius: Καθακηλούμενοι, ἐξοιστρούμενοι, καθαθελγόμενοι. Hinc ἀκήλητον, ἀπρηῆ exponit Suidas, & affert diſtichon ex Epigr. *de Orpheo.*

Οὐκ ἀμειλίκτοιο βαρὺ κλυμένοιο νόημα
Καὶ τὸν ἀκήλητον θυμὸν ἔθελξε λύρα.

Mira verò fuit vis Muſicæ apud Pythagoram ejusque ſectatores in componendis atque tranquillandis animorum affectibus : de qua ita Seneca lib. 3. *de Ira* c. 9. *Pythagoras perturbationes animi lyra componebat. Quis autem ignorat, lituos & tubas concitamenta eſſe, ſicut quosdam cantus blandimenta, quibus mens reſolvatur.* Item Plutarch. lib. *de Iſide & Oſiride*, ubi cum prius de odoratis ac fragrantibus aromatis diſſiſſet, quod per ea diurnæ curæ ac moleſtiæ nobis ſub noctem relaxentur, & phantaſia, quæ ſomniorum eſt receptaculum, inſtar ſpeculi levigetur poliaturque, addit comparationem eorum cum lyræ pulſatione, quam ſoleant Pythagorei ante ſomnum ad abigendas curas, & ſanandas tranquillandasque animorum perturbationes adhibere. Pauca de pluribus ex eruditiſſimo auctore aſſcribam : Καὶ κρᾶσιν ἐπαγωγὸν ἴσχει, καὶ τὰ λυπηρὰ καὶ σύντονα τῶν μεθημερινῶν φροντίδων ἄνευ μέθης, οἷον ἄμμακα χαλᾷ καὶ διαλύει, καὶ τὸ φαντασικὸν καὶ δεικτικὸν ὀνείρων, ὥσπερ κάτοπτρον, ἀπολειαίνει, καὶ ποιεῖ καθαρώτερον, ὅθεν ἥπιον ἢ τὰ κρέμαθρα τῆς λύρας, οἷς ἐχρῶντο πρὸ τῶν ὕπνων οἱ Πυθαγόρειοι, τὸ ἐμπαθὲς καὶ ἄλογον τῆς ψυχῆς ἐξιπάδοντες ὅπως καὶ θεραπεύοντες. Quintilianus quoque de hoc Pythagoreorum inſtituto præclarè ſcribit lib. 9. c. 4. (mihi p. 419.) *Pythagoreis certè moris fuit, & cum evigilaſſent, animos ad lyram excitare, quò eſſent ad agendum erectiores: & cum ſomnum peterent, ad eandem prius lenire mentes, ut, ſi quid fuiſſet turbidiorum cogitationum, componerent. Quod ſi numeris & modis ineſt quædam tacita vis, in oratione eſt vehementiſſima* &c.

Ejusdem quoque moris meminit Cicero *Tuſcul. Q.* 4. in procem. *Carminibus videlicet ſolitos eſſe Pythagoreos & præcepta quædam occultius tradere, & mentes ſuas à cogitationum intentione cantu fidibusque ad tranquillitatem traducere*, &c. Ubi addit, Romanos veteres hoc ipſum inſtitutum in ſuas quoque epulas introduxiſſe.

Sed & ipſe noſter Malchus de Pythagora ſcribit, mane ſolitum animam ſuam ad lyram componere atque manſuefacere, carmina & Pæanas vel Thaletis, vel Homeri, vel Heſiodi accinendo. Notandum verò, quod conſtanter lyræ inſtrumento uſum Pythag. teſtantur Seneca, Quintil. Plutar. Jambl. & alii: Cicero quoque de cantu fidibusque ſcribit. Quòd ſi quis ex me quærat, cur lyra potius quam tibia uti voluerit, reſpondeat pro me Jambl. Cap. 25. Num. III. Τὴς δ' αὐλὸς ὑπολάμβανεν ὑβριστικόν τι καὶ παιγνιῶδες καὶ ἐλαφρῶς ἐλευθέριον τὸν ἦχον ἔχειν. Tibiam videlicet habebat pro inſtrumento muſico illiberali, quomodo & Pallas de ea judicavit, quam ajunt aliquando tibia canentem, cum fortè in aqua velut ſpeculo relucentem vultum ſuum inflatum buccis deformiorem redditum conſpexiſſet, ab ea ſic alienatam eſſe, ut abjiceret protinus, nec unquam poſtea id inſtrumenti muſici genus ἔμπνευσον reſumere voluerit. Romani tamen tibiam non reſpuebant: ſiquidem apud eos jam olim hic *mos fuit epularum, ut deinceps*, (id eſt ordine) *qui accumberent, canerent ad tibiam clarorum virorum laudes atque virtutes*: ut ex Catonis lib. *Originum* retulit Cicero in d. procem. 4. *Tuſc.* Niſi fortè ibi quoque legend. *ad Lyram*, Græci certè ſuis conviviis Lyram adhibebant: quam cum recuſaſſet Themiſtocles, habitus eſt indoctior: ut de eo ſcripſit Cicero procem. *Tuſc.* 1. Priusquam vero ab hoc illuſtri loco de vi Muſicæ diſcedam, non poſſum quin commendem lectori, quæ de cad. ſcribit Athenæus lib. 14. *Dipnoſoph.* præſertim cum & Pythagoræ noſtri mentionem ibi faciat: Καὶ γὰρ Πυθαγόρας ὁ Σάμιος τηλικαύτην δόξαν ἔσχεν ἐπὶ φιλοσοφίᾳ, καὶ παφανής ἐστιν οὐ πολλῶν ὁ περίεργος ἀψάμενος μουσικῆς, ὅς γε καὶ τὴν τῶ παντὸς οὐσίαν διὰ μουσικῆς ἀποφαίνει συγκειμένην. Τὸ δὲ ὅλον ἔοικεν ἡ παλαιὰ τῶν Ἑλλήνων σοφία τῇ μουσικῇ μάλιστα εἶναι δεδεμένη (ita lego non δεδομένη) καὶ διὰ τῶτο τῶν μὲν Θεῶν Ἀπόλλωνα, τῶν δὲ ἡμιθέων Ὀρφέα, μουσικώτατον καὶ σοφώτατον ἕκαστον, καὶ πάντας τοὺς χρωμένους τῇ τέχνῃ ταύτῃ σοφιστὰς ἀποκαλεῖν. Deinde Lacedæmonios plurimum ait uſos fuiſſe Muſica, & auſteritatem vitæ ac morum dulcedine ejus temperaſſe. Ἀπὸ δὲ τῆς τὸ βίον σωφροσύνης καὶ ἀυσηρότητος μετίβαινον ἀσμένως ἐπὶ τὴν μουσικὴν, ἐχόμενοι τὸ (malim π) κηληδονοῦντος ἐπιῤῥήματος. (Vim permulcendi ſuaviter animum Athenæus quoque hic tribuit Muſicæ, perinde ut Malch. hîc verbo κηπκήλει) εἰκότως ἂν ἐγίνετο χαίρειν τοὺς ἀκροωμένους. Denique deplorat ibid. & in præcedentibus & ſequentibus verbis infelicem Muſices à veteri ſua præſtantia degenerationem. Νῦν δὲ εἰκῇ καὶ ἀλόγως ἅπτονται τῆς μουσικῆς &c. Item: μετὰ δὲ ταῦτα γενομένης ἀδοξίας, καὶ γηραιόντων σχεδὸν ἁπάντων τῶν ἀρχαίων νομίμων, ἥτε περιαίρεσις ἄυτη κατελύθη, καὶ τρόποι μουσικῆς φαῦλοι κατεδείχθησαν, οἷς ἔκφυλος τῶν χρωμένων, ἀντὶ μὲν σεμνότητος περιεποιεῖτο μαλακίαν, ἀντὶ δὲ σωφροσύνης ἀκολασίαν καὶ ἄνεσιν. ἔτι δὲ ἴσως τῶτο μᾶλλον, καὶ ἐπὶ πλέον προαχθήσεται), &c. Quem locum tantò libentius aſſcripſi, quod ex parte ad noſtri quoque ævi mores pertineat, quibus ſæpe ſervire cogitur Muſica ad luxuriam, levitatem, ac petulantiam, qua Pythag. & qui ab eo, ad omnia alia utebantur: ut mirum non ſit, jam pridem corruptam nos habere rempublicam. Plato enim hoc tradidit, commutatis modis Muſicis, etiam animos hominum & rempublicam immutari ſolere. Sed quando Lacedæmoniorum facta eſt mentio, quanto illi ſtudio coluerint Muſicam, referatur ſanè ὀδὲ περίεργος hiſtoria de iisdem, quæ extat apud Suid. in proverbio Μετὰ Λέσβιον φόδήν. Seditione laborabant Lacedæmonii atque diſcordiis inteſtinis: quo malo ut liberarentur, oraculo moniti ſunt, cantorem Lesbium acerſerent. Ita Terpandrum excellentem Muſicum Antiſſa advocarunt: quem cum in ſuis conviviis ſive συσσιτίοις canentem audiviſſent, ſeditione & diſcordiis inteſtinis valere juſſis in gratiam redierunt. Οἱ Λακεδαιμόνιοι τὸν Λέσβιον κιθαρῳδὸν πέμψαντες ἐθεσπιῳδήθη. ἀποκλύσαντός γὰρ τῆς πόλεως

πόλεως αὐτῶν, χρησμὸς ἐγένετο, Λέσβιον ᾠδὸν μεταπέμψασθαι· οἱ δὲ ἐξ Ἀντίσσης, Τέρπανδρον ἐφ' ἅμαξαν φεύγοντα μεταπεμψάμενοι ἦκον αὐτῷ ἐν ταῖς συσσιτίοις, καὶ κατεστέλλοσαν. Et rursum: Οἱ Λακεδαιμόνιοι σωσάζοντες μετεπέμψαντο ἐκ Λέσβου μουσικὸν Τέρπανδρον, ὅστις ἤρμοσεν αὐτῶν τὰς ψυχὰς, καὶ τὴν σάσιν ἔπαυσεν, &c. Concludamus hæc elogio illo Musices, quod ex Theophilo citharœdo refert Athenæus d. lib. x. Μέγας ὀνησικράτης ἐστὶ καὶ βέβαιος ἡ μουσικὴ ἅπασι τοῖς μανθάνουσι παιδευτικῶς π. Καὶ γὰρ τὰ ἤθη παιδεύει, καὶ τὰς ὑμοιοπαθείας καὶ τὰς γνώμας διαφόρως κατασκευάζει. Minime verò hic omittendum censeo illustrem de vi Musices locum Ammonii, qui extat in commentario ipsius εἰς τὰς πέντε φωνὰς p. 12. & seq. edit. Venet. præsertim cum & historia quædam de Pythagora ibi attingatur. Ἡ δὲ μουσικὴ τὰς τῶν χορδῶν συμφωνίας ἐπισκέπτεται· ἐπιτηδεύει δὲ καί τινα μέλη, καταμίγνυσι μὲν τὰ τῆς ψυχῆς πάθη, διεγείρουσι δὲ αὐτὴν ἐπ' ἀρετήν. Ὅτι δὲ τοῦτο οὕτως ἔχει, δηλοῖ τὰ ἐκ σωζόμενα ἴχνη, καὶ οἷον ἀποτυπώσεις τῆς μουσικῆς. Ἀκούοντες γὰρ σάλπιγγος, ὑμικώτερον διαλυόμεθα· καὶ διὰ τοῦτο ἐν τοῖς πολέμοις ἡ σάλπιγξ ἐπιτηδεύεται. Ἀκούοντες δὲ ἑπτατονικῶν μελῶν, σκληρότερον διακείμεθα τὰς ψυχάς. φέρεται δὲ καὶ ἰσοδία τοιαύτη, ὅτι Πυθαγόρας ἐωρακώς τινα νέον αὐλητικὸν ἔκλυτον μέλος αὐλοῦσι ἑπόμενον, κελεῦσαι αὐτὸν στρέψαντα τὸν αὐλὸν αὐλῆσαι, καὶ τοῦτο ποιοῦντα, παῦσαι τὸν νέον τὴν ἐπιθυμίαν. Ὥστε δεῖ ἀπιστεῖν τοῖς λεγομένοις περὶ τῆς θείας μουσικῆς. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ θεῖος Πλάτων παρακελεύεται τοὺς νέους καὶ διὰ μουσικῆς, καὶ διὰ γυμναστικῆς ἴσως, ἵνα διὰ μὲν τῆς μουσικῆς τὴν ψυχὴν ἐπικοσμῶσι· διὰ δὲ τοῦ γυμνασίου, τὸ σῶμα.

Sed nihil est omnium, quod ad commendationem laudemque Musices dici possit luculentius atque divinius, quàm quod etiam malum Dæmonem fugare sit efficax, ut ex historia sacra de Saule & Davide constat. Quò etiam respexit auctor hujus octostichi in laudem Musices facti:

Musica divarum salve sanctissima, castæ
Delicium mentis, virgineique chori,
Tu curas abigis, furiarumque agmina pellis:
Tu das angelici gaudia sancta chori.
Est sine sole dies, & nox sine sidere tristis:
Te sine vita hominum nil nisi luctus erit.
Quam præbes animo, non castior ulla voluptas:
Cui tua sint odio munera, dispereat.

Vide ejus rei rationes (cur inquam Musica etiam Dæmonem malum fuget) eruditè inquisitas apud Joan. Saresberiensem lib. 1. *Policratici* c. 6. & Franc. Vallesium *de Sacra Philos.*. c. 28. Tribuamus autem hoc honori lyræ & Musicæ Davidicæ, quæ θεόπνευστος hodieque in Psalmis resonat, ut etiam hîc inseramus cum versione nostra Latina X Jambos Græcos, qui in veteri Menologio extant, hac epigraphe: Στίχοι εἰς τὸν θεῖον Δαβίδ·

Σίγησον Ὀρφεῦ, ῥῖψον Ἑρμῆ τὴν λύραν,
Τέλπιος ὁ Δελφοῖς δῦνον εἰς λήθην ἕλα.
Δαβὶδ γὰρ ἡμῖν, πνεύματος κρούων λύραν,
Τραγοῦ τὰ κρυπτὰ τοῦ Θεοῦ μυσηρίων·
Πληὴν παλαιῶν ἰσορεῖ τερψίων,
Κινεῖ θεὸς ὕμνον τὸν κλίσαντος τὴν κλίσιν.
Σώζων ἅπαντας μυσταγωγεῖ καὶ χεάφει·
Ἀμαρτίνοντας εἰς ἐπιστροφὴν φέρει.
Πολλοῖς σὺν ἄλλοις κἀκεῖθ' ὁδηγῶν κρίσιν
Σημήιον διδάσκει ψυχικὰς ἀμφιβόλους.

Tandem subjicitur à Poeta, quisquis fuit, hexameter:

Ἁρμονίης ἱερῆς μελιηδέα ἄσματα Δαβίδ.

Interpretatio superiorum.

Orpheu sile, Lyram abjice, Mercuri, tuam:
Oblivione, Delphice tripus, mergitor.
Nobis Davides, Spiritus lyram increpans,
Mysteria in lucem abdita eruit Dei:
Antiqua narrat affatim miracula:
Movet, ut celebrent Conditorem, condita:
Scribit docetque, quod saluti est omnibus:
Peccantium conversionem promovet:
Diem & supremi Judicis extremum notat,
Mentisque labem abstergere impuram docet.

Harmoniæ ſacræ ſunt mellea carmina David.

Ἀλλ' ἐπιτροπῆς ἤδη ἄλις. Ad Malchum revertamur.

Καὶ ἐπῳδαῖς] Inf. Num. 33. conjungit ἐπῳδὰς καὶ μαγείας. Epodis autem ſeu incantationibus & ſuſurris magicis curandi ratio antiquiſſima eſt, jam tum Chironis Theſſali, cognomento Centauri (unde Centaurio herbæ nomen inditum in botanologicis) & Apollinis F. Æſculapii temporibus uſitata. Etymologicum Magnum in Ἐπαοιδή. Ἴσιον, ὅτι ἀρχαία ἐστὶν ἡ διὰ τῆς ἐπαοιδῆς θεραπεία. Ὅμηρος· Παῦσεν δ' ἐπαοιδῇ αἷμα κελαινόν. (Ecce, incantatione ſiſtitur ſanguis) Καὶ Πίνδαρος ἐπὶ (f. ἀεὶ) τῶν Ἀσκληπιῶν, τοὺς μὲν μαλακοῖς ἐπαοιδαῖς ἀμφέπων, &c. Locus eſt *Pythi.* 3. Idem Pindar. *Neme.* 8. Ἐπαοιδαῖς δ' ἀνὴρ νάδυνον, καὶ πὸς κάμματον ἦκεν. Heſychius: Ἐπαοιδοὶ, φαρμακοὶ, γόητες. Suidas: Ἐπῳδὸς, ἡ ἐπάδουσα τοῖς νοσοῦσι παισί. (Ead. & Heſych. habet) καὶ ἐπῳδὴ, ἡ γοητεία. Πολύβιος· Πάσης ἐπῳδῆς καὶ γοητείας καὶ θελάμμασι πίστιν ἐλάμβανον. Allegat ibidem & Sophoclem, qui tamen negat convenire ſapienti medico uti incantamentis, ſi quando ſectionem poſcat malum. Οὐ πρὸς ἰατρὸν σοφὸν, Θρηνεῖν ἐπῳδὰς πρὸς τυμῶνι πήματι. Sicut autem aliis in rebus plurimis, ita in hoc quoque ἐπῳδῶν negotio licet uti parodia Ovidiana ejusmodi: *Non cuncta annoſa vetuſtas, Quæ laudemus habet: Longis vitium inſidet annis.* Non enim, ſi vel maximè vetuſta ſit per Epodas atque incantationes magicas & amuleta characterum quorundam &c. curandi ratio, ob id etiam probanda eſt. Mihi ſemper illa placuit cenſura graviſſimi Johannis Chryſoſtomi, Chriſtiano homini optabiliorem eſſe & morbum & mortem, quàm ſanitatem recuperatam, & vitam prolongatam beneficio incantationum vel amuletorum, quæ ſunt Græcis θελάμματα. Plura de hoc argumento dixi in *Commentar. ſacr. lect.* & in Scholiis ad Q. Serenum Sammonicum, ubi de Quartana per ABRACADABRA, certo modo charactæ inſcriptum & collo appenſum curanda neſcio quid nugatur. Vid. & doctiſſimum Medicum ac Philoſophum Fran. Valleſium *de Sacr. philoſoph.* cap. 3. prolixè de vi vocabulorum, ut & contra incantationem differentes.

Συνεὶς] Reponend. συνιεὶς: ut eſt etiam apud Jambl. Num. 65.

Καὶ πίνδος] Jambl. καὶ' ἀνδρός: quæ lectio verior videtur.

Ἀστέρων ἁρμονίας] Vide Cicer. in *Somnio Scipionis*, & Macrobum in ejus Commentario. Item Plin. lib. 2. c. 21. & *ſeq.* ubi Pythagoram ſagacis animi virum vocans, ait & intervalla ſiderum & concentum obſervaſſe. Ejusdem libri cap. 8. ſcribit: Pythagoram Samium primum deprehendiſſe naturam Luciferi: (qui & Veſper, & Veſperugo dicitur.) Addit quoque temporis notationem, videlicet Olympiade circiter quadrageſima ſecunda, h. e. urbis Romæ anno CXLII.

Ἀκόρεστον (vel ut mavult Arcerius, ἀκαθάρεστον) μέλος φθεγγομένην iſtam harmoniam ſcribit Jambl. c. 15. Num. 65. *de vita Pythagoræ.* Melos quod audiendo ſatiari non poſſis, ob immenſam ejus ſuavitatem. Philo hanc luculenter explicat in lib. *Quod ſomnia mittantur à Deo: Quæ laudare hymnisque celebrare ſuum patrem poſſunt, hæc duo ſunt, Cœlum & Mens. Nam homo hunc præcipuum honorem ſortitus eſt præ cæteris animalibus, quod Deum colit. Cœlum verò perpetuo concentu ſuorum motuum reddit harmoniam ſuaviſſimam. Quæ ſi ad aures noſtras pervenire poſſet, excitaret in nobis impotentes amores & inſanum deſiderium, quo ſtimulati, rerum ad victum neceſſariarum obliviſceremur, non paſti cibo potuque per ſauces demiſſo, ſed quemadmodum immortalitatis candidati conſummatæ Muſicæ divinis cantibus* &c. Et mox: *Itaque cœlum, inſtrumentum Muſicæ archetypum, non aliam ob cauſam ita elaboratum eſſe mihi videtur, quam ut hymni laudesque patris rerum ſcitè ac muſicè decantentur* &c.

Συνεὶς τῆς καθολικῆς τῶν σφαιρῶν &c.]

Leg. συνιεὶς. Porrò de contemplatione rerum cæleſtium, cui impenſe deditus fuerit Pythagoras, operæ pretium eſt aſſcribere ſonoros verſus Chriſtodori Thebani, qui extant lib. 5. *Anthолog.* tit. Εἰς Πυθαγόραν· mihi p. 277. ed. Ald.

Ἔπειτα Πυθαγόρης Σάμιος σοφὸς· ἀλλ' ὁ Ὀλύμπῳ
Ἐνδιάειν ἐδόκευε, φύσις δ' ἐβιάζετο χαλκῷ,
Πλημμύρων νοερῇσι μεληδόσιν. ὡς γὰρ ὅϊον,
Οὐρανιὸν ἀχερσίνοισιν ἐμίτρεε μῦθον ὁπωπαῖς.

Ἦ δέ τις] Duo priora iſtorum Empedoclis carminum in laudem magiſtri Pythagoræ factorum exſtant etiam apud Diog. Laërt. in Empedocle p. 602. Reliquos 4 verſus non puto uſquam alibi reperiri præterquam apud Malchum & Jambl. c. 15. Sed ibi miſerrime ſunt luxati, hinc reſtituendi.

Περσπίδων πλεῖστον] Similiter idem Empedocles in alio carmine, quod recitat Clemens Alex. *Strom.* V.

Ὄλβιος, ὃς θείων περσπίδων ἐπήσατο πλοῦτον,
Δειλὸς δ', ᾧ σκοτίοισα θεῶν πέρι δόξα μέμηλεν.

Ad eandem faciem Solon τῆς ἀρετῆς τὸν πλοῦτον dixit in verſibus â Plutarcho in ejus vita relatis. Sic verò eſt: Animi divitiæ, h. e. virtus & doctrina, longè antiſtant omnibus externis opibus, adeoque omni & quod ſub terra & ſupra terram eſt auro, ut ait Plato. Aſſcribam de hoc optimo præſtantiſſimoque divitiarum genere verſus Luciani, qui extant in 1. *Anthолog.* tit. 67. quia habeo quod in illis emendem & moneam:

Πλοῦτος, ὁ τῆς ψυχῆς, πλοῦτος μόνος ἐστὶν ἀληθής,
Τἆλλα δ' ἔχει αὐτὴν πλείονα τῶν κτεάνων.

Hîc pro αὐτὴν non ἀυτὴ, ut Henr. Steph. qui refert ad ψυχὴ, ſed ἄτην puto legendum. Hoc enim vult poëta: τὰ ἄλλα τῶν κτεάνων, ἤγουν τὰ ἐκτὸς χρήματα, πολὺ μείζω ἄτην ἔχει ἢ ὠφέλειαν. Alia bona ſive externæ opes, quæ vulgò fortunæ appellantur, majorem noxam ferè quàm utilitatem afferunt ſuis poſſeſſoribus. Hexaſtichon quod ibid. in *Anthолog.* continuè proxime ſequitur, mihi ſane videtur novum ac ſeparatum conſtituere Epigramma, maleque conglutinatum eſſe ſuperiori diſticho. Priore Epigrammate abſolverat poëta unam ſententiam. Quæ ſcil. veræ ſint opes; nempe animi ſeu mentis, addita ratione, ab anthitheſi ducta: Quia bona fortunæ potius nocent multis quam proſunt. Sequitur alterum & diſtinctum Epigramma, hujus argumenti, Quis jure dives dici debeat: videlicet non is qui ad calculos ſemper ſedens congerit opes alias ſuper alias atque coacervat, apum inſtar alveolis mella conſtipantum magis ad aliorum quam ſuos uſus; ſed is potius qui facultatibus ſuis rectè uti novit, *cui Dii divitias dederunt artemque fruendi*, ut cum Horatio loquar. Movet quoque me & confirmat in hac ſententia, quod nullum video ἄρθρον, quo tertius verſus cum prioribus copuletur. Quare novum atque diſtinctum hoc â ſuperiore puto Epigramma:

Τὸν δὲ πολυκτέανον καὶ πλούσιον εἶναι δίκαιον
Κλῄζειν, ὃς χρῆται τοῖς ἀγαθοῖς δύναται.
Εἰ δέ τις ἐν ψήφοις κεκτῆται, ἄλλος ἐπ' ἄλλῳ
Σωρεύειν ἀεὶ πλοῦτον ἐπιζήμενος·
Οὗτος ὁποῖα μέλισσα πολυτρήτοις ἐνὶ σύμβλοις
Μοχθήσει, ἑτέρων θρεψομένων τὸ μέλι.

Ubi obſervo comparationem illam avari cum apibus non ſibi ſed aliis mellificantibus, videri Lucianum â Democrito ſumpſiſſe. Sic enim ille apud Stobæum περὶ φειδωλίας: Οἱ φειδωλοὶ τὸν τῆς μελίσσης βίον ἔχουσιν, ἐργαζόμενοι ὡς ἀεὶ βιωσόμενοι. Sed quid vetat, quo minus egregiorum carminum aliquot elaborationes Latinas hîc aſſcribam, quibus & cum Sleidani verſione & inter nos certabamus olim in adoleſcentia familiares ac συμφοιτητὴς ego & Solomo Ryſinius Pantherus, qui nunc â conſiliis ac ſtudiis eſt Illuſtriſſ. Principi D. Chriſtophoro Radivilio. Sleidanus ergò ſic vertit:

Nobilis eſt animi theſaurus, nobilis ille,
Poſtrema quisquis parte locabit opes.
Dives erit verè, qui fidos inter amicos
Largiter effundit parta labore bona.
Sed genium quisquis defraudat, opesque tenacem
Congerit in teſtam, quo numerare queat,
Qualis apes, fruſtra ſtudio complebit avaro
Vaſcula, mox fuco diripiente favos.

Sol. Ryl. Panth. ita geminum in modum tranſtulit:

I.

Mentis opes ſolius, opes veræ atque perennes:
Plurimum habent aliæ divitiæ exitii.
Sed pollentem opibus multis, multoque metallo,
Hunc voco qui partis utitur ipſe bonis.
At qui ſollicitis tabet numerando lapillis,
Semper opes opibus accumulare ſtudens:
Hic in multiforis alvearibus Attica tanquam
Sudat apis, linquens mella metenda aliis.

II.

Solæ animi gazæ gazarum nomine dignæ:
Heu ſecum reliquæ quot nocumenta trahunt!
Solus at hic laudem, Pelopisque Midæque meretur,
Divitiis uti qui valet ipſe ſuis.
Qui verò excoquitur numerandis tabe talentis,
Atque alias aliis anxius addit opes:
Angitur hic ut apis, quæ aliis ſua mella legenda
Linquit in alveolis multiforatilibus.

Ego ita quater variabam metricum ſtylum:

Vera in mente ſita eſt opulentia. Nam bona vulgi
Sunt nugæ, & dominis noxia ſæpe ſuis,
Hic audit locuples meritò, qui noverit uti
Divitiis, arcæ nec malè damnat opes.
Qui ſubducenda ſemper ratione macreſcit,
Et feſtinat opes accumulare opibus,
Cui geminum hunc dicam? niſi, quæ mortalium in uſum,
Haud ſibi, in alveolis mella recondit, api.

II.

Nobilior nulla eſt opibus poſſeſſio mentis:
Cætera namque mali plus bona ſemper habent.
Hunc verè ditem dicam, hunc & jure beatum,
Efficere utibiles qui benè novit opes.
At miſer in nummis ſi quis tabeſcit, & auri
Quo plus eſt ſibi, eò quærere plus ſatagit,
Sedulæ is inſtar apis, quæ operando melle laborat:
Mox alio dulces diripiente favos.

III.

Mentis opes, veriſſimæ opes: at cætera noxæ
Quam ſolidæ frugis plus bona ſæpè ferunt
Hic locuples dici verè, divesque meretur,
Divitiarum uſum qui ſcit habere bonum,
Qui verò tantum numerando inſumitur auro,
Atque aliquid partis addere ſemper avet;
Florilegæ inſtar apis, labor hunc exercet inanis
Quæ cellas aliis, non ſibi melle replet.

IV.

Divitias veras mens poſſidet unica; vulgi
Divitiæ damnum ſæpè dedere grave.
Scilicet is vere eſt opulenti nomine dignus,
Qui bona laudatis uſibus apta facit.
Qui verò in nummis numerandis tabe liqueſcit,
Feſtinans veteres accumulare novis,
Hunc apibus dicam ſimilem, quæ multiforis in
Alveolis, aliis, non ſibi mellificant.

Sed hæc hactenus: quam digreſſionem lectori non injucundam fore arbitrabar.

Ἐμφαλὼς] Ita Manuſcriptus noſter. Sed Nov. apud Jamblichum extremo c. 15. ἰμφυλὼς legitur.

Καθ' τὰς ἀντίχθονας] Uſitatiore vocabulo hi dicuntur ἀντίποδες. Diog. Laërt. in Pythag. p. 583. Εἶναι δὲ καὶ ἀντίποδας· καὶ τὰ ἡμῖν κάτω, ἐκείνοις ἄνω. Non deſuerunt tamen ex doctoribus Eccleſiæ præſtantiſſimi viri, qui Antipodas eſſe pernegarent: ut S. Auguſt. ut Lactant. Firmianus: cujus iſta ſunt lib. 3. *de Falſa Sapientia* c. 24. *Quid illi, qui eſſe contrarios veſtigiis noſtris Antipodas putant, num aliquid loquuntur? aut eſt quisquam tam ineptus, qui credat, eſſe homines, quorum veſtigia ſunt ſuperiora quam capita? aut ibi, quæ apud nos jacent, inverſa pendere? fruges, & arbores deorſum verſus creſcere? pluvias, & nives, & grandinem ſurſum verſus cadere in terram?* &c. Deinde poſtquam examinavit rationes eorum, qui ex doctrina Sphærica ſtatuunt Antipodas (quos ipſe dicere non dubitat in multa incidere ridicula, & defendere portenta) addit hoc tandem Epiphonema: *Sic pendulos iſtos Antipodas cæli rotunditas adinvenit.* Et ſub fin. cap. *At ego* (inquit) *multis argumentis probare poſſem, nullo modo fieri poſſe, ut cælum terrâ ſit inferius*, &c.

Apud Clem. Alex. V. *Strom.* p. 261. reperio, Pythagoreis cælum ipſum ἀντίχθονα dictum fuiſſe. Οἱ δὲ Πυθαγόρειοι τὸν οὐρανὸν τὸν ἀντίχθονα καλοῦσιν.

Σύγκεισιν] Puto legend. σύγκρασιν.

Ἐκτρέπεσθαι τὰς μετὰ τῶν πολλῶν ὁμιλίας] Vulgi commercia fugienda eſſe monebat Pythag. etiam illo ſymbolico præcepto: Τὰς λεωφόρους μὴ βαδίζειν: de quo infra. Ratio eſt in verſibus heroicis Cleanthis apud Clementem Alex.

Ἁρμοζόμενον πρὸς λύραν τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν] De hac Pythagoræ conſuetudine componendi animum ad tranquillitatem cantu lyræ, & de laudibus atque utilitatibus Muſicæ, præter ea, quæ ſupra dixi, etiam hæc utiliter obſervabuntur ex Jamblich. c. 28. Ὑπελάμβανε δὲ καὶ τὴν μουσικὴν μεγάλα συμβάλλεσθαι πρὸς ὑγίειαν, ἄν τις αὐτῇ χρῆται καθὼ τοὺς προσήκοντας τρόπους. Idem c. 25. & quaſi totidem verbis c. 32. Ἦν δέ τινα μέλη παρ' αὐτοῖς πρὸς τὰ τῆς ψυχῆς πάθη πεποιημένα, πρός τε ἀθυμίας καὶ δήγμους, ἃ δὴ βοηθητικὰ θείᾳ ἐπινοίᾳ. Καὶ πάλιν αὖ ἕτερα πρός τε τὰς ὀργὰς, καὶ πρὸς τοὺς θυμοὺς, δι' ὧν ἐπιτείνοντες αὐτὰ καὶ ἀνιέντες ἄχει τῷ μετρίῳ σύμμετρα πρὸς ἀνδρείαν ἀπειργάζοντο. Rurſus idem Jambl. extremo d. c 25. Οὕτω μὲν ἦν πολυωφελεστάτην κατεσκευάσατο Πυθαγόρας τὴν διὰ τῆς Μουσικῆς τῶν ἀνθρωπίνων ἠθῶν τε καὶ βίων ἐπανόρθωσιν. Notanda obiter emendatio Jambl. eod. c. 25. Ubi enim editum eſt, Καὶ πρὸς πᾶσαν παραλλαγὴν τοιαύτης ψυχῆς: legend. τοιαύτην. Non tacuit hanc utilitatem Muſices etiam doctiſſ. ſcriptor Geogr. Strabo: cujus ſunt iſta lib. 10. Καὶ διὰ τοῦτο μουσικὴν ἐκάλεσεν ὁ Πλάτων, καὶ ἓν πρότερον οἱ Πυθαγόρειοι, τὴν φιλοσοφίαν, καὶ καθ' ἁρμονίαν τὸν κόσμον συνεστάναι φασὶ, πᾶν τὸ μουσικὸν θεῶν ἔργον ὑπολαμβάνοντες. Ὅτῳ δὲ καὶ τὴν τῶν ἠθῶν κατασκευὴν τῇ μουσικῇ προσνέμουσιν, ὡς πᾶν τὸ ἐπανορθωτικὸν τοῦ πρὸς τοὺς θεοὺς ἐγγὺς ὄν.

Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου] Idem & Jambl. teſtatur d. c. 25. ubi corrigend. λέξεσιν ἐξειλεγμέναις. Mirum verò non abhorruiſſe Pythagoram ab Homerica & Heſiodea poeſi, cum illorum auctorum animas jactarit ſe apud inferos vidiſſe cruciari, quod illas abſurdiſſimas de Diis fabulas confinxerint. Ac Heſiodi quidem animam fuiſſe alligatam æneæ columnæ, & miſerum quendam ſtridorem edidiſſe; Homeri verò de arbore ſuſpenſam, cinctamque ſerpentibus. Niſi quis fortè dicat, nondum tunc Pythagoram ſe ad inferos penetraviſſe; cum tanti ipſorum carmina putaret, ut ad lyram accineret: poſtea verò ad ſuperas auras reverſum ab illis abſtinuiſſe. Vid. Diog. Laërt. in Pythag. p. 580. ubi veriſſima eſt Cl. Caſauboni emendatio, ἀνθ' ὧν ἔπαθεν θεῶν.

Ὀρχήσεις δὲ λίαν ὑπωρχεῖτο] De variis ſaltationum generibus & utilitatibus eruditiſſimè diſſerit Atheneus lib. 10. quem videre eſt operæ pretium.

Ἐπιφόρως] Forte legendum, ἀφθόνως h. e. copioſe, magno numero, &c. Huic autem loco Malchi planè gemina

ſunt, quæ ex Porphyrii libro de Pythag. refert Cyrillus lib. 3. contra Julianum, ſic Latine tranſlata per Oecolampad. *Neque ipſe cum multis faciebat obambulationes, ſed duobus vel tribus comitibus in templis vel lucis amæniſſima & maxime ſilentia loca quærebat. Amicos autem valdè amabat, primus dicens, Amicorum omnia eſſe communia: &, Amicum eſſe alterum ipſum. Et cum ſanis quidem converſabatur; laborantium autem corpora curabat: & animas quoque languentes, ut diximus, conſolabatur: hæc quidem incantationibus & magice; illas autem Muſica*, &c. Videtur interpres legiſſe, τὰ μὲν (ſcil. σώματα) & τὰς δὲ (ſcil. ψυχάς.) Plura de Porphyrio & Malcho vide annotata nobis ſupra.

Τὰς δὲ φίλας ὑπερηράπτε] Diog. Laërt. l. 8. p. 577. de eodem Pythagora: Ἰκανὸς ἦν φιλίας ἐργάτης. Jambl. lib. 1. c. 33.

NUM. 33. Φιλίας δὲ διαφανίσαι πάντων ὡσὶς ἄπαντας Πυθαγόρας παρέδωκε. Vide totum illud perquam inſigne caput. Sed hîc notandum, quod inter ſe tantum amicitiam coluerint Pythagorei; non autem cum externis: ut pluribus explicabitur infra. Porrò ad amicitiam inter ipſos ſartam tectam conſervandam utiliſſimum erat illud inſtitutum, de quo ſcribit Plutarch. in commentar. περὶ πολυφιλίας. Solebant nimirum Pythagorici, ſi quid fortè interdiu inter ipſos per iracundiam extitiſſet offenſionis aut rixæ, ante occaſum Solis in gratiam redire invicem porrectis dextris, & ſalutationibus additis mutuis. Verba Plutarchi hæc ſunt: Εἶτα μιμεῖται τοὺς Πυθαγορικοὺς, οἳ γένῃ μηδὲν ἀποσήκοντες, ἀλλὰ κοινῷ λόγῳ μετέχοντες, εἴποτε ἀποκχθεῖεν εἰς λοιδορίας ὑπ' ὀργῆς, πρὶν ἢ τὸν ἥλιον δῦναι, τὰς δεξιὰς ἐμβαλόντες ἀλλήλοις καὶ ἀπασπάμενοι, διελύοντο. Valde hoc congruit cum præcepto Apoſtolico Epheſ. 4. v. 26. Ὀργίζεσθε, καὶ μὴ ἁμαρτάνετε. Ὁ ἥλιος μὴ ἐπιδυέτω ἐπὶ τῷ παροργισμῷ ὑμῶν.

Κοινὰ τὰ τῶν φίλων εἶναι] Diog. Laërt. p. 573. Εἰπέ τε πρῶτος (ὡς φησι Τίμαιος) κοινὰ τὰ φίλων εἶναι· καὶ, φιλίαν ἰσότητα. Et p. 587. φιλίαν τε εἶναι ἁρμονίαν ἰσότητα. Sic & Ariſtoteles lib. 9. *Ethic.* c. 8. in cumulo aliorum proverbiorum, quæ de amicitia ſermonibus vulgi circumferuntur, hæc quoque duo modò dicta refert: Καὶ αἱ παροιμίαι δὲ πᾶσαι ὁμολογοῦσιν· οἷον τὸ, μία ψυχή· καὶ, Κοινὰ τὰ τῶν φίλων· καὶ, Ἰσότης φιλότης· καὶ, Γόνυ κνήμης ἔγγιον. Ex quibus inferri poſſe ait, ὅτι μάλιστα φίλος ἑκάστῳ ἑαυτῷ· καὶ φιλητέον δὴ μάλιστα ἑαυτόν. S. Hieronymus Apologia adverſus Ruffin. *Pythagorica & illa præcepta ſunt, Amicorum omnia eſſe communa: & Amicum ſe ipſum eſſe alterum.* Vide & Jambl. c. 19. Euripides quoque eandem ſententiam, de communione omnium rerum, quæ ſit inter amicos, ſuis Tragœdiis φιλοσοφωτάταις non ſemel intexuit: ut *Oreſte*: Κοινὰ γὰρ τὰ τῶν φίλων. Et *Andromach.*

Φίλων γὰρ οὐδὲν ἴδιον, οἵ πνες φίλοι
Ὀρθῶς πεφύκασι, ἀλλὰ κοινὰ χρήματα.

Eandem & Terentius (ſive is Lælius fuiſſe credendus eſt,) in pretio habuit, ut apparet ex *Adelphis* Act. 5. Sc. 93. ubi Mitio: *Vetus verbum hoc quidem eſt, Communia eſſe Amicorum inter ſe omnia.* Hoc tamen ſcito pulcherrimo non deſunt qui abutantur: qualis ille apud Martial. lib. 11. Epig. 43. Candidus, quem ſic perſtrinxit poeta:

Candide, Κοινὰ φίλων, *hæc ſunt tua,*
Candide, πίνω.

Quæ tu magniloquus nocte dieque ſonas.

Deinde cum ſextuplici antitheſi oſtendiſſet illius quidem ſummam & abundantiſſimam copiam, ſuam verò tenuitatem & inopiam, ad extremum exclamat de indignitate rei, quod omnia alia faciat ab illo dogmate Pythagorico, & (ut pragmatici ajunt) proteſtatione contraria facto uſus, ne teruncium quidem impertiat amico:

Ex opibus tantis veteri fidoque ſodali
Das nihil: & dicis, Candide, Κοινὰ φίλων;

Interrogativè enim hæc legenda ſunt, q. d. an non te pudet dictorum quibus facta reclamant?

Τὸν δὲ φίλον ἄλλον ἑαυτὸν] Amicus *alter idem* dictus eſt primùm a Pythagora.

Simplicius in Enchirid. Epicteti p. 63. edit. Venet. ubi de officio amicorum inter ſe: Ἴδιον δὲ μηδὲν ἔχειν ἰδιολαμβάνειν, ὃ μὴ καὶ μᾶλλον ἡμῶν τοῖς φίλοις προσήκει· προστέων τε παρεχωρεῖν ἡδέως, ὡς ἑαυτῶν παρεχωρηκότων, εἴπερ ὁ φίλος ἄλλος ἐγὼ καὶ τὸν πυλαιὸν ἐπ λόγῳ. Sic illud paulò ante relatum ex Ariſtotele & Laërtio: ἓν ἡ φιλότης ἐστὶν ἰσότης, teſtatur idem Simplicius d. commentar. p. 47. Pythagoricum eſſe: Ubi poſtquam docuit, eos, qui non quærant bona animæ ratione præditæ, ſecundum quam homo eſt homo, ſed alias cupiditates ſectentur & ἀγυάμους eſſe & ἀνίσους: explicans utrumque membrum ſubjicit: Ἄνισοι μὲν, ὅτι καὶ ἄφιλοι. Ἡ γὰρ φιλότης, ἰσότης, ὡς ἔλεγον οἱ Πυθαγόρειοι &c. Suidas: Ἰσότης, φιλότης· αὕτη γνωμικὴ, δηλοῦσα, ὡς ἰσότης τὴν φιλίαν κατέχει.

Μέλη καὶ πρὸς νόσους σωμάτων] Sic Athenæus lib. XIV. ſcribit, ex lib. Theophraſti de Enthuſiaſmo, Iſchiadicos harmoniæ Muſicæ beneficio doloribus ſuis levari: Ὅτι δὲ καὶ νόσους ἰᾶται μουσικὴ, Θεόφραστος ἱστόρηκεν ἐν τῷ περὶ ἐνθουσιασμοῦ, ἰσχιακοὺς φάσκων ἀνίσους διαπαλεῖν, εἰ κατυλήσοι τις τὸ τόπον τῇ φρυγιστὶ ἁρμονίᾳ. Sic qui à tarantula venenata beſtiola morſi ſunt, modis muſicis adhibitis ſaltantes ſanantur: qua de re vid. Cl. & Ampliſſ. viri D. Philippi Camerarii *Cent.* 2. *Medit. Hiſt.* c. 18. & *Cent.* 3. c. 97. ubi plura de vi Muſices.

Καὶ ὀργὰς ἐπᾴδων] Sic Cliniam Pythagoreum, hominem aſperis moribus & iracundum, accepimus, ſi quando irâ exacerbatus fuiſſet, lyrâ aſſumptâ canere ſolitum, cauſamque hujus rei quærentibus reſpondere, ſe ita miteſcere. Athenæus lib. XIV. ex Chamæleonte Pontico hiſtorico: Κλεινίας ὁ Πυθαγόρειος καὶ τῷ βίῳ καὶ τοῖς ἤθεσι διαφορῶν, εἴποτε συνέβαινε χαλεπαίνειν αὐτὸν δι' ὀργὴν, ἀναλαμβάνων τὴν λύραν, ᾠδήζετο· πρὸς δὲ τοὺς ἐπιζητοῦντας τὴν αἰτίαν ἔλεγε, Προάγομαι. Sic apud Homer. Achilles citharæ cantu miteſcit, cum ira inflammatus fuiſſet.

Τῆς δὲ διαίτης] De frugali diætâ ſeu victus ratione, qua uſus fuerit Pythagoras, præclarus eſt locus apud Athenæum, lib. x. ubi laudat Lyconem Jaſium in lib. de Pythag. Καὶ Πυθαγόρας δὲ ὁ Σάμιος μετρίᾳ τροφῇ ἐχρῆτο, ὡς ἱστορεῖ Λύκων ὁ Ἰάσιος ἐν τῷ περὶ Πυθαγόρου. Οὐκ ἀπείχετο δὲ ἐμψύχων, ὡς Ἀριστόξενος εἴρηκεν. Et mox: Ἦν δὲ καὶ ὀλιγοπότης Πυθαγόρας, καὶ ἐντελέστατα διεβίω· ὡς καὶ πολλάκις μέλιτι μόνῳ ἀρκεῖσθαι. Τὰ παρατιθέμενα δ' ἱστορεῖται καὶ περὶ Ἀλεξίδα καὶ Ἐπαμινώνδου, καὶ Φωκίωνος, καὶ Φορμίωνος, τῶν στρατηγῶν. Huc pertinet, quod Pythagorici maxime ſtudebant illi parti medicinæ, quæ διαιτητικὴ appellatur, inque victus accurata ratione verſatur: ut præter cæteros de illis teſtatur non uno loco Jambl. Vide eum Cap. 29. Num. 136. & Cap. 34. Num. 244. Adſcribam ipſa ejus verba, non ſolum ut inde cognoſcamus Pythagoricæ medicinæ rationes, ſed etiam, ut quædam ſive emendationes ſive lectionis varietates apud Jamblichum annotentur, quæ ex collatione loci gemini d. Num. 163. & 244. à nobis obſervatæ ſunt. Τῆς δὲ ἰατρικῆς μάλιστα μὲν φασὶν αὐτοὺς ἀποδέχεσθαι τὸ διαιτητικὸν εἶδος, καὶ εἶναι ἀκριβεστάτους ἐν τούτῳ, καὶ πειρᾶσθαι πρῶτον μὲν καθαρμοῦ τινος σημεῖα συμμετρίας ποιῶν (Num. 163. eſt πόνων, forte rectius) τε καὶ σίτων καὶ ἀναπαύσεως. Ἔπειτα περὶ αὐτῆς τῆς καθαρσευτικῆς τῶν προσφερομένων (leg. προσφερομένων) σχεδὸν πρώτους ἐπιχειρῆσαί τε παραγματεύεσθαι καὶ διορίζειν. Ἄψασθαι δὲ (d. Num. 163. additur χρή: non rectè) καὶ καθαπλασμάτων ἐπὶ πλεῖον τοὺς Πυθαγορείους τῶν ἔμπροσθεν. Τὰ δὲ περὶ τὰς (Num. 244. eſt τῆς: non rectè) φαρμακείας ἧττον διειλέχθαι. Αὐτῶν δὲ τούτων τοῖς (τοῖς omittitur Num. 244. non rectè) πρὸς τὰς ἑλκώσεις μάλιστα χρῆσθαι· τὰ δὲ περὶ τὰς τομάς τε (τε omittitur Num. 244.) καὶ καύσεις ἥκιστα πάντων ἀποδέχεσθαι. Χρῆσθαι δὲ καὶ ταῖς ἐπῳδαῖς πρὸς ἕνια τῶν ῥῳγοπημάτων. Atque hæc hactenus Jamblicho medendi cauſa, in medium ſint allata. Illud ad hunc locum de Diæta Pythagorica monere quo-

Num. 34.

que debeo; Eam ipſam frugalitatem victus non potuiſſe effugere veteris Comœdiæ licentiam carpendi, quin ab ea in ſcenâ propalam exagitaretur: ut videre eſt ex verſibus Antiphanis, Alexidis, & Ariſtophanis ab Athenæo lib. x. relatis: Inter quos Ariſtophanes ille petulantiſſimus de Pythagoriſtis pronunciare non dubitat in *Pythagoreis*, (quæ Comœdia hodie non exſtat) ſi vel piſces, vel carnes apponantur Pythagoriſtis, eos tam avidè voraturos, quaſi digitos ipſimet ſuos ſibi eſſent admorſuri ac una devoraturi. Hoc ni ita fiat, ſe decies ſuſpendium paſſurum. Παρόψις ὠπτῆς ἰχθύς, ἢ κρέας. κἂν μὴ κατεδίωσι κ᾽ τὰς δακτύλας, ἐξέλω κρέμασθαι δεκάκις: ubi quod de digitis una cum cibis devorandis ait Comicus, id Plautus imitatus eſt *Pſeudolo* Act. 3. Sc. 2. v. 94. ubi coquum inducit interrogantem eum, â quo conductus erat, Amicis, an inimicis cænam præbiturus ſit? Se enim ita ſuaviter cibos conditurum, ut convivæ ubi guſtarint, ipſi digitos ſibi ſuos prærodant: quam imitationem jam olim obſervavit doctiſſimus & probiſſimus P. Victorius lib. 3. *Var. lect.* c. 24.

Τὸ μὲν ἄλμον ἦν κηλίον ἢ μέλι] Athenæus lib. 11. hoc comprobat teſtimonio Ariſtoxeni, Pythagoricorum fuiſſe cibum panem cum melle, & vitam egiſſe morborum expertem, qui his in prandio ſemper veſcerentur. Καὶ τῶν Πυθαγορικῶν δὲ τροφὴ ἦν ἄρτος μετὰ μέλιτος, ὡς φησιν Ἀριστόξενος, τοὺς σωφερομένους αὐτὰ ἀεὶ ἐπ᾽ ἀρίστῳ λέγων ἀνόσους διατελεῖν. Vid. & Cæli. Rhodigin. lib. xxi. *Lect. Antiq.* c. 3.

Ἁλίμοις ἐχρῆτο] Ἁλκτήρια λιμᾷ Suidas exponit τὰ δυνάμενα ἀλαλκεῖν καὶ ἀπέρχειν τὸν λιμόν. Sic ἄλιμα etiam in verſibus Antiphanis Comici de Pythagoricis apud Athenæum lib. iv. appellantur tales cibi, qui facilè ſedant famem, præſtantque ne illa citò redeat. Sic & ἄδιψοι τροφαὶ hîc dicuntur, quibus utentes non facilè nec multum ſitiunt. Apud Suidam vero Ἄλιμον ſubſtantive eſt βοτάνη δενδρώδης παρὰ θάλασσαν. Ἔστι δὲ γεννῆται γάλακτος καὶ σπέρματος. Sed forte ibi legend. Ἄλιμον, ab ἅλς, ἁλός: ut apud Heſychium diſerte ſcriptum video: Ἄλιμον, παραπλήσιον θαλάσσῃ γινόμενον. Et Ἄλιμα, θαλάσσια.

Μέλιν δ᾽ ἀνέδενεν Ὑμηττίῳ] Mel aliud Hymettium erat Græcis veteribus, aliud inſulanum, de quo mox. Hymettus mons Atticæ apud Stephanum de Urbibus, & Suidam: cujus hæc ſunt verba: Ὑμηττός, τόπος ἐν Ἀθήναις. ἢ ὄρος. Καὶ Ὑμήττιον μέλι ἐξ αὐτοῦ. Ἀπὸ τούτου δὲ καὶ πᾶν τὸ εὐχρηστον ἐπὶ ἰατρείων. Strabo lib. 9. in deſcriptione Atticæ: Τῶν δ᾽ ὀρῶν, ἃ ἐν ὀνόματι μάλιστα ἐστιν, ὅ, τε Ὑμηττὸς, καὶ Βελλεροτὸς, καὶ Λυκαμβητὸς· ἔτι δὲ Πάρνης, καὶ Κορυδαλός. Et mox: Ὁ δ᾽ Ὑμηττὸς καὶ μέλι ἄριστον ποιεῖ.

Τὰ γίγαρτα] Id eſt, *acinos*. Suidas: Γίγαρτα, τῶν σταφυλῶν ὁ καρπός. Et mox poſt] Ariſtophanis verſum adductum: Οἱ ἀγροικοι κόπτοντες τὰ γίγαρτα μετὰ τῶν ἰχάδων ἥδιον. Heſychius: Γίγαρτον, τῆς σταφυλῆς τὸ ἔνδον.

Ὥσπερ ἐπὶ ζυγὸμη] Tanquam in æquilibrio, proverbiale eſt.

Τὸ ὁμοιον ἦθος ἀεὶ διὰ τῆς ὄψεως παριδηλᾶ] Primum hîc nota, Mores animi voluntatemque cujusque ex vultu relucere. Unde & vultum dictum putant. Deinde Pythag. ſemper æquabili animo præditum fuiſſe, pluribus verbis ſcribit etiam Jambl. c. 2. Ὥστε ἐλάλει ἢ ἔπραττεν, ἐυδίᾳ καὶ ἀμιμήτῳ τινὶ γαληνῇ, μήτε ὀργῇ ποτὲ, μήτε γέλωτι, μήτε ζήλῳ, μήτε φιλονεικίᾳ, μήτε ἄλλῃ παραχῇ ἢ ταραττία ἁλισκόμενος, ὡς δὲ Δαίμων τις ἀγαθὸς ἐπιθυμῶν τῇ Σάμῳ. Et rurſus c. 3. in f. Τὸ αὐτὸ ἦθος ἐν πᾶσι ἀπέργαζον καὶ ἐπιεικὲς διαφυλάττων. Sic & Socrati eundem ſibique ſemper conſtantem vultum tribuunt. Cicero. *de Offic. Præclara eſt æquabilitas in omni vita, & idem ſemper vultus, eademque frons, ut de Socrate, idemque de C. quoque Lælio accepimus.* Idem 3. *Tuſcul. Q. Hic eſt ille vultus ſemper idem, quem dicitur Xantippe prædicare ſolita in viro ſuo fuiſſe Socrate, eodem vultu ſemper ſe vidiſſe exeuntem illum domo, & revertentem. Nec vero eadem frons erat, quæ M. Craſſi illius*

lius veteris, quem ſemel ait in omni vita riſiſſe Lucilius, ſed tranquilla & ſerena: ſic enim accepimus. Jure autem erat ſemper idem vultus, cum mentis, à qua is fingitur, nulla fieret mutatio &c. Simplicius p. 81. b. ad præceptum illud Epicteti, quo is vult, unumquemque ſibimet conſtituere debere certum characterem ac typum, quem in omni vita conſtanter ſervet, ſive ſolus degat ſecum, ſeu cum aliis verſetur, idem adducit exemplum Socraticum: Τοῦτο δὲ οἶμαι σημαίνει, τὸ δεῖν ἀεὶ κατὰ τὸ δυνατὸν τὴν αὐτότητα διαμένειν μίαν τὴν αὐτὴν (l. καὶ τὴν αὐτὴν) ζωὴν ἀεὶ διαζῶντα, καὶ μὴ (in Veneto exempl. male legitur μὴν) τοῖς ἔξωθεν περιπίπτουσι, ποικίλοις ὅπου, Εὐρίπου δίκην συμμεταῤῥέοντα. Ἔλεγεν (l. ἐλέγετο) δὲ καὶ ὁ Σωκράτης τὸν τῷ αὐτῷ καθεστῶτα ἀεὶ ὁρᾶν, καὶ μήθ' ὑπὸ τῶν ἡδέων, μήτε ὑπὸ τῶν λυπηρῶν δεκάντων μεθίκνεῖσθαι, διὰ τὸ μίαν τὴν (f. deeſt καὶ) αὐτὴν ζωὴν ἀεὶ τὴν αὐτὸν διαζῆν. καὶ πάλιν αὐτός ἐστιν ὁ εἷς χαρακτὴρ, ὃν δεῖ πέφυκε καὶ ὁρᾶσθαι, ὃν ἐνεδείξατο συνεχῶς διὰ τοῦ εἰπεῖν, ὃν δεῖ τὸν αὐτὸν φυλάττειν, ἐφ' ἑαυτοῦ τε ὄντα, καὶ ἀνθρώποις ἐντυγχάνοντα. Huic eſt cognatum quodammodo, quod tam æſtate quam hieme Socrates unis iisdemque veſtibus uſus fuiſſe ſcribitur: quod quidem loco probri objecit ei aliquando Antiphon Sophiſta audientibus ejus ſtudioſis, ut eos ab ipſo alienatos abſtraheret: ut eſt apud Xenophontem lib. 1. *Apomnemoneumatum*: Σιτία τε σιτῇ, καὶ πόδα πίνεις τὰ φαυλότατα, καὶ ἱμάτιον ἡμφίεσαι οὐ μόνον φαῦλον, ἀλλὰ τὸ αὐτὸ χέρας τε καὶ χειμῶνος, ἀνυπόδητός τε καὶ ἀχίτων διατελεῖς. Cui reſpondens Socrates ait, quo quis paucioribus egeat, hoc propinquiorem Deo eſſe. Idem Simplicius in Epicteti Enchiridio p. 84. Μακέλου καὶ τὸ ἐξαρκῆς ὅτου τετραφθαι, καὶ συνειδέναι: ὅτου γὰρ καὶ τῷ σώματι ἀνεκτὴ καὶ ἐπωφελὴς καὶ ἡδεῖα ἕξις ἡ φυσικὴ καὶ λιτὴ καὶ ἀπέριττος διαίτα· ὅτου δὲ καὶ πρὸς εὐθηνίαν καλὸν ἔχειν. Σωκράτης μὲν γὰρ ἔλεγετο καὶ χέρας καὶ χειμῶνος τοῖς αὐτοῖς ἀμφιέσμασι κεχρῆσθαι.

M. Ἐμψύχοις δ' ἤκιστα] Jambl. in *Protrept.* c. ult. Τὸ δὲ ἐμψύχων ἀπέχεσθαι, ἐπὶ δικαιοσύνην πρωτρέπει, καὶ πᾶσαν τὴν τοῦ συγγενοῦς τιμὴν, καὶ τῆς ὁμοίας ζωῆς ἀποδοχὴν, καὶ πρὸς ἕτερα τοιαῦτα πλείονα. Quia verò ſæpiſſimè fit mentio abſtinentiæ Pythagoricæ ab animatis, quæ non minus quam fabas abhorruiſſe atque averſatus perhibetur Pythag. & qui ab eo; pauca nobis hîc de ea re afferenda ſunt, quæ apud varios auctores obſervavimus. In cauſa igitur hujus prohibitionis & abſtinentiæ animatorum tradenda video multos conſentire, nempe, non ſolum ne carnium eſu obtuſiora fierent ingenia, verum etiam, ut homines ſtuderent potius cibis uti parabilioribus, & temperantiæ: tum ut mitiores fierent erga genus cognatum. Qui enim erga beſtias commiſeratione tangitur, is multò utique magis erit miſericors & mitis erga homines: Ut eſt etiam apud Solomonem & Philonem. Quod Plutarchus animadvertit in Commentario, πότερον τῶν ζώων φρονιμώτερα, iſta ſcribens: Ὥσπερ οὖν πάλιναι Πυθαγορικοὶ τὴν πρὸς τὰ ἡμέρια πραότητα μελέτην ἐποιήσαντο πρὸς τὸ φιλάνθρωπον καὶ φιλοικτίρμον. Ἡ γὰρ συνήθεια δεινὴ τοῖς καθ' μικρὸν ἐνοικειουμένη πάθεσι πόῤῥω προαγαγεῖν τὸν ἄνθρωπον. Et idem in Comment. *De utilitate ex inimicis capienda*: Ὀρθῶς ὁ Πυθαγόρας τὸν ἀλόγοις ζώοις ἐθίζων ὠμότητος ἀπέχεσθαι καὶ πλεονεξίας, ὀρέων τε ἡμερώσεις παρῄνει, καὶ βόλους ὠνούμενος ἰχθύων, ἐκέλευεν ἀφιέναι, καὶ παντὸς ἡμέρου ζώου φόνου ἀπηγόρευεν &c. Ut autem Pythag. tantò facilius, quod volebat, obtineret, conatus eſt hominibus perſuadere, animas humanas etiam in beſtiarum corpora quandoque tranſire, proindeque communi illas jure nobiſcum contineri atque conjungi. Diogen. Laërt. p. 575. Τοῦτον γὰρ καὶ τὸ φονεύειν, μὴ ὅλως ἁπλῶς τῶν ζώων, κοινὸν δίκαιον ἡμῖν ἐχόντων ψυχῆς. Καὶ τόδε μὲν ἦν τὸ πρόχειρον. (Ambroſ. non recte vertit *fabuloſum*: vertend. potius: *& iſte quidem prætextus erat*) τὸ δ' ἀληθὲς τῶν ἐμψύχων ἀπηγόρευεν ἅπλως, συνασκῶν καὶ συνεθίζων εἰς ἐυκολίαν βίου τὸν ἄνθρωπον, ὡς εὐποριστὸν

αὐτοῖς εἶναι πρὸς τροφὰς, ἄπυρα προσφερομένοις, καὶ λιτὸν ὕδωρ πίνασιν. Jambl. c. 24. Ἤδη δὲ καὶ τῶν πολιτικῶν (malim πολιτειῶν) τοῖς νομοθέταις προσέπιπτεν, ἀπέχεσθαι τῶν ἐμψύχων. ἅτε γὰρ βλαπτομένης ἀκρας (leg. ἀκρως) δικαιοσυναγωγῆς, ἔδει δήπου (ita recte reſtituit D. Herald. pro δὴ τὸ) μηδὲν ἀδικεῖν τῶν συγγενῶν ζώων. ἐπεὶ πῶς ἂν ἔτι σῶσαι δίκαια πράττειν τοὺς ἄλλους, αὐτοὶ ἁλισκόμενοι ἐν πλησιεξίᾳ συγγενικῇ τῇ πρὸς τὰ ζῶα μετοχῇ, ἅπερ διὰ τὴν τῆς ζωῆς καὶ τῶν στοιχείων τῶν αὐτῶν κοινωνίαν, καὶ τῆς ἐπὶ τέτοις συνισταμένης συγκράσεως, ὡσανεὶ ἀδελφότητι πρὸς ἡμᾶς συνέζευκται. Ecce, Animalia, inquit Jambl. quia & vita & iisdem elementis nobiſcum participant, ideo velut fraternitatis quoddam jus inter nos & ipſa intercedit: proindeque eſt etiam erga ipſa quædam exercenda juſtitia. Idem Jambl. c. 30. Καὶ τὸ ἐμψύχων δὲ ἀπέχεσθαι συνομοθέτησε (ſic corrigenda eſt diſtinctio, & ſecundum eam Lat. quoque interpretatio, quæ ibi nullius eſt pretii) διά τε ἄλλα πολλὰ, καὶ ὡς εἰρηνοποιοῦσθαι ἐπιτήδευμα. ἐπιζόμενοι γὰρ μυσάττεσθαι φόνον ζώων, ὡς ἄνομον καὶ παρὰ (non περὶ) φύσιν, πολὺ μᾶλλον ἀθεμιτώτερον τὸν ἄνθρωπον ἡγέμενοι κτείνειν, ἐκεῖ ἐπολέμων. φόνων δὲ χρηματίτης καὶ νομοθέτης ὁ πόλεμος. Et rurſum c. 31. Περὶ καθάρσια τὰ ἀσύμμετρα πάντα ἀποκόπτειν διώριζεν. τὰ δὲ αὐτὰ εἴδους ἐστὶν ἀποχὴ ἐμψύχων ἁπάντων, καὶ σφαγίων βρωμάτων τινῶν ἀκολάστων, &c. Plus audet dicere Clemens Alexand. *Strom.* 2. p. 172. videri ſibi Pythagoram manſuetudinem illam erga bruta hauſiſſe ex ipſa lege divina, quæ dum vetat, intra ſeptem primos à partu dies fœtum matri eripi ad ſacrificium, voluit hominibus mitem erga homines animum inſtillare ab illa ipſa manſuetudine, quam erga beſtias jubet exerceri. Verba ipſa doctiſſimi ſcriptoris ſubjiciam, ut ſimul inde tollam mendum: Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ καὶ Πυθαγόρας τὸ ἥμερον τὸ πρὸς τὰ ἄλογα ζῶα πρῶτον νόμῳ εἰληφέναι. αὐλίκα (videtur legend. ὃς αὐλίκα: vel αὐλίκα γὰρ) τῶν γανωμένων κριτὰ τε τὰς ποίμνας, καὶ τὰ τὰ κἀπόλια καὶ βουκόλια, τῆς παραχρῆμα ἀπολαύσεως, μηδὲ ἐπὶ σωφάσει θυσιῶν, δηγόρευεν, οὐ γονέων τε ἕνεκα καὶ μητέρων, εἰς ἡμερότητα τὸν ἄνθρωπον κρώσθαι ἀπὸ τῶν ἀλόγων ζώων ἀναπείθων &c. Ubi pro οὐ γονέων, puto legend. uno vocabulo οὐκγόνων. Hoc enim vult Clemens, tam ipſorum fœtuum, (quæ ipſi ſunt ἔκγονα) quàm matrum rationem habitam fuiſſe à legislatore. Idem Clemens *Pædagogi* lib. 2. p. 63. phyſicam reddit rationem abſtinentiæ illius ab animalium carnibus. Quia ſcil. vapores ab eſu carnium aſcendentes caliginem animæ offundant. Καλὸν μὲν ἔν τὸ μὴ φαγεῖν κρέα, μηδὲ οἶνον πιεῖν, αὐτός τε ὁμολογεῖ (ὁ Παῦλος) καὶ οἱ ἀπὸ τοῦ Πυθαγόρου. θηλίον γὰρ μᾶλλον τοῦτο γε. καὶ ἡ ἀπ' αὐτῶν ἀναθυμίασις, θολωδεστέρα οὖσα, ἐπισκοπεῖ τῇ ψυχῇ. Hîc non capio quid faciat illud θηλίον: ac fortaſſe legend. θηλέον, vel θηλύ. Similia vide apud Plutarch. in Commentar. περὶ σαρκοφαγίας. Alibi verò idem Clemens reprehendit falſam Pythagoræ hypotheſin & λόγον ἄλογον, quaſi ſcil. propter migrationem animarum humanarum in corpora beſtiarum ſit ab animatorum eſu abſtinendum. Εἰ δέ τις τῶν δικαίων οἰκ ἐπιφορλίζει τῇ τῶν κρεῶν βρώσει τὴν ψυχὴν, λόγῳ τινὶ εὐλόγῳ χρῆται, οἰκ' ὡς Πυθαγόρας καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ, τὴν μετένδεσιν ὀνειροπολοῦντες τῆς ψυχῆς &c. Quibus Clementis verbis luculenti vice commentarii poſſumus adhibere quæ ſcribit Origenes lib. IV. *contra Celſum*, p. 271. edit. Aug. ubi diſcrimen oſtendit inter Chriſtianos à carnibus interdum abſtinentes, & inter Pythagoreos. Οὐ (malim οὐδὲ) μέχρι φρονοῦμεν μὴ ἐσθίοντες, οὐδ' ἀπὸ σωφροσύνης ἤκομεν ἐπὶ τὸ ἐσθίειν. διόπερ, τὸ ὅσον ἐφ' ἡμῖν, οἱ ἀπὸ Πυθαγόρου, ἐμψύχων ἀπεχόμενοι, χαιρόντων (valeant, inquit, quo ad nos quidem Pythagorei) ὅρα δὲ καὶ τὴν διαφορὰν τοῦ αἴτιου τῆς τῶν ἐμψύχων ἀπεχῆς, τῶν ἀπὸ τοῦ Πυθαγόρου, καὶ τῶν ἐν ἡμῖν ἀσκητῶν (Ita vocat Monachos, ut ſæpiſſ. Baſil. M. Chryſoſt. alii) Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ, διὰ τὸν περὶ ψυχῆς μετενσωματουμένης μῦθον, ἐμψύχων ἀπέχονται, καὶ τῆς φίλου ἡμῶν ἀετοῦς σφάξαι ἐπευχόμενοι, μέχρι τε-

πῶ· ἡμεῖς δὲ, κἂν τὸ (malim π) τοιοῦτο πρᾴπωμεν, ποιοῦμεν αὐτὸ ἐπὶ ὑγιαινούσῃ τὸ σῶμα καὶ διαλαγωγοῦμεν, καὶ βελόμεθα νεκρῶν τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, πορνείαν, ἀκαθαρσίαν, ἀσέλγειαν, πάθος, ἐπιθυμίαν κακὴν, καὶ πάντα γε πρᾴπομεν, ἵνα τὰς πράξεις τοῦ σώματος θανατώσωμεν. Similiter S. Hieronymus lib. II. adverſus Jov. (mihi p. 166. col. 1.) *Antequam ad ſcripturas veniam, doceamque ex eis Deo grata jejunia, & acceptabilem continentiam, argumentis philoſophorum argumenta componam, & probabo, non Empedoclis & Pythagoræ nos dogma ſectari, qui propter μετεμψύχωσιν omne quod movetur & vivit edendum non putant: & ejusdem criminis reos arbitrantur, qui abietem quercumque ſuccideriut, cujus parricidæ ſunt & venefici; ſed venerari conditorem noſtrum, qui in uſus hominum cuncta creavit*, &c.

Non tamen omnino ab omnibus animatis abſtinuiſſe Pythagoram, & hîc innuit Malchus, & diſertè ex Ariſtoxeno refert Athenæus lib. I. Οὐκ ἀπίσχετο δὲ ἐμψύχων, ὡς Ἀριστόξενός φησιν. Idem & Plutarch. lib. I. *De Homero*, probat auctoritate Ariſtotelis, quod Pythagorici non abſtinuerint edundis animalibus, niſi pauca carne quadam. Vid. & Agell. lib. 4. c. 11. In abſtinentiam denique Pythagoricam ab animatis, de qua huc usque egimus, exſtat Epigr. Diog. Laërt. in hanc ſententiam, ſat frigidum, ut mihi videtur: Non ſolum eſſe Pythag. qui ab animatorum eſu abſtinuerit, ſed plurimos ejusdem inſtituti habere ſocios: cum nemo ſit noſtrum, qui non cæſorum exanimatorumque prius animalium carnibus coctis veſcatur; ab animatis verò ac vivis crudisque abſtineamus omnes.

Τῶν χοίρων τοῖς ἁπαλοτάτοις] Huc illa accommodo ex Agell. d. c. 11. lib. IV. *Porculis quoque minuſculis, & hædis tenerioribus victitaſſe* (*Pythagoram*) *idem Ariſtoxenus refert.*

Σπίνον, ὡς φασι, βοῦν οἱ ἀκριβέστεροι] Puto hîc ordinem verborum non nihil perturbatum eſſe, & ita reſtituendum: ὡς φασιν οἱ ἀκριβέστεροι, βοῦν: vel σπίνον βοῦν, ὡς φασιν οἱ ἀκριβέστεροι. Pro σπίνον divinabam legend. σπανὸν, h. e. pinguem: nam σπαρ, σπατος eſt λίπος, h. e. pinguedo, ut exponit Heſych. σπίνος autem eſt ex farina ſubacta confectus. Nec usquam reperio τὸ σπὶς poſitum in eadem ſignificatione cum σπαρ. An σπίνον βοῦν intelligi vult Malch. de bove, quem ex aqua farina ſubacta confecerit atque immolaverit Pythag.? Et hoc magis eſt ut credam, rationem paulo poſt annotabo, ab Empedoclis exemplo ductam.

Ἐξευρὼν τὸ ὀρθὸν.] Plutarch. quoque hujus βοθυσίας meminit lib. VIII. *Sympoſ.* problem. 2. & Diog. Laërt. lib. VIII. p. 575. ubi etiam Epigr. diſtichon recitat. Sed utriusque verba juvat ſubjicere, ut cuilibet in promptu ſit collatio. Sic ergo Plutarch. Ἐπὶ γὰρ οὐ τοῖς μεμετελκωτάσι θεωρήμασι, μᾶλλον δὲ προβλήμασι τὸ δυοῖν εἰδῶν δοθέντων ἀκόλουθον παραβάλλειν, τῷ μὲν ἴσον, τῷ δὲ ὅμοιον· ἐφ' ᾧ καί φασιν ἐξευρεθέντι θῦσαι τὸν Πυθαγόραν. Diog. Laërt. Φησὶ δὲ Ἀπολλόδωρος ὁ λογικὸς, ἑκατόμβην θῦσαι αὐτὸν, ὅτι τὸ ὀρθογώνιον τριγώνου ἡ ὑποτείνουσα πλευρὰ ἴσον δύναται ταῖς περιεχούσαις· καί ἐστιν ἐπίγραμμα ὕστερος ἔχον·

Ἦνικα Πυθαγόρης τὸ περικλεὲς εὕρατο γράμμα

Κεῖν', ἐφ' ὅτῳ κλεινὴν ἤναγε βοθυσίην.

Quod Epigramma extat etiam lib. I. *Anthelog.* tit. εἰς Φιλοσόφους. Cum his & Athenæus conferatur lib. X. Ubi alter verſus ita incipit: Κλεινὸς, ἐφ' ᾧ. Cicero tamen lib. III. *De Nat. D.* hanc Pythagoræ victimam ſua contradictione in dubium vocavit, cum ita ſcripſit: *Neque Herculi quisquam decumam vovit unquam, ſi ſapiens factus eſſet: quanquam Pythagoras, cum in Geometria quiddam novi inveniſſet, Muſis bovem immolaſſe dicitur. Sed id quidem non credo, quoniam ille ne Apollini quidem Delio hoſtiam immolare voluit, ne aram ſanguine aſpergeret* &c. Aſſentior facile Ciceroni, non verum ac vivum bovem fuiſſe â Pythagora immolatum, ſed potius factitium ex farina ſubacta. Movet me, quod de Empedocle Pythagoræ diſcipulo ſcribit Athenæus

dit.) principes plerarumque Civitatum Magnæ Græciæ familiares & discipulos habuit. Ii verò non solum quod provectioris essent ætatis, verùm etiam quod Reipublicæ negotiis occupati destituerentur otio ad discendum necessario, videbantur difficilius per μαθήματα & ἀπόδειξις, profundiore scil. quadam & accuratiore ratione, institui posse. Quapropter nudis præceptis eos sibi erudiendos atque informandos existimavit, quasi vel sic non parum apud eos profecturus, etiamsi non demonstrasset rationes, cur quidque faciendum omittendumve esset. Nam nec ægrotos necesse est scire, cur hoc aut illud facere vel non facere debeant: dummodo pareant præceptis Medici, hoc eis est satis ad sanitatem recuperandam, tametsi nec modum nec methodum curationis ipsi intelligant. Hac enim eleganti comparatione Jambl. utitur. Hinc ergo nati Pythagoræ Ἀκουσματικοί, si Jamblicho habenda est fides. Μαθηματικοί unde? A junioribus qui & ferendis laboribus & ad discendum aptiores erant. Jambl. Ὅσοις δὲ νεωτέροις ἦσαν, καὶ δυναμένοις πονεῖν (omnino legendum πονεῖν) καὶ μανθάνειν, τοῖς τοιούτοις ἐκ τῶν μαθημάτων ἐπετήγνυον. Cum his ergo talibus per demonstrationem & mathemata agebat.

Memorabile autem & hoc est, quod scribit Jambl. prudentiâ instructiores habitos fuisse prioris generis auditores. Αὐτοὶ δὲ παρ' αὐτοῖς ὑπελαμβάνοντο, τούτους ἔχειν βέλτιον φρόνησιν, ὅσοις τελείως ἀκουσμάτων εἶχον.

Quo cum congruit quod scribit Epictetus cap. 76. *Enchiridii*, primum & maximè necessarium in Philosophia locum esse eum, qui agat de usu dogmatum, seu decretorum, seu præceptorum (hæc sunt Pythagoræ ἀκούσματα) v. g. Non esse mentiendum. Alterum locum tractare demonstrationes: velut, Quare non sit mentiendum. Tertium confirmare & distinguere ipsas demonstrationes: ut, Quî fiat quod ista sit demonstratio: quid sit demonstratio: quid consequentia: quid

pugna : quid verum, quid falſum. Ex his tertium locum eſſe propter ſecundum, & hunc propter primum, qui maxime ſit neceſſarius, & in quo ſit conquieſcendum. Reprehendit deinde eos, qui hunc ordinem invertant, adeò ut in tertio loco immorantes, ibi omne ſuum ſtudium conſumant, ac primum prorſus negligant, ſtrenuè ſcil. mentientes, cum interim in promptu habeant rationem, ac viam demonſtrandi. Non eſſe mentiendum, &c. Putarim autem illam quoque rationem duplicis iſtius inſtitutionis, & duplicium auditorum Pythagoræ, poſſe reddi, ab ipſa natura petitam : quia natura prius eſt ſcire τὸ ὅτι, quam διότι : Rem ita ſe habere, quam cur ita ſe habeat. Duplicium illorum Pythagoræ auditorum meminit etiam Clem. Alex. lib. v. *Strom.* p. 246. iſtis verbis : Καὶ μὴν καὶ ἡ Πυθαγόρα συνουσία, καὶ ἡ πρὸς τὰς ὁμιλητὰς διπλῆ κοινωνία, ἀκουσματικὰς τὰς πόλεις, καὶ πως μαθηματικὰς ἑτέρας (f. ἑταίρας) καλέσασα, τὰς γνησίας (leg. γνησίως) ἀνθαπτομένης τῆς φιλοσοφίας. Ἀλλὰ τὸ μὲν φᾶσαι, τὸ δὲ καὶ κεκρυμμένον εἶναι, πρὸς τὰς πολλὰς ἠνίσσετο. De diverſis generibus auditorum Pythagoræ juvat etiam huc conferre, quæ ſcribit Photius in Excerptis innominati auctoris de vita Pythag. p. 214. Bibliothecæ : Τῶν δὲ Πυθαγόρα οἱ μὲν ἦσαν περὶ τὴν θεωρίαν καταγινόμενοι, οἵπερ ἐκαλοῦντο Σεβαστικοί· οἱ δὲ περὶ τὰ ἀνθρώπινα, οἵπερ ἐκαλοῦντο Πολιτικοί· οἱ δὲ περὶ τὰ μαθήματα, γεωμετρικοὶ, καὶ ἀστρονομικοὶ, οἵπερ ἐκαλοῦντο Μαθηματικοί. καὶ οἱ μὲν αὐτῷ τῷ Πυθαγόρᾳ συγγενόμενοι, ἐκαλοῦντο Πυθαγορικοί· οἱ δὲ τούτων μαθηταὶ, Πυθαγόρειοι. οἱ δὲ ἄλλως ἔξωθεν ζηλωταὶ, Πυθαγορισταί. Ecce, hic quoque ſcriptor in recenſendis & deſcribendis Pythagoræ auditoribus ſuus eſt, & ab aliis diſcrepat : ut per ſe manifeſtum eſt.

Ex hoc autem inſtituto Pythagorico, niſi fallor, etiam Ariſtoteles ſuum illud nobiliſſimum diſcrimen operum mutuatus eſt, quo ſcripta ſua duum voluit eſſe generum : Ἐσωτερικὰ ut eſſent alia, ſive ἀκροαματικά ; alia Ἐξωτερικά : Ceterique Peripatetici eodem exemplo λόγους ſuos partim ἐνδόξους, partim ἐπιστημονικὰς ſive ἀποδεικτικὰς conſtituerunt. Ἐξωτερικὰ porro Ariſtotelis ſcripta quænam aut qualia fuerint, quæ contra & qualia Ἀκροαματικὰ, didicimus ex Agellio lib. xx. c. 4. ubi etiam Epiſtola refertur Alexandri Magni, qua inde uſque ex ipſa Aſia, & prælis atque victoriis, quibus Darium utgebat, miſſa expoſtulavit cum Magiſtro, qui τοὺς ἀκροαματικοὺς τῶν λόγων edidiſſet, quos non putabat Rex potentiſſimus pariter & ſtudioſiſſimus cum quibusvis communicandos. Metuebat videlicet, ne, ſi eadem alii quoque ſcirent, ipſe nihil haberet præcipui, quo ante ceteros excelleret. De iisdem duobus generibus Commentariorum Ariſtotelicorum ſic ſcribit Clem. Alex. V. *Stromat.* p. 245. Λέγουσι δὲ καὶ οἱ Ἀριστοτέλους, τὰ μὲν ἐσωτερικὰ εἶναι τῶν συγγραμμάτων αὐτῶν. (f. legend. αὐτοῦ.) τὰ δὲ κοινά τε καὶ ἐξωτερικά. Deinde ejusd. Clement. de duplici genere diſputationum Peripateticarum verba hæc ſunt : p. 246. Ἴσως δὲ καὶ διττὸν ἐκεῖνο εἶδος τῶν ὡς τὸ Περιπάτου, τὸ μὲν τοῖς λόγοις ἔνδοξόν τε καὶ ἐπιστημονικὸν καλούμενον, οὐκ ἀπήλλακται διαιρεῖν (f. διαιρῶν) δόξαν ἀπό τε ἐυκλείας καὶ ἀληθείας. Ammonius quoque Commentar. in Categorias Ariſtot. quo loco partitionem pulcherrimam tradit ſcriptorum Ariſtotelicorum, inter alia ſic ſcribit : Τῶν δὲ συνταγματικῶν, τὰ μὲν διαλογικὰ, τὰ δὲ αὐτοπρόσωπα. Αὐτοπρόσωπα μὲν, ἐν οἷς ἐξ οἰκείου προσώπου τὴν διδασκαλίαν ἐποιεῖτο, ἅπερ καὶ ἀκροαματικὰ καλοῦσι, διὰ τὸ πρὸς γνησίους ἀκροατὰς ποιεῖσθαι τὸν λόγον. Διαλογικὰ δὲ, ὅσα μὴ ἐξ οἰκείου προσώπου συνέγραψεν, ἀλλ' ὥσπερ ὁ Πλάτων, ὑποκειμένου ἑτέρων προσώπων, ἅπερ καὶ ἐξωτερικὰ ἐκάλουν, διὰ τὸ πρὸς τὴν τῶν πολλῶν γεγράφθαι ὠφέλειαν. Διαφέρει δὲ τελεώτερον τὰ διαλογικὰ τῶν αὐτοπροσώπων. Ἐν μὲν γὰρ τοῖς αὐτοπροσώποις, ἅτε πρὸς γνησίους ἀκροατὰς τὸν λόγον ποιούμενος, τὰ δοκοῦντά τε αὐτῷ λέγει, καὶ δι' ἐπιχειρημάτων ἀκριβεστάτων, καὶ οἷς οὐκ οἶοί τε εἰσὶν οἱ πολλοὶ

lib. 1. Ipſum, cum in certamine Olympico victor extitiſſet, bovem fictum è myrrha, thure, pretioſisque odoribus aliis diſtribuiſſe inter eos, qui in illo totius Græciæ conventu concurrerant. Et ideò quidem fictum bovem, quod Pythagoricus eſſet Empedocles, & animatis cibis abſtineret.

NUM. 37. Διπλοῦν γὰρ ἦν αὐτῷ τῆς διδασκ.] Ut docendi modum duplicem, ita & auditorum genera duo habuit Pythag. Ac docendi quidem ratio una erat διεξοδική: altera verò συμβολική. Illa planior atque facilior; iſta arcana & myſtica. Auditorum autem alii dicebantur Ἀκουσμαϊκοὶ, alii Μαθηματικοὶ, quibus tamen & tertium genus addit Agellius lib. 1. c. 4. qui Φυσικοὶ fuerint nominati. Eidemque ſunt Ἀκουστικοὶ, qui Jamblicho, Malcho, & aliis Ἀκουσμαϊκοί. Sed & in deſcriptione ſingulorum generum Agell. à Malcho aliisque nonnihil diverſus abit. Vid. Jambl. l. 1. c. 18. qui cum paulò ante inter Πυθαγορείους & Πυθαγορίστας diſtinxiſſet, quomodo inter Ἀτταλικὸς & Ἀτταλιστὰς ſolet diſtingui, ſubjicit iſta: Κατ' ἄλλον δὲ ὦ τρόπον δύο ἦν εἴδη τῆς φιλοσοφίας. δύο γὰρ ἦν γένη καὶ τῶν μεταχειριζομένων αὐτήν· οἱ μὲν Ἀκουσμαϊκοὶ· οἱ δὲ Μαθηματικοί. Deinde poſtquam & hos & illos, quinam fuerint, deſcripſit, (nempe quod Ἀκουσμαϊκοὶ fuerint, quibus magiſter ſuus tradiderit ἀκούσματα ἀναπόδεικτα καὶ ἄνευ λόγων. α'. περὶ τοῦ τί ἐστιν ἕκαστον. β'. περὶ τοῦ τί μάλιστα. γ'. περὶ τοῦ τί δεῖ πράττειν. In hæc enim tria genera partiebatur τὰ ἀκούσματα: qualis ferè etiam VII illorum Græciæ Sapientum doctrina fuerit: Μαθηματικοὶ verò illi, qui non tantum τὸ ὅτι ſeu præcepta nuda cognita habuerint, verum etiam τὸ διότι, h. e. rationes, principia & cauſas cujusque rei, cur inquam ſic & non aliter ea habeat, fierive quid oporteat, vel non fieri) rationem indicat hujus inter auditores Pythagoræ diſcriminis ſeu inæqualitatis ab ipſo magiſtro conſtitutæ, nimirum hanc: Quia cum ex Jonia & Samo in Italiam trajeciſſet, Polycratis tyrannidem fugiens (ut ſup. dict.) principes plerarumque Civitatum Magnæ Græciæ familiares & diſcipulos habuit. Ii verò non ſolum quod provectioris eſſent ætatis, verùm etiam quod Reipublicæ negotiis occupati deſtituerentur otio ad diſcendum neceſſario, videbantur difficilius per μαθήματα & ἀποδείξεις, profundiore ſcil. quadam & accuratiore ratione, inſtitui poſſe. Quapropter nudis præceptis eos ſibi erudiendos atque informandos exiſtimavit, quaſi vel ſic non parum apud eos profecturus, etiamſi non demonſtraſſet rationes, cur quidque faciendum omittendumve eſſet. Nam nec ægrotos neceſſe eſt ſcire, cur hoc aut illud facere vel non facere debeant: dummodo pareant præceptis Medici, hoc eis eſt ſatis ad ſanitatem recuperandam, tametſi nec modum nec methodum curationis ipſi intelligant. Hac enim eleganti comparatione Jambl. utitur. Hinc ergo nati Pythagoræ Ἀκουσματικοὶ, ſi Jamblicho habenda eſt fides. At Μαθηματικοὶ unde? A junioribus qui & ferendis laboribus & ad diſcendum aptiores erant. Jambl. Ὅσοις δὲ νεωτέροις ἐτύγχανε, καὶ δυναμένοις πονεῖν (omnino legend. πονεῖν) καὶ μανθάνειν, τοῖς πιθανοῖς δὲ ἀποδείξεως καὶ τῶν μαθημάτων ἐπετύγχανεν. Cum his ergo talibus per demonſtrationem & mathemata agebat.

Memorabile autem & hoc eſt, quod ſcribit Jambl. prudentiâ inſtructiores habitos fuiſſe prioris generis auditores. Αὐτοὶ δὲ παρ' αὐτοῖς ὑπελαμβάνοντο, τύχης ἔχειν βέλτιστα πρὸς φρόνησιν, ὅτινες πλεῖστα ἀκούσματα ἔχοιεν. Quo cum congruit quod ſcribit Epictetus cap. 76. *Enchiridii*, primum & maximè neceſſarium in Philoſophia locum eſſe eum, qui agat de uſu dogmatum, ſeu decretorum, ſeu præceptorum (hæc ſunt Pythagoræ ἀκούσματα) v. g. Non eſſe mentiendum. Alterum locum tractare demonſtrationes: velut, Quare non ſit mentiendum. Tertium confirmare & diſtinguere ipſas demonſtrationes: ut, Quî fiat quod iſta ſit demonſtratio: quid ſit demonſtratio: quid conſequentia: quid

pugna : quid verum, quid falſum. Ex his tertium locum eſſe propter ſecundum, & hunc propter primum, qui maxime ſit neceſſarius, & in quo ſit conquieſcendum. Reprehendit deinde eos, qui hunc ordinem invertant, adeò ut in tertio loco immorantes, ibi omne ſuum ſtudium conſumant, ac primum prorſus negligant, ſtrenuè ſcil. mentientes, cum interim in promptu habeant rationem, ac viam demonſtrandi. Non eſſe mentiendum, &c. Putarim autem illam quoque rationem duplicis iſtius inſtitutionis, & duplicium auditorum Pythagoræ, poſſe reddi, ab ipſa natura petitam : quia natura prius eſt ſcire τὸ ὅτι, quam διότι : Rem ita ſe habere, quam cur ita ſe habeat. Duplicium illorum Pythagoræ auditorum meminit etiam Clem. Alex. lib. v. *Strom.* p. 246. iſtis verbis : Καὶ μὴν καὶ ἡ Πυθαγόρα συνουσία, καὶ ἡ πρὸς τὰς ὁμιλητὰς διπλῆ κοινωνία, ἀκουσματικὰς τὰς πολλὰς, καὶ πινὰς μαθηματικὰς ἑτέρας (f. ἐπαίρας) καλέσαι, τὰς γνησίας (leg. γνησίως) ἀνθαπτομένους τῆς φιλοσοφίας· Ἀλλὰ τὸ μὲν φᾶναι, τὸ δὲ καὶ κεκρυμμένον εἶναι, πρὸς τὰς πολλὰς χωρίσετο. De diverſis generibus auditorum Pythagoræ juvat etiam huc conferre, quæ ſcribit Photius in Excerptis innominati auctoris de vita Pythag. p. 214. Bibliothecæ : Τῶν δὲ Πυθαγόρα οἱ μὲν ἦσαν περὶ τὴν θεωρίαν καταγινόμενοι, οἵπερ ἐκαλοῦντο Σεβαστικοί· οἱ δὲ περὶ τὰ ἀνθρώπινα, οἵπερ ἐκαλοῦντο Πολιτικοί· οἱ δὲ περὶ τὰ μαθήματα, γεωμετρικὸν, καὶ ἀριθμητικὸν, οἵπερ ἐκαλοῦντο Μαθηματικοί. καὶ οἱ μὲν αὐτῷ τῷ Πυθαγόρᾳ συγγενόμενοι, ἐκαλοῦντο Πυθαγορικοί· οἱ δὲ τούτων μαθηταὶ, Πυθαγορεῖοι. οἱ δὲ ἄλλως ἔξωθεν ζηλωταὶ, Πυθαγορισταί. Ecce, hic quoque ſcriptor in recenſendis & deſcribendis Pythagoræ auditoribus ſuus eſt, & ab aliis diſcrepat : ut per ſe manifeſtum eſt.

Ex hoc autem inſtituto Pythagorico, niſi fallor, etiam Ariſtoteles ſuum illud nobiliſſimum diſcrimen operum mutuatus eſt, quo ſcripta ſua duum voluit eſſe generum : Ἐσωτερικὰ ut eſſent alia, ſive ἀκροαματικά ; alia Ἐξωτερικά : Ceteri-que Peripatetici eodem exemplo λόγους ſuos partim ἐνδόξους, partim ἐπιστημονικὰς ſive ἀποδεικτικὰς conſtituerunt. Ἐξωτερικὰ porro Ariſtotelis ſcripta quænam aut qualia fuerint, quæ contra & qualia Ἀκροαματικὰ, didicimus ex Agellio lib. xx. c. 4. ubi etiam Epiſtola refertur Alexandri Magni, qua inde uſque ex ipſa Aſia, & præliis atque victoriis, quibus Darium utgebat, miſſa expoſtulavit cum Magiſtro, qui τὰς ἀκροαματικὰς τῶν λόγων edidiſſet, quos non putabat Rex potentiſſimus pariter & ſtudioſiſſimus cum quibusvis communicandos. Metuebat videlicet, ne, ſi eadem alii quoque ſcirent, ipſe nihil haberet præcipui, quo ante ceteros excelleret. De iisdem duobus generibus Commentariorum Ariſtotelicorum ſic ſcribit Clem. Alex. V. *Stromat.* p. 245. Λέγουσι δὲ καὶ οἱ Ἀριστοτέλους, τὰ μὲν ἐσωτερικὰ εἶναι τῶν συγγραμμάτων αὐτῶν. (f. legend. αὐτοῦ.) τὰ δὲ κοινά τε καὶ ἐξωτερικά. Deinde ejusd. Clement. de duplici genere diſputationum Peripateticarum verba hæc ſunt : p. 246. Ἴσως δὲ καὶ διττὸν ἐκεῖνο εἶδος τῶν ἐκ τοῦ Περιπάτου, τὸ ἐν τοῖς λόγοις ἔνδοξόν τε καὶ ἐπιστημονικὸν καλούμενον, οὐκ ἀπήλακται διαιρεῖν (f. διαιρῶν) δόξαν ἀπό τε ἐυκλείας καὶ ἀληθείας. Ammonius quoque Commentar. in Categorias Ariſtot. quo loco partitionem pulcherrimam tradit ſcriptorum Ariſtotelicorum, inter alia ſic ſcribit : Τῶν δὲ συντάγματικῶν, τὰ μὲν διαλογικὰ, τὰ δὲ αὐτοπρόσωπα. Αὐτοπρόσωπα μὲν, ἐν οἷς ἐξ οἰκείου προσώπου τὴν διδασκαλίαν ἐποιεῖτο, ἅπερ καὶ ἀκροαματικὰ καλοῦσι, διὰ τὸ πρὸς γνησίους ἀκροατὰς ποιεῖσθαι τὸν λόγον. Διαλογικὰ δὲ, ὅσα μὴ ἐξ οἰκείου προσώπου συνέγραψεν, ἀλλ' ὥσπερ ὁ Πλάτων, ὑποκειμένῳ ἑτέρῳ πρόσωπα, ἅπερ καὶ ἐξωτερικὰ ἐκάλουν, διὰ τὸ πρὸς τὴν τῶν πολλῶν γεγράφθαι ὠφέλειαν. διαφέρει δὲ πολὺ τὰ διαλογικὰ τῶν αὐτοπροσώπων. Ἐν μὲν γὰρ τοῖς αὐτοπροσώποις, ἅτε πρὸς γνησίους ἀκροατὰς τὸν λόγον ποιούμενος, τὰ δοκοῦντί τε αὐτῷ λέγει, καὶ δι' ἐπιχειρημάτων ἀκριβεστάτων, καὶ οἷς οὐκ οἶοί τε εἰσὶν οἱ πολλοὶ

παρακολουθῆσαι. ἐν δὲ τοῖς διαλογικοῖς, ἅτε πρὸς κοινὴν τὴν τῶν πολλῶν ὠφέλειαν γεγραμμένοις τὰ δοκοῦντα αὐτῷ λέγει, ἀλλ' ἐν δὲ ἀποδεικτικῶν ἐπιχειρημάτων, ἀλλὰ δὲ ἁπλουστέρων, καὶ οἷς οἷοί τέ εἰσιν οἱ πολλοὶ παρακολουθεῖν. Eodem pertinet χλευασμὸς ille ſeu διασυρμὸς Luciani, qui ut omnium ſectarum philoſophos, imo Deos hominesque pro deridiculo habuit, ita hanc quoque partitionem Peripateticorum exagitavit in Dialogo, cui tit. Βίων πρᾶσις: ubi cum dixiſſet Mercurius venditor, quaſi ad commendationem ſuæ illius mercis, διπλῆν εἶναι, hoc eſt, duplicem eſſe virum, rogaſſetque admirabundus Mercator, Quid ita? explicans vim verbi Mercurius hæc loqui inducitur: Ἄλλῳ μὲν ὁ ἕκτωρ φαινόμενος, ἄλλῳ δὲ ὁ ἑνδεκα εἶναι δοκῶν· (ita lego, non δοκεῖ) ὥστε ἦν πρίῃ αὐτὸν, μέμνησο τὸν μὲν ἑσπερινὸν, τὸν δὲ ἑξωπερινὸν κωλεῖν. Sed jam ad alia pergamus:

NUM. 38. Τὸν ὠκεανὸν πέραν] Vide ſupra notata ad Num. 18.

Εὔφημον εἶναι] Hinc Jamblichus corrigendus eſt c. 21. ubi legitur: εὐφημόν τε. Pro τε, repono εἶναι. Non enim rectè puto jungi εὔφημον διάνοιαν.

Γονεῦσι δὲ καὶ εὐεργέταις εὔνουν] Jambl. d. loco. Ὠσαύτως δὲ καὶ θεοῖς γονέων τε καὶ εὐεργετῶν διανοεῖσθαι. ὡσαύτως, intellige ἀγαθῶς. Præceſſit enim, ἀγαθὴν ἔχειν διάνοιαν.

Νόμοις δὲ πείθεσθαι] Non tantum legibus obtemperandum præcepit Pythag. (ut hîc ſcribit Malch. noſter) ſed etiam opem ferendam Legibus, & cum iniquitate ſeu legum violatione bellum ſuſcipiendum: ut multò ἐμφατικώτερον tradiderunt alii, teſtantes, hoc ipſius fuiſſe παραγγελμα καθημερινόν. Jambl. d. c. 21. Νόμῳ τε βοηθεῖν, καὶ ἀνομίᾳ πολεμεῖν. Et plenius c. 30. Ἐπεὶ δὲ καὶ ὕβρεις καὶ τυφὴ πολλάκις καὶ νόμων ὑπεροψίαι ἐπαίρουσιν εἰς ἀδικίαν, διὰ παύτα ὁσημέραι παρήγγελε, Νόμῳ βοηθεῖν, καὶ ἀνομίᾳ πολεμεῖν &c. Similiter Diog. Laërt. p. 581. Νόμῳ βοηθεῖν. Ἀνομίᾳ πολεμεῖν. Sic Heraclitus apud eundem Laërt. Μάχεσθαι χρὴ τὸν δῆμον ὑπὲρ τοῦ νόμου, ὅκως ὑπὲρ πίχεως. Hîc obiter noto illuſtrem Pythagoræ ſententiam de Legum mutatione, quæ apud Jamblich. d. c. 30. extat, ſed mendis carere non videtur. Sic enim edita ſunt verba: Καθόλου δὲ ὡσανεὶ δεῖν ὑπολαμβάνειν, μηδὲν εἶναι μεῖζον κακὸν ἀναρχίας. Οὐ γὰρ πφυκέναι τὸν ἄνθρωπον διασώζεσθαι, μηδενὸς ἐπισατοῦντος. Τὸ μένειν ἐν τοῖς πατρίοις ἔθεσί τε καὶ νομίμοις, εὐδοκίμουζον οἱ ἄνδρες ἐκεῖνοι, κἂν ἢ μικρῷ χείρω ἑτέρων. τὸ γὰρ ῥᾳδίως ἀποπηδᾶν ἀπὸ τῶν ὑπαρχόντων νόμων, καὶ οἰκείως ἔχειν καὶ νομοτμίας, ἐθαμῶς εἶναι σύμφορον καὶ σωτήριον. Poſteriora hæc verba ſemper mihi ſuſpecta fuerunt. Tandem incidit conjectura, ut puto, non abſurda, legendum eſſe, καὶ οἰκείας εἶναι καινοτομίας. Equidem Νομοτμίας nuſquam legi, quas tamen Friſ. interpres vertit, *legum abſciſſiones*. Sed καινοτμία eſt *innovatio*, ſeu *rerum novarum ſtudium*. Suidas: Καινοτομεῖ, καινουργεῖ. τὸ καινοτομεῖν, ἐπὶ τῆς ἀρχῆς. Producit deinde locum Ariſtophanis, in quo etiam καινοτομία uſurpatur. Heſychius: Καινοτομῆσαι, καινὸν ποιῆσαι. Et mox: Καινουργηκέναι, νέα πράγματα ἐργασάμενον.

Προσκυνεῖν δὲ μὴ ἐν παρέργῳ τὸν Θεόν] Præclarè admodum & divinitus Pythag. apud Jambl. c. 23. Ὁδὸν πάρεργον ἅπαξ εἰσιτέον εἰς ἱερὸν, ἅπαξ προσκυνητέον τοπαραυτίκα, οὐδ' εἰ πρὸς παῖς ἰούσης αὖθις πελὸν γένῃ. Ἀνυπόδητον δὲ καὶ προσκύνει. Vide & Symbolum 2. Pythag. apud eundem Jambl. *in Protrept.* cap. ult. ejusque expoſitionem p. 135. Puto autem quod de adoratione à diſcalceato facienda præcipit Pythag. id eum hauſiſſe ex hiſtoria Moſis in Exodo ad rubum in monte ardentem ita accedentis, Dei ipſius juſſu. Mirificè porrò hæc illuſtrabuntur per illa Lactantii, quæ ex lib. v. *De juſtitia* c. 20. adſcribo, ſimulque uno & altero loco corrigo: *Igitur Dei cultus, quoniam militiæ* (l. militia) *cœleſtis eſt, devotionem maximam fidemque deſiderat. Quomodo enim Deus aut amabit colentem, ſi ipſe non ametur ab eo, aut præſtabit peccanti* (puto legend. precanti)

quicquid oraverit, cum ad precandum neque ex animo, neque observanter accedat, &c.

Τοῖς μὲν θρησκίοις θεοῖς περιττὰ θύειν. τοῖς δὲ χθονίοις ἄρτια] Hinc illud apud Virgilium (qui bonus fuit Pythagoreus) *Pharmaceutria*, seu Ecloga VIII. *Numero Deus impare gaudet.* ubi Servius P. Danielis: *Aut quemcunque superiorum, juxta Pythagoreos, qui ternarium numerum perfectum summo Deo assignant, a quo initium & medium & finis est: aut revera Hecaten dicit, cujus triplex potestas esse perhibetur*, &c. Et mox: *Aut impari quemadmodumcunque. Nam 7 chordæ: 7 planetæ: 7 dies nominibus Deorum: 7 stellæ in septentrione: & multa his similia. Et impar numerus immortalis, quia dividi integer non potest: licet Varro dicat, Pythagoreos putare, imparem numerum habere finem, parem esse infinitum, ideò medendi causa multarumque rerum impares numeros servari* &c. De Ternario in sacris Deorum antiquitus adhibito etiam Aristoteles lib. 1. *de Cælo* c. 1. Διὸ παρὰ τῆς φύσεως εἰληφότες ὥσπερ νόμους οἰκείους, καὶ ἔτι πρὸς ἀκρίβειαν τῶν θεῶν χρώμεθα τῷ ἀριθμῷ τούτῳ. Vid. & Turneb. 27. *Adverſ.* c. 25. & Cæli. Rhodigin. 22. *Antiq. Lection.* c. 9. Vocant autem Græci numerum imparem quidem ἀριθμὸν περιττὸν; parem verò, ἄρτιον. Est etiam ἀριθμὸς ἀρτιοπέριττος, ex quo scil. in duo diviso statim evadit impar numerus: ut si 14. in duas æquales partes secemus, medium erit 7. Ἄρτιος autem est etiam, cujus in duo divisi medium adhuc par manet: ut si 32. dividas æqualiter in duas partes, medium erit 16. h. e. par numerus. Sic si 16. dividas in duas partes, evadent 8 Si 8 evadent 4. Si 4 evadent duo. Suidas: Ἄρτιος ἀριθμός, ὁ λβ. ἀρτιοπέριττος δὲ, ὁ διχοτομούμενος εὐθέως εἰς περισσὸν ἀριθμόν. οἷον τῶν ιδ. τοῦτο γὰρ τὸ ἥμισυ, ἑπτά.

Plutarchi locus minime est hic prætereundus, qui est in Romaicis, problemate 102. ubi investigans causas, quare Romani maribus quidem nono die a nativitate, fœminis vero octavo nomina imponere consueverint, inter alia sic scribit de Pythagorica hac numerorum divisione εἰς ἄρτιον καὶ περιττόν. Οἱ Πυθαγορικοὶ τὸν ἀριθμὸν τὸν μὲν ἄρτιον ὕλην, ἄῤῥενα δὲ τὸν περιττὸν ἐνόμιζον. Γόνιμος γάρ ἐστι, καὶ κράτει τῇ ἀρτίᾳ συνυφέμενος, καὶ διαιρεμένων εἰς τὰς μονάδας, ὁ μὲν ἄρτιος, καθάπερ τὸ ὕλιν, χώραν μεταξὺ κενὴν ἐνδίδωσι. Τὸ δὲ περιττὸν μόνιον ἀεί τι καὶ πλήρες ὑπολείπεται. διὸ τὸν μὲν ἄῤῥενι, τὸν δὲ θήλει προσφόρως νομίζουσιν, &c. Pluribus enim ibid. de numerorum ratione philosophatur.

Ἄκαρπον] Sic habebat MSC. sed omnino legend. ἔγκαρπον: ut apud Jambl. disertè scriptum est in ejusdem præcepti mentione c. 21. Convenit autem huic loco, quod Diog. Laërt. scribit p. 581. Φυτὸν ἡμερον μήτε φθείρειν, μήτε σίνεσθαι. ἀλλὰ μηδὲ ζῶον, ὃ μὴ βλάπτει ἄνθρωπος. Unde adducor ut putem, apud Malchum quoque pro ζώων rescribi debere ζῶον; tametsi & genitivus ille partitionem significans tolerari posse videatur, ut subintelligamus οἰκεῖνο: hoc est, Ex animalibus illud &c. NUM. 39.

Παρακαταθήκην δὲ] Probe hic notanda sunt duo genera depositi, Bonorum, & verborum, sive sermonum, (scil. arcanorum) quorum in utroque par servanda sit fides. De Bonorum deposito poëta:

Reddite depositum: pietas sua fœdera servet:
Fraus absit &c.

De eodem notæ sunt J. Civ. sanctiones atque sententiæ: In hoc contractu bonam fidem exuberare: & contractum, qui ex bonâ fide oritur, non debere ad perfidiam retrahi: Depositum celerrimè sine aliquo obstaculo restituendum: Ut depositæ res vel pecuniæ prima fronte restituantur: Eum qui depositum non restituit (suo nomine conventum & condemnatum) ad ejus restitutionem cum infamiæ periculo urgeri. Vid. inprimis l. antepen. & l. pen. *C. Depositi.* De sermonum deposito, sive arcano, quod alicui

concreditur, non evulgando, notum eſt illud Horatii:

Commiſſa tacere
Qui nequit, hic niger eſt; hunc tu Romane caveto.

Utrumque genus depoſiti commendant etiam Iſocrates & Anaxandrides Comicus, procul dubio id mutuati a Pythagora, cujus ex fontibus plurimi hauſerunt, Philoſophi, Poëtæ, Oratores. Sic igitur ille Demonico ſuo παραινῶν: Μᾶλλον πάρει πὸς τῶν λόγων, ἢ τὰς τῶν χρημάτων παρακαθήκας. δεῖ γὰρ τὸς ἀγαθὸς ἄνδρας ἤπορον ὅρκῳ πιςότερον φαίνεσθαι παρεχόμενος. Anaxandrides autem eorum, qui arcanorum ſermonum depoſitum enuntiant, duo facit genera: Aut enim injuſtos eſſe, ſi lucri cauſa id prodant: Aut incontinentes admodum, ſi nulla propoſita ſpe lucri id faciant. Utrumque vero genus pari improbitate laborare. Verba ejus hæc retulit Stobæus Serm. 34. περὶ ἀπορήτων.

Ὅστις λόγως γὰρ παρακαθήκην λαβὼν
Ἐξεῖπεν, ἄδικός ἐστιν, ἢ ἀκρατὴς ἄρα.
Ὁ μὲν διὰ κέρδος, ἄδικος· ὁ δὲ τύτῳ δίκα,
Ἀκρατής. ἴσως δὲ γ' εἰσὶν ἀμφότεροι κακοί.

Memoratu quoque dignum eſt Epigramma Luciani, quod extat lib. 1. *Antholog.* tit. 51. εἰς μυσήριον.

Ἄῤῥητων ἐπέων γλώσσῃ σφρηγὶς ἐπικείσθω.
Κρείσσων γὰρ μύθων, ἢ κτεάνων φυλακή.

Hoc eſt:

Arcanis dictis linguam obſignare memento.
Dictorum majus depoſitum eſt opibus.

Sive, ut Vincent. Opſopæus tranſtulit:

Fac arcana premat tacitæ cuſtodia linguæ:
Sermonum cuſtos eſt mihi major opum.

De arcanis denique non enuntiandis multa ſunt etiam apud Siraciden.

Τῶν ἐυκλεῶν] In MSC. hic legebatur, ἀκλεῶν. Perperam. Quis enim credat, Pythagoram talibus operam dari voluiſſe?

Τῶν Σειρήνων ᾠδαῖς] Aureus locus de duplici genere voluptatum: quarum aliæ impuræ & turpes ſint, ex gula ac ventre & rebus venereis perceptæ: aliæ puræ, quæ ex ſtudio rerum honeſtarum & juſtarum & alioqui vitæ neceſſariarum capiuntur. Rectè autem ſciteque Pythag. poſterioris quidem generis voluptates animi ſuaviſſimæ cuipiam harmoniæ Muſarum; priores illas corporis voluptates, quæ ex ventre, & iis, quæ ſub ventre, percipiuntur, Sirenum homicidis cantilenis ſimiles fecit. Quomodo & Juvenalis deſidiam (quæ voluptatis germana ferè & contubernalis eſt) *Sirenem improbam* vocat. *Vitanda eſt improba Siren Deſidia*, inquit. Et meritò. Nam ut Sirenes ad ſe homines præternavigantes ſubdola cantus ſuavitate pellectos peſſundabant: ſic & voluptates iſtæ ſibi deditos in exitium pertrahunt. Verè igitur & graviter Archytas Tarentinus, & Pythagoræ diſcipulus, dicere ſolitus eſt, *nullam capitaliorem peſtem, quam corporis voluptatem, hominibus a natura datam*: quod ex effectu luculenter demonſtrabat, ut eſt apud Ciceronem *Cat. Maj.* Commonefacit me hic Sirenum mentio alterius quoque cujusdam memorabilis ſententiæ Pythagoræ, quam conſervarunt nobis Clemens Alexand. 1. *Strom.* p. 127 & Theodoretus de *Curatione Græcanic. affect.* Serm. 8. in princ. Ὡς χρὴ τῶν Σειρήνων ἀποδῆναι τὰς Μούσας. Quod ænigma ſic interpretatur Theodoretus: Οἶμαι αὐτὸν Σειρῆσι μὲν ἀπικομένους τὰς κεκομψευμένους καὶ κατεγλωττισμένους λόγους· Μούσαις δὲ, τὰς ἐπίσκοπον μὲν ᾠδὴν ἐχούσας, γυμνὸν δὲ τῆς ἀληθείας τὸ κάλλος ἐπιδεικνύσας. Clemens ita: Μούσας Σειρήνων ἡδίους ἡγεῖται, Πυθαγόρας παραινεῖ, (f. παρῆνει) τὰς σοφίας ἀσκεῖν μὴ μετὰ ἡδονῆς διδάσκων, ἀπατηλὸν δὲ τὴν ἄλλην διελέγχων ψυχαγωγίαν. Apud Theodoretum verò qui Græca cum Latinis contulerit, nemo non animadvertet erratum Interpretis Acciajoli, cum vertit: *Idiotam hominem.* Quomodo enim homo Idiota Pythagoras ſapientiæ cauſa tantum & tulit & fecit? Videlicet legerat Acciajolus in ſuo exemplari, vel in

in animo certè habebat, ὡς ἰδιώτην: cum verum sit, ὡς ἠδίω τὴν τῶν Μουσῶν φωνήν. Quod propter eos obiter monere volui, qui interpretibus ubique confidunt, quò magis intelligant, quam sæpe misere & ridicule decipiantur, dum spretis fontibus solis inhærent versionibus.

Τοῖς πρὸς τὸ ζῆν] Videtur omissum καὶ ante τοῖς.

Δύο τε μάλιστα κομιδῆς] D. Hieronymus Apolog. adversus Ruffin. *Duorum temporum quam maxime habendam curam, mane & vesperi: id est, eorum quæ acturi sumus, & eorum quæ gesserimus.* Jambl. præclare c. 35. Μηδ' ἀπροβούλευτον μηδ' ἀνυπεύθυνον μηδὲν ποιεῖν, ἀλλὰ πρωὶ μὲν προχειρίζεσθαι, τί πρακτέον· εἰς δὲ τὴν νύκτα ἀναλογίζεσθαι, τί διῳκήκαμεν, ἅμα τῷ σκοπεῖν καὶ τὴν μνήμην γυμνάζομένους. Cato Censorius apud Ciceronem in Dialogo *de Senectute*: *Pythagoreorum more, exercendæ memoriæ gratia, quid quoque die dixerim, audiverim, egerim, commemoro vesperi*, &c. Plura notabo infra.

Τῶν μὲν γενομένων εὐθύνας] Proderit hæc exercitatio & apud animum quasi ruminatio recordatioque præteritorum, non solum ad accuratam vitæ rationem tenendam, sed etiam ad alendam augendamque memoriam, thesaurum illum & promptuarium & penu eruditionis atque prudentiæ. Docet nos Jambl. cum ita scribit c. 29. Πυθαγόρειον ἀνὴρ ἐκ πρώτης κρίσεως ἀνίστω, ἢ τὰ χθὲς γενόμενα πρότερον ἀναμνησθείη. Describit ibid. & modum hujus rememorationis: Ἐπιεικτο δὲ τὴν ἀνάμνησιν τόνδε τὸν τρόπον. ἐπειρᾶτο ἀναλαμβάνειν τῇ διανοίᾳ, τί πρῶτον εἶπεν, ἢ ἤκουσεν. ἢ πρωτίζαξε τοὺς ἕνδεκα ἀναστὰς, ἢ τί δεύτερον, ἢ τί τρίτον· καὶ ἐφεξῆς τὸν ἑσόμενον (aut τὸ ἑσόμενον legend. puto, aut ἐφεξῆς τῶν ἑσομένων, quod quidem magis placet, nam & mox sequetur, ἐφεξῆς τῶν ἄλλων) ὁ αὐτὸς λόγος, καὶ πάλιν αὖ ἐξιὼν, τίνι πρώτῳ ἀνέτυχεν, ἢ τίνι δευτέρῳ· καὶ λόγοι τινες ἐλέχθησαν πρῶτοι, ἢ δεύτεροι, ἢ τρίτοι· ἐφεξῆς τῶν ἄλλων δὲ ὁ αὐτὸς λόγος. πάντα γὰρ ἐπειρᾶτο ἀναλαμβάνειν τῇ διανοίᾳ τὰ συμβάντα ἐν ὅλῃ τῇ ἡμέρᾳ, ὅπως τῇ τάξει προϋμέμνητο· ἀναμιμνήσκεσθαι, ὥστε (malim ὡς, vel ὡς καὶ) συνέβη γινέσθαι ἕκαστον αὐτῶν. εἰ δὲ πλείω σχολὴν ἄγοιεν ἐν τῷ διεξόδῳ, τὰ καθ' ἑκάστην ἡμέραν συμβάντα τὸν αὐτὸν τρόπον ἐπειρᾶτο ἀναλαμβάνειν καὶ ἐπὶ πλέον ἐπειρῶντο τῇ μνήμῃ γυμνάζειν. οὐδὲν γὰρ μεῖζον πρὸς ἐπιστήμην καὶ ἐμπειρίαν καὶ φρόνησιν τοῦ δύνασθαι μνημονεύειν. Ubi pro ἐπειρῶντο forte rescribendum ἐπειρᾶτο: scilicet Πυθαγόρειος ἀνήρ: nisi quis dicat saltum fieri à singulari ad pluralem numerum: quod non esse bonis auctoribus infrequens, docui Commentario ad Oppianum. Sed & pro τῇ μνήμῃ γυμνάζειν, malim τὴν μνήμην. An retinendum τῇ μνήμῃ γυμνάζειν, & subaudiendum ἑαυτούς; Cæterum hanc commendationem memoriæ & exercitationis ejusdem bene notet adolescentia, & conferat Quintil. lib. 11. Instit. Orat. cap. 2. Porro apud eundem Jambl. dicto loco obiter emendo illud ἐφιέντες, rescribo que ἀφιέντες: quod est, *dimittentes*. Hoc dicit Philosophus: Pythagoræ discipuli cum semel statuissent, sibi quicquid proponebatur, memoriæ infigendum esse, non prius id, quod docebat magister, putabant dimittendum, quam firmiter apprehendissent. Male igitur vertit Interpres Frisius: *Atque in discendo non prius appetebant, quod docebatur* &c. quasi legeretur ἐφιέμενοι, & quasi idem valerent ἐφίεσθαι, & ἀφιέναι. Mox etiam ibidem legendum τόνδε τὸν τρόπον, non τὸν δέ.

Ἐπᾴδειν] Alludit Malchus hoc verbo ad Epodas Pythagoricas, de quibus passim Jamblichus. Vide, quæ notabam supra ad Num. 30

Μηδ' ὕπνον] Extant priores isti tres versus inter *Aurea Carmina* Pythagoræ, quæ Philolao ab aliquibus asscribuntur: vers. 40. & seqq.

Πῇ παρέβην] Jamblichus quoque videatur.

Πρῶτα μὲν ἐξ ὕπνοιο] Hunc & sequentem versum nusquam alibi extare puto: quos in Ephemeride nostra Pythagorica primum ante aliquot annos invul-

gabam, & ita Latinis metris exprimebam:

E ſomno primum evigilans cum ſtrata relinquis,

Diſponas animo luce expedienda futura.

Priores autem tres ad hanc faciem transferebam:

Quando adimit rebus veniens nox atra colorem,

Non debes oculis prius indulgere quietem,

Elapſi quam ter repetas animo acta diei:

Quid feci ſecus ac debebam? quidve patravi?

Officii qua pars aliqua eſt neglecta mihi in re?

Faciebam quoque Græcorum interpretationem rhythmis Germanicis, qui etſi tanti non ſunt, in gratiam tamen juventutis hic quoque adjicientur:

So bald du morgens frů aus dem ſchlaf wacheſt auf/
Eh dann du dein Handthierung und gſchefft anfangſt drauff/
Solſt du dir als bald fürſetzen in deinen Sinn/
Mit was ſachen du wölſt den tag wol bringen hin.
Wann auch nun mehr die ſchwartze Nacht fellt da herein/
So hüte dich/ das du ja nicht ehe ſchlaffeſt ein/
Du habſt dann zuvor des Tags werck bei dir betracht/
Und dich dreimahl erinuert/ was du habſt volbracht/
Alſo zu dir ſprechend: was hab ich gethan/
Das beſſer gweſen wer/ wann ichs het bleiben lahn?
Worinn hab ich die gbůr niet wol bei mir bedacht/
And was mein Ampt mitbringt/ gelaſſen aus der Acht?
Alſo vom erſten ordentlich zum lezten ort/
Solſt du mit deim gedechtnůs immer ſchreiten fort.
Darnach freu dich ob dem/ was recht gehandelt iſt:
Betraur hingegen/ wo du irgends gfallen biſt.
Hierauf beſtleis dich/ hierzu luſt und liebe trag/
Und geh umb mit ſolchen gedancken alle tag.
Wo du dich ſelbſt wirdſt prüfen nach obgeſagter mas/
Dann wirſtu in dem weg der tugend kommen fur bas.

Μάλιστα δ' ἀληθεύειν τῶν θ] S. Hieronymus *Apologia adverſus Ruffin. Poſt Deum veritatem colendam* (ſcilicet præceptum eſt Pythagoricum) *quæ ſola homines Deo proximos faciat.* Jamblichus *Protreptici* cap. 20 p. 114. Ἀλλὰ μὴν καὶ ἀψευδείαν δεῖ σφὶ πολλὴ ποιεῖν. Τὸ γὰρ ἀληθεύειν καὶ πρὸς Θεὸς καὶ τὴν θείαν ἀληθειαν, καὶ πρὸς ἀνθρώπους καὶ τὴν ἀνθρωπίνην ἡμῖν πάντων τῶν θείων καὶ ἀνθρωπίνων ἀγαθῶν. Sic Plato V. *de Legibus* (quem non obſcure imitatus eſt Jamblichus, cum hic, tum ſæpe alibi) Ἀληθεια δὴ παντων μὲν ἀγαθῶν θεοῖς ἐγγύτατα, πάντων δὲ ἀνθρώποις, ἧς ὁ μὲν μέλλων μακάριός τε καὶ εὐδαίμων, ἐξ ἀρχῆς εὐθὺς μετόχος εἶη, ἵνα ὡς πλεῖστον χρόνον ἀληθὴς ὢν διαβιοῖ. Poteram in eandem ſententiam plura etiam ex Philonis ſcriptis annotare, quæ ſciens omitto, contentus unicum iſtud addidiſſe ex ipſius libro *De Præmiis & pœnis*: *Veritatis ſtudioſi Deum, adjuti Deo, quærunt, & lumen ope luminis*, &c. Verumtamen quod hic & apud S. Hieronymum dicitur: SOLA VERITATE homines Deo ſimiles & proximos effici, per id non debemus exiſtimare excludi beneficentiam. Nam hanc quoque conſtat, & paſſim alibi legimus, eſſe rem illam, qua homines ad divinam naturam quam proxime accedamus. Strabo lib. x. *Geographiæ.* Εὖ μὲν γὰρ εἴρηται καὶ τοῦτο, τὰς ἀνθρώπους μάλιστα μιμεῖσθαι τὰς θεὰς, ὅταν ἐυεργετῶσιν· ἄμεινον δ' ἂν λέγοι τις, ὅταν εὐδαιμονῶσι.

Hoc ipſi etiam fatebantur Pythagorici. Cum enim tres modos obſervaſſent, quibus modis homo ſe ipſo melior efficiatur medium illum conſtituebant, benefaciendi ſtudium. Ita incertus ſcriptor vitæ Pythagoræ, apud Photium pag 1112. cujus verba adſcribam inter varias Pythagoræ ſententias infra.

Παρὰ τὸ Θεῖ] Puto legendum παρὰ τῷ Θεῷ.

Ὃ Ὠρομάζην] Idem apophthegma & Joannes Stobæus Serm. XI. de Veritate, neſcio ex quo auctore refert: ſed apud eum legitur Ὠρομάσδην. Πυθαγόρας ἐρωτηθὲις, τί παιδὸν ἄνθρωποι θεῷ ὅμοιον, ἴ-

φη· Ἐὰν ἀληθεύωσιν. Οἱ δὲ μάγοι ὑποφαίνοντες τὸ μεῖζον τῶν Θεῶν, ὃν Ὡρομάζδην καλοῦσιν, ἐοικέναι τὸ μὲν σῶμα φωτὶ· τὴν δὲ ψυχὴν ἀληθείᾳ. Corrigendum vero Ὡρωμασδην. Apud Agathiam lib. 2. Hiſtor. Juſtiniani, pag. 58. Græc. edit. Bonavent. Vulcanii, eſt cognomentum Zoroaſtri, ſive Zaradæ, Ζωροάστρου τοῦ Ὡρμάσδεως. Linguarum orientalium eruditi derivant ab *Ur chasdim*, quod dicitur *ignis Dæmonum*, vel *Ignis ſanctus*, quem pro Deo coluere Chaldæi, quod igni cœlitus delapſo incenſas eſſe victimas SS. Patrum cognoviſſent. Nominatur etiam Orimasda apud Plutarchum in Alexandro & in Artaxerxe. Hinc etiam viris apud Perſas nomen inditum fuit, Hormisdas, vel Ormiſta. Vide Paul. Oroſ. & Hiſtor. Trip. lib. x. c. 31. Quid? quod etiam inter Pontifices Romanos unus hoc nomine fuit, Hormiſda circa Annum Domini 514. Cæterum quod Magi Perſarum putabant, Deum illum maximum corpore lumini, anima autem *veritati* ſimilem eſſe, videntur hauſiſſe ex Urim & Thumim Hebræorum, quo Lumen & Veritas deſignatur. Sed illud non recte aſſuerunt, Deum corpus habere & animam, qui error eſt Anthropomorphitarum.

Ad locum hunc Malchi de veritate iſta ſic commentanti commodum affertur præſtantiſſimæ bonitatis oda Alcaïca ejusdem argumenti, nuperrime Pariſiis edita auctore Ampliſſimo Viro Domino Jacobo Auguſto Thuano, Præſide & Conſiliario Regio: quam hic inſeram, quod ſimul & opuſculo huic magnum ornamentum, ſimul & lectoribus præclaram utilitatem voluptatemque allatura videatur. Sic igitur Pariſienſe exemplar habet.

ΑΛΗΘΕΙΑ.

Dilecta cœlo candida Veritas,
Inviſa terris horrida veritas,
O diva, quo periclitantum
Ancora & arx fugis innocentum?
An te per Alpis invia ningidæ,
Inhoſpitalis per Rhodopes juga
Sequar recedentem, aut acuta
Tesqua per aëriæ Pyrenes?
An fœta monſtris ſquamigeris freta,
Lateque ſparſas gurgite Atlantico
Terras, & alterno peruſtos
Sole petam peregrinus Indos?
Qua ferre greſſus cumque datur vagos,
Intenta qua fas vertere lumina,
Nusquam es, tenebræ cuncta cæcæ,
Cuncta gravis ſitus occupavit,
Injurioſo protinus ut Solo
Pedem extuliſti. Quo properas? preces
Miſcere ſi coram negatur,
Mitis ades procul invocanti.
Dux luce caſſis tu dea mentibus
Præſtigiarum nubila diſcutis
Obſtantia, ignorantiæque
Trans ſalebras per opaca tutos
Præſtas eunteis, ne miſeri ruant
Terrore fracti pectora panico;
Cervice neu juſta imperantis
Excutiant juga contumaci.
Noſtrique numen ſollicitum negent,
Incerta ferri cuncta rati impetu,
Volvente Fortuna labores
Atque vices variante rerum.
Tu viperinæ cæca Calumniæ
Palam retundis ſpicula, nec metu
Aut ſpe moveris, nec favore
Aut odio labefacta mutas.
Laudem merenteis tu prohibes mori,
Latere inultum nec vitium ſinis;
Per te ſecus rectèque facta
Per memores ſine fraude faſtos
Eunt in aureis tradita poſteris;
Nec pœnitendum de tribus alterâ
Sororibus penſum retexet,
Quod properans ſemel una nevit.
Cui, diva, curæ es, rite Deo litat,
Æquum inter omneis ipſe potens ſui
Jus dicit, & civilis omne
Officium pietatis implet.
Non ille claræ lumine purpuræ
Præſtringitur, non uritur ambitu;
Non ille ſpes fœdas coquentis
Illecebris capitur lucelli.
Non ad ſuperbi res avidus ſuas
Trimalcionis arbitrium exigit,
Pruriginoſis inſuſurrans
Auribus exitiale murmur.
Ad gratiam non blanda loquentium

Venatur auram obnoxius aulicam,
Turpive libertatem avitam
Mancipat obſequio, probroſi
Nutu ex Catulli pendulus improbo;
Non ille amicis aut patriæ piger
Prodeſſe, vitandumque honeſta
Flagitium nece pejus horret.
Jamque axe virgo labere flammeo,
Tecumque Virtus & Pudor & Fides
Terras, & albo tecta panno
Simplicitas repetat relictas.
Pugnæ lacertos & frameam para,
Contende nervos; ſecla noviſſima
Inſtant, ad extremamque mundus
Jam ſenio veniente metam
Vergit. Vides, ut colla tumentia
Ferroque flammaque inſuperabilis
Attollit, & ſemper renatis
Pullulat hydra ferox colubris.
Opinionum fluctivago in ſalo
Pulſata cauris relligio gemit:
Sciſſoque paſſim caritatis
Sacra jacent temerata vinclo.
Laſcivientis livida belluæ
Ultrice dextra demete cornua,
Auro propinantis ſupinis
Dulcia principibus venena.
Faſtus rebelleis frange ſuperbiæ,
Et occupanti cuncta licentiæ
Impone frenos, & recluſis
Fucum animis abole nocentem.
Sic conſtituta mentibus in piis
Tandem beabit pace ſuos Deus,
Vitæque defunctos periclis
Emeritos brevis hora ſolvet.

Et hactenus Ἀλήθεια Thuani.

Τὴν θάλατταν μὲν ἐκέλευε εἶναι δάκρυον] Hinc ſuum illud hauſiſſe videtur Empedocles, quo mare vocabat *ſudorem terræ*: quod velut ἀσαφὲς καὶ μεταφορικὸν reprehendit Ariſtoteles lib. II. Meteor. c. 3. Ὁμοίως δὲ γελοῖον καὶ εἴ τις εἰπὼν ἱδρῶτα τῆς γῆς εἶναι τὴν θάλατταν, οἴεται τι σαφὲς εἰρηκέναι, καθάπερ Ἐμπεδοκλῆς. Πρὸς πίστιν μὲν γὰρ οὕτως εἰπὼν ἴσως εἴρηκεν ἱκανῶς· ἡ γὰρ μεταφορὰ ποιητική. πρὸς δὲ τὸ γνῶναι τὴν φύσιν, οὐκ ἱκανῶς. ὅδε γὰρ ἐνδέχεται δῆλον, πῶς ἂν γλυκὺ τὸ πόμα τῆς ἁλμυρᾶς γένοιτο ὁ ἱδρώς, &c. Ejusdem generis eſſe videtur, quod vinum vocabat Empedocles, *aquam in ligno putrefactam*, id eſt coctam: ut in ipſius verſu, quem Plutarchus nobis conſervavit:

Οἶνον δὲπὶ φλοιῷ πίλεται σαπὶν ἐν ξύλῳ ὕδωρ.

Εἶδος τῶν Συμβόλων] Priusquam Symbola Pythag. à Malcho ſeu Porphyrio hic allata comparatione aliorum auctorum, qui in eodem argumento verſati ſunt, illuſtremus, duo præmitto, in primis obſervanda: Unum eſt, de Origine Symbolorum: Alterum, de Interpretatione. Ad Originem quod attinet, ſcilicet ea eſſe ab Ægyptiis *Ab his enim* Pythagoras, τὴν διὰ συμβόλων διδασκαλίαν, hoc eſt *Symbolicam docendi rationem mutuatus eſt*, ut præter Clementem Alexandrinum teſtatur Jamblichus cap. 5. *de Vita Pythagoræ*: Τὸν τῆς διδασκαλίας τρόπον συμβολικὸν ποιεῖν ἐπεχείρει, καὶ πάντα ὅμοιον τοῖς ἐν Αἰγύπτῳ διδάγμασι κατ' ἐπαιδεύθη. (puto legendum καθ' ἃ, vel καθ' ὅν: ut referatur vel ad διδάγμασι, vel ad τρόπον. An legendum διδάγμασιν, ἃ ἐπαιδεύθη;) Vide eundem Jamblichum cap. 23. ubi legendum διαρθρώσει, vel διαρθρώσειε, pro διαρθρώσεις; & τύπῳ, pro τύπον. Interpretatio quoque Friſii tota ibi nihili eſt, ut alibi paſſim. De commoda deinde interpretatione ſymbolorum admonendi ſumus, niſi hæc addatur, tum vero ab anilibus fabulis ipſa ſymbola parum diſcrepatura, & plane ridicula fore. Quod quidem non ſine cauſa ter repetit atque inculcat Jamblich. ut cap. 23. & 32. ut & in *Protrept.* cap. ult. pag. 131. Quorum locorum collatio docet, primum dicto capite ita legendum: Καὶ εἰ μή τις αὐτὰ (τὰ) σύμβολα ὀκλέξας διαπτύξειε, ἓ ἀμώμῳ ἐξηγήσει παρελάβοι, γελοῖα ἂν καὶ χαυδὴ δόξῃ τοῖς συντυγχάνουσι τὰ λεγόμενα, λήρου μεστὰ καὶ ἀδολεσχίας. Ibidem mox pro φανὰ καὶ ἐναγῆ, ſuſpicor legendum φανερὰ καὶ σαργῆ ἀντὶ σκοπιῶν. Et mox pro σκοφαίνειν, σκιφαίνει. Deinde in *Protrept.* cap. ult. pag. 131. totum locum ita reſtituendum eſſe ajo: Καὶ εἰ μὴ ἓς

αὐτῷ τὰ σύμβολα ἐκλέξας διαπλύξειε, καὶ ἀμώμῳ ἐξηγήσει φείλάβοι, μηλοῖα ἂν καὶ χαλκῆν δέξειαν τοῖς (non δέξει αὐτοῖς) ἐντυγχάνοντα τὰ λεγόμενα, λήρα μεστὰ καὶ ἀδολεσχίας. ἵν' ὃν χρήσιμ' (non χρήσιμα) ἐκφανῇ, &c. Idem & Juſtinus Martyr atteſtatur in Cohortatione ad Græcos p. 14. Ὁ δὲ τῶν Μητρόχου Πυθαγόρας, ὁ τὰ δόγματα τῆς ἑαυτοῦ φιλοσοφίας διὰ συμβόλων μυστικῶς ἐκθέμενος, ὡς δηλοῦσιν οἱ τὸν βίον αὐτοῦ γεγραφότες, ἄξιος καὶ αὐτὸς τῆς εἰς Αἴγυπτον ἀποδημίας φαίνεται, &c.

Τοιούτων] Reſtituendum τοιοῦτον, ut eſt in MSC.

Ζυγὸν μὴ ὑπερβαίνειν] Prima aliquot ſymbola cum ſuis expoſitionibus eodem ordine iisdemque verbis, usque ad 11. quod incipit, Σποιδὰς τε πιεῖας, &c. duobus tantum in medio omiſſis, 6. ſcilicet & 7. retulit D. Cyrillus lib. IX. contra Julianum Apoſtatam p. 209. Lat. Edit. Baſil. ex qua verſionem Oecolompadii aſſcribam: *Pythagoras autem ænigmaticam manifeſtationem non contemnit, ſed magnifacit, ut de illo Porphyrius in primo libro hiſtoriæ Philoſophicæ. Erat autem & aliud genus ſymbolorum tale: Stateram ne tranſeas: h. e. Ne avarus ſis. Ne ignem gladio ſodias: id quod erat, Impudentem & iratum animum aſperis verbis ne commoveas. Et, Coronam ne vellices: hoc eſt, Leges ne offendas. Nam civitatum coronæ ſcilicet erant. Præter hæc & alia quædam: Ne cor edas: h. e. Ne conficias teipſum curis. Ne ſuper cœnicem (vel modium) ſedeas: h. e. Ne ignaviter vivas. Non ſuſcipiendas hirundines in domum, h. e. Loquaces & impotentis linguæ homines non eſſe faciendos contubernales. Et, Onus portantibus imponendum; non autem ſimul deponendum: per quod admonet, non oportere cuipiam cooperari ad ignaviam, ſed ad virtutes & ad labores. Deorum imagines in annulis ne feras, hoc eſt, ſententiam & ſermonem de Diis ne facile manifeſtes & divulges.* Hæc è Cyrillo, apud quem dicto libro IX. contra Julianum antecedentia quoque & ſeqq. legiſſe fuerit operæ pretium. Affert enim ibi memorabilia de Hieroglyphicis ſcripturis Ægyptiorum, quæ addi velim ad ea quæ ſupra notavi. An non autem hic quoque Cyrilli locus manifeſtiſſime confirmat conjecturam noſtram ſupra ptopoſitam de libelli hujus auctore, eum eſſe ipſum Porphyrium, qui, teſte Suida, cognomentum habuerit, Βασιλεύς, ἤγουν Μάλχος; Meo certe animo vel maxime confirmat.

Cæterum quod Oecolampadius in explicatione ſecundi ſymboli τὸν ἀναιδῆ vertit *impudentem*, animadverſione ac nota dignum eſt. Videtur enim vel in ſuo codice legiſſe, vel in animo certe habuiſſe ἀναιδῆ. Sed retinendum, ἀναιδῆ, quod eſt *turgentem*; ſive ut S. Hieronymus Apologia adverſus Ruffinum vertit, *tumidum*. Notandum & hoc ex dicto loco Cyrilli, Porphyrium de Vita ſeu Hiſtoria Pythagoræ plures ſcripſiſſe libros. Ait enim *in primo libro hiſtoriæ*. Ad minimum itaque duos fuiſſe oportet, argum. l. 12. *Ubi numerus*. D. *de Teſtibus*. Ex quo colligitur, non modo primum hunc librum Malchi ſeu Porphyrii, quem nunc primi edimus, in fine mutilum imperfectumque eſſe, ſed & totum ſecundum interiiſſe.

Rurſum: Ζυγὸν μὴ ὑπερβαίνειν] S. Hieronymus ſæpius à nobis laudata Apolog. in Ruffinum: *Stateram ne tranſilias*, id eſt, *Ne prætergrediare juſtitiam*: Athenæus lib. X. ita exponit plenius: Πᾶσιν πλεονεξίαν φεύγειν καὶ ζυγεῖν. ζητεῖν δὲ τὸ ἴσον. Plutarchus Ἐν τῷ περὶ παίδων ἀγωγῆς ita: Ὅτι δεῖ τῆς δικαιοσύνης πλεῖον παιεῖας λόγον καὶ μὴ ταύτην ὑπερβαίνειν. Clemens Alex. *Stromat.* lib. V. pag. 239. (in Flor. edit. pag. 232.) ita exponit: Τυπτέσι, μὴ παρερχέσθω τὸ πρὸς τὰς διανομὰς ἴσον πρωτῶς τὴν δικαιοσύνην, ἢ φίλως ἀεὶ φίλοις, πόλεις τε πόλεσι, συμμάχως τε συμμάχοις συνδεῖ. Τὸ γὰρ ἴσον, νόμιμον ἀνθρώποις ἔφυ· τῷ πλέονι δ' αἰεὶ πολέμιον καθίσταται τὰ λαττον, ἐχθρᾶς θ' ἡμέρας κατάρχεται, καθὼς τὴν ποιητικὴν χώρειν. Sunt autem verſus, quos adducit, Euripidis in *Phœniſſis*. Sed quod deinde idem doctiſſimus ſcriptor cum hoc Symbolo Pythag. confert illud Chriſti: Ἀγα-

τε τὸν ζυγὸν μὲ, ὅπ χρηστός ἐστι ὁ ἀβαρὴς, ſi dicendum eſt, quod ſentio, alienum eſt, frigidaque & inepta accommodatio. Jamblich. cap. xxx. in fin. Τὸν ζυγὸν μὴ ὑπερβαίνειν, δικαιοσύνης ἐστὶ παραγκέλευσμα, πάντα τὰ δίκαια παραγγέλλον ἀσκεῖν. Idem in *Protreptico* cap. ult. Δικαιοπραγεῖν παραγκελεύεται, καὶ πρόπαλιν ἰσότητα καὶ μετριότητα ϑαυμαστῶς· καὶ τὴν τελειοτάτην ἀρετὴν γιγνώσκειν δικαιοσύνην, ἧς συμπληρωτικαὶ αἱ λοιπαὶ, καὶ ἧς ἄνευ τῶν ἄλλων ἐδὲν ὄφελος, ὁ δὲ παρέργως αὐτὴν ἐιδέναι χρὴ, ἀλλὰ διὰ ϑεωρημάτων καὶ ἐπιστημονικῆς ἀποδείξεως. τοῦτο δὲ ἐδεμιᾶς ἄλλης ἔργον ἐστὶ τέχνης εἰδέναι καὶ ἐπιστήμης, πλὴν μόνης φιλοσοφίας τ' καὶ Πυθαγόρου, ἧς ἐξαιρέτως τῶν ἄλλων τὰ μαθήματα πρόπαμᾶ. Diog. Laërt. lib. VIII. p. 578. hanc Symbolo noſtro ſubjicit explicationem: τουτέστι, τὸ ἴσον καὶ δίκαιον μὴ ὑπερβαίνειν.

Μὴ τὸ πῦρ τῇ μαχαίρᾳ σκαλεύειν] S. Hieronymus Apolog. adverſus Ruffinum: *Ignem gladio ne fodias: iratum videlicet & tumidum animum verbis maledicis ne laceſſas.* Meminit & Theodoretus Serm. 8. in pr. ad Gentes: ſed non explicat. Athenæus dicto libro x. Τεϑυμωμένον ἄνδρα μὴ ἐλαύνειν. Πῦρ γὰρ ὁ ϑυμός. ἡ δὲ ἔρις μάχαιρα. Plutarchus dicto loco: Μὴ ἐρεϑίζειν ϑυμούμενον. οὐ γὰρ πρόσηκει. ἀλλ' ὑπείκειν τοῖς ὀργιζομένοις. Jamblichus: Τὸ δὲ μαχαίρῃ πῦρ μὴ σκάλευε, φρονήσεως ἐστὶ παρακλητικόν. ἐγείρει γὰρ ἡμῖν τὴν ἔννοιαν, τὴν ϖροσήκουσαν τοῖς μὴ δεῖν πυρὸς πλήρει καὶ ϑυμῷ ἀνθρώπῳ μήτε ἀντιπίπτειν λόγῳ πεφυγμένον, μήτε ἐρίζειν. πολλάκις γὰρ κίνησις τῷ λόγῳ τὸν ἄμαϑῆ, καὶ παράξεις, καὶ πείσῃ δεινὰ ὁ ἀνδρῆ. μάρτυρ τοῖς λεχϑεῖσιν Ἡράκλειτος. Θυμῷ γὰρ, φησὶ, μάχεσϑαι χαλεπόν. ὅ, τι γὰρ ἂν χρήζῃ γίνεσϑαι, ψυχῆς ὠνεῖται. καὶ τοῦτο ἀληϑῶς εἶπε. πολλοὶ γὰρ χαριζόμενοι ϑυμῷ, ἀντικάζαντο τὴν ἑαυτῶν ψυχὴν, καὶ ϑάνατον φίλτερον ἐποιήσαντο. Ἐκ δὲ τῆς γλώσσης κρατεῖν, καὶ σίγα ἠρεμαῖον, οὐ μὲν νείκης γίγνεται φιλία, σβεννυμένη πυρὸς ϑυμικῆς, καὶ αὐτὸς οὐκ ἄφρων εἶναι δόξεις. Heracliti dictum hic laudatum Jambl. etſi in epiſtolis ipſius, quæ exſtant, non invenitur, tamen celebre eſt ex Ariſtotelis citationibus, ut lib. II. *Ethic. Nicom.* cap. 3. & 2. Item, cap. 7. & 5. *Polit.* cap. II. Χαλεπὸν ϑυμῷ μάχεσϑαι. ψυχῆς γὰρ ὠνεῖται. Simile eſt illud Democriti apud Stobæum, tit. Περὶ ὀργῆς. Θυμῷ μάχεσϑαι μὲν χαλεπόν· ἀνδρὸς δὲ, τὸ κρατεῖν, εὐλογίστου. Vim ſententiæ elegantiſſimæ non eſt aſſecutus Interpres Friſius, cum ita vertit: *Dictis teſtis ſit Heraclitus. Nam ira, inquit, pugnare difficile. Quodcunque enim uſus popoſcerit ut ſit, id animo prodeſt.* Ὠνεῖσϑαι eſt *mercari*, non *prodeſſe*. Et quomodo poſſit animo prodeſſe, quo ut potiatur homo iratus, non dubitet vitam, velut pretium, pro eo dependere?

Diog. Laërt. dicto loco: Ἤϑελε δὲ αὐτῷ, τὸ πῦρ μαχαίρᾳ μὴ σκαλεύειν, δυνασῶν ὀργὴν καὶ οἰδοῦσαν ϑυμὸν μὴ κινεῖν.

Στέφανόν τε μὴ πίλειν] S. Hieronymus dicto loco: *Coronam minime carpendam*: id eſt, *Leges urbium conſervandas.*

Μὴ καρδίας (forte καρδίαν) ἐσθίειν] Hieronymus ibidem: *Cor non comedendum*: id eſt, *Mœrorem de animo projiciendum.* Clemens Alexandrinus *Strom.* 5. Φθόνος γὰρ ἔξω ϑείας χορᾶς ἵσταται, καὶ ζῆλος, καὶ λύπη· ἡ καὶ οἱ μύσται καρδίαν ἐσθίειν ἀπαγορεύουσι, μὴ χρῆναι ποτὲ διδάσκοντες ῥαϑυμίας καὶ ὀδύνας ἐπὶ τοῖς ἀβλαβέσι συμβαίνειν ϑάνειν καὶ καταθέσϑαι τὴν ψυχήν. Ἄϑλιος γὰρ ἐκεῖνος, ὃν φησι καὶ Ὅμηρος πλανώμενον μόνον, ὃν ϑυμὸν κατεδεῖν. Alludit ad verſus Homeri de Bellerophonte. Athenæus lib. x. Ἀλυπίαν ἀσκεῖν exponit. Plutarchus περὶ παιδῶν ἀγωγ. Μὴ βλάπτειν τὴν ψυχὴν, πεῖς φρονοῦσιν αὐτὴν καϑ' ἡσύχιον. Jambl. c. 24. Ἐνομοθέτησε δὲ τοῖς αὐτοῖς, καρδίαν μὴ τρώγειν· ἐγκέφαλον μὴ ἐσθίειν. καὶ τούτων ὅρκους πάντως τοὺς Πυθαγορικούς. κηδεμονίαν γὰρ εἶσι, καὶ ὠφελεῖ ἐπιβάθραι καὶ ἕδραι πρὸς τὸ φρονεῖν, καὶ τὸ ζῆν. Ἀφοσιοῦσϑαι δὲ αὐτὰ διὰ τὴν τοῦ ϑείου λόγου φύσιν. Ibidem cap. 21. Τὸ δὲ, Καρδίαν μὴ τρώγε, σημαίνει, τὸ μὴ δεῖν τὴν ἕνωσιν τοῦ πνεύματος καὶ τὴν συμπνοιαν διασπᾶν. καὶ ἔτι μᾶλλον τὸ, μὴ ἐσθίειν βάσκανον, ἀλλὰ φιλάνθρωπον καὶ κοινωνικόν. ἐκ δὲ τούτου φιλοσοφεῖν παρεινεῖ. μόνη γὰρ

ωὴ ἐπιγημῶν καὶ πεχνῶν ἅτε ἐπιλυπεῖτας ἀγαθοῖς ἀλλοτρίοις, ἅτε ἐπιχαίρα κακοῖς τοῖς (forte τῶν) πέλας, ἅτε φύσα συγγενεῖς, καὶ οἰκείας, ὁμιλοπαθεῖς τε, ἢ κοινῇ ὑποκειμένης τύχῃ, ἀπροορατον τε τὸ μέλλον ἔχοντας τὰς ἀνθρώπας πάντας ὁμαλῶς ἀποφαίνεται. διόπερ συμπαθεῖς τε ἢ φιλαλήλας παραγγέλλει εἶναι, κοινωνικόν τε ὡς ἀληθῶς καὶ λογικὸν ζῶον. Diogenes Laërtius pag. 579. Διὰ δὲ τὸ, Καρδίαν μὴ ἐσθίειν, ἔφλα, μὴ τὴν ψυχὴν ἀνίαις (male editum est à quibusdam ἀνοίαις) καὶ λύπαις καταπίνειν.

Μηδ' ἐπὶ χοίνικος καθίζειν] Athenæus libro x. Μὴ καθῆσθαι ἐπὶ χοίνικα, τατέστι, μὴ σκοπεῖν τὰ ἐφ' ἡμέραν, ἀλλὰ τὴν ἐπιοῦσαν ἀεὶ προσδέχεσθαι. ὅλα γὰρ ἢ πέρας ζωῆς ὁ βίος ἀνθρώπου. τοῦτο δὴ οὖν ἐᾶ μεθ' ὑπὸ λύπης καὶ φροντίδος προσίεσθαι. Plutarchus dicto loco: Μηδ' ἐπὶ χοίνικα καθίσαι, τατέστι, φεύγειν ἀργίαν, καὶ προνοεῖν, ὅπως τὴν ἀναγκαίαν παρασκευάσωμεν τροφήν. Meminit etiam Theodoretus *Serm.* 8. de Martyribus in pr. Ἐπὶ χοίνικος μὴ καθῆσθαι: sed nullam addit explicationem.

Jamblichus, in *Protrept.* p. 146. Τὸ δὲ, Ἐπὶ χοίνικι μὴ καθίζε, Πυθαγορικῶς παραδέξαι· ἄν τις, ἢ τῶν αὐτῶν τοῖς ἄνωθεν ὁρμώμενος. ἐπεὶ γὰρ σωματότητι, καὶ ζωοδίᾳ, καὶ ἡ χοίνικι μετέχητέ ἐστιν ἡ τροφὴ, μὴ ἠρέμα, μηδ' ἀμύητος φιλοσοφίας διατελᾷ, ἀλλ' εἰς ταύτην σαυτὸν δὸς, ἐκείνῃ μᾶλλον προσοικεῖν τὸ ἔν σοι θειοειδέστατον, ὅ ἐστι ψυχὴ, ἢ πολὺ προτέρα τοῦ σὺν ταύτῃ νῦν ὢν τροφὴ ἡ χοίνικι, ἀλλὰ θεωρία καὶ μαθήσει μετρεῖται.

Diogenes Laërtius. p. 578. Ἐπὶ χοίνικος μὴ καθίζειν, ἐν ἴσῳ τῷ ἐνεστῶτος φροντίδα ποιεῖσθαι καὶ τοῦ μέλλοντος. ἡ γὰρ χοῖνιξ ἡμερήσιος τροφή.

Μηδ' ἀποδημοῦντα ἐπιστρέφεσθαι] S. Hieronymus dicta Apologia: *Cum profectus fueris*, inquit, *ne redeas*: id est, *post mortem vitam istam ne desideres*. Plutarchus dicto loco: Μὴ ἐπιστρέφεσθαι ἐπὶ τοὺς ὅρους ἐλθόντας, τατέστι, μέλλοντας ἀποθνήσκειν, καὶ τὸν ὅρον τοῦ βίου πλησίον ὄντα ὁρῶντας, φέρειν εὐκόλως, καὶ μὴ ἀγομένους. Jambl. Symbol. xv. Ἀποδημῶν τῆς οἰκίας, μὴ ἐπιστρέφου. Ἐλπυδες γὰρ μετέρχονται. καὶ τοῦτο εἰς φιλοσοφίαν προτέπει, καὶ τὴν καθ' ἑαυτὸν αὐτοπραξίαν δηλοῖ τε καὶ προλέγει τὸ σύμβολον ἀναργῶς, ὅτι φιλοσοφεῖν ἐπιβαλλόμενον, χρέλζε σαυτὸν πάντων συμβολικῶν καὶ αἰσθητῶν, καὶ ὄντως δυνάτα μελέτην ποιοῦ, ἐπὶ τὰ νοητὰ καὶ ἀεὶ καθ' αὑτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχοντα, ἀμεταστρεπτὶ χωρῶν διὰ τῶν παρισκόντων μαθημάτων. ἀποδημία μὲν γὰρ, μεθίστασις τόπου· δυνατὸς δὲ, ὁ τῆς ψυχῆς χωρισμὸς ἀπὸ τοῦ σώματος. ὅτως δὲ τὸ φιλοσοφεῖν ὡς ἀληθῶς, καὶ ἄνευ αἰσθητηρίων καὶ συμβολικῶν ἐνεργειῶν, καθαρῷ τῷ νῷ χρῆσθαι εἰς καθάληψιν τῆς ἐν τοῖς οὖσιν ἀμαθίας, ἥπερ ἐπίγνωσις σοφία ἐστι. φιλοσοφεῖν δὲ ἐπιβαλλόμενον, μὴ ἐπιστρέφου, μηδὲ καθέλκου πρὸς τὰ πρότερα, καὶ ἐν συντροφίαις σοι διατελέσαντα σωματικά. μετρίοις γὰρ ἐν τούτοις πολλὰ σοι παρέψεται ἐμποδιζόμενα εἰς τὰς ὑγιεῖς καταληψεις ὑπὸ τῆς περὶ τὰ σωματικὰ ἀχλύος· τὴν δὲ μεζόνειαν ἐλπυδν μετιόντα. Diog. Laërtius p. 579. Διὰ δὲ τὸ, εἰς ἀποδημίαν βαδίζοντα μὴ ἐπιστρέφεσθαι, παρήνει τοῖς ἀπαλλατομένοις τοῦ βίου, μὴ ἐπιθυμητικῶς ἔχειν τοῦ ζῆν, μηδὲ ὑπὸ τῶν ἐνταῦθα ἡδονῶν ἐπάγεσθαι.

Τὰς τε λεωφόρους μὴ βαδίζειν] S. Hieronymus: *Per viam publicam ne ambules*: id est, *Ne multorum sequaris errorem*. Philo Judæus libro, περὶ τοῦ πάντα σπουδαῖον εἶναι ἐλεύθερον. Τὸν τῶν Πυθαγορείων ἱερῶν λόγον φάσαν λόγῳ ἔχειν μεθ' ὅλων καὶ ἄλλων καλῶν καὶ τοῦτ' ἀναδιδάσκειν, τοῖς λεωφόροις μὴ βαδίζειν ὁδοῖς· ἔχ ἵνα κρίνωμεν (ἢ γὰρ ποσὶ κρίνειν παρήγγειλεν) ἀλλ' αἰνιττόμενον διὰ συμβόλου, τὸ μήτ' ἔργοις μήτε λόγοις δημώδεσι καὶ πεπατημένοις χρῆσθαι, καὶ δίχως ἀγελαίως ὑπερκύπτειν, καὶ ἰδιώτας λόγων καὶ δογμάτων ἰδέας ἀναστέλλειν.

Clemens Alexandrinus lib. v. *Strom.* pag. 239. Δύο ὁδὸς ὑποδεικνύει τὸ εὐαγγέλιον καὶ τῶν ἀνθρώπων, ὁμοίως τοῖς προφήταις ἅπασι· καὶ τὴν μὲν καλύπτων στενὴν καὶ τετριμμένην, τὴν καθ' ἡδονὰς καὶ ἀπαγορεύσεις περιεσταλμένην· τὴν δὲ εὐρυχωρίαν, τὴν εἰς ἀπώλειαν φέρουσαν, πλατεῖαν καὶ εὐρύχωρον, ἀκώλυτον ἡδοναῖς τε καὶ θυμῷ· καὶ φασκόντων, μακάριον ἀνήρ, ὃς ἂν ἐπο-

ρένθη σὺ βυλῇ ἀσεβῶν, καὶ ἐν ὁδῷ ἁμαρτωλῶν οὐκ ἔστη. Ὅ, τε τῷ Κίρι Προδήκῃ, ἐπί τε τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς κακίας μῦθος σοφέισιν. καὶ Πυθαγόρας οὐκ ἐκνεῖ ἀπαγορεύειν τὰς λεωφόρους ὁδὸς βαδίζειν, σοστάπιων, μὴ δεῖν ταῖς τῶν πολλῶν ἐπιθυμίαις, ἀκελέυσις καὶ ἀνομολογυμένως ὔσαις.

Athenæus lib. x. Λεωφόρους ὁδὸς μὴ σείχειν. τυτέσι, γνώμῃ πολλῶν μὴ ἀκολυθεῖν. εἰκῇ γὸ ἕκασος ὅ τι ἂν δόξῃ ἀποκρίνετυ. τὴν δ' εὐθεῖαν ἄγειν, ἡγεμόνι χρώμενον τῷ λόγῳ. Diogenes Laërtius pag. 578. Ἐκτὸς λεωφόρυ μὴ βαδίζειν. Ubi aut pro ἐκτὸς reponendum σὺτός: aut delenda particula μή. Jamblichus Symbolo V. pag. 138. Τὰς λεωφόρυς ὁδὸς σκκλίναν, διὰ τῶν ἀσεμπῶν βάδιζε. τῦτο μὲν δημώδη καὶ ἀνθρωπίνην ζωὴν ἀφιέναι παραγγέλλ· τὴν δὲ χωρεσὴν καὶ θείαν μεταδιάκειν ἀξιοῖ. καὶ τὰ μὲν δεόσμαθα τὰ κοινὰ φησὶ δεῖν ὑπερβαῖν· τὰ δὲ ἴδια καὶ ἀπόρρητα σὲι πολλῦ ποιεῖσθ. ἐ τὴν μὲν πρὸς ἀνθρώπυς φέρυσαν τέρψιν ἀλυμάζειν· τὴν δὲ τῆς θείας βυλήσεως ἐχομένην εὐπραγίαν σὲι πολλῦ ποιεῖσθαι. καὶ τὰ μὲν ἀνθρώπινα ἔᾳν ἐᾶν, ὡς δημώδη· τὰς δὲ τῶν Θεῶν θρησκείας, ὡς ὑπερέχυσαν τὴν δημώδη ζωὴν, ἀντιμάπεσθαι.

Μὴ δυνάμενοι δέ, φησὶν] Verba iſta e Moderato excerpta eſſe à Malcho, ſatis indicat ipſe, cum addit, φησὶν.

Παρεγένοντο ἐπὶ τὰς ἀριθμούς] Hanc tamen Pythagoricam per numeros philoſophandi rationem reprehendit Ariſtoteles *Metaphyſ.* Maj. c. VIII. (mihi pag. 227.) Non erit alienum hic referre, quid Juſtino Martyri contigerit, cum ſe in familiaritatem ac diſciplinam cuidam magni nominis Pythagorico tradere vellet. Ab eo enim ſe repulſum fuiſſe ſcribit, quod de muſica & aſtronomia & geometria interroganti, negaret ſe in his verſatum eſſe. Verba ſancti viri adſcribam ex Dialogo cum Tryphone Judæo pag. 169. Προσῆλθον εὐδοκιμοῦντι μάλιστα Πυθαγορείῳ ἀνδρὶ πολὺ ἐπὶ τῇ σοφίᾳ φρονοῦντι. καὶ πιόμενος, ὡς διελέχθην αὐτῷ, βουλόμενος ἀκροατὴς αὐτοῦ καὶ συνουσιαστὴς γενέσθαι· Τί δαὶ ὠμίλησας, ἔφη, μουσικῇ, καὶ ἀστρονομίᾳ, καὶ γεωμετρίᾳ; ἃ δοκεῖς κατόψεσθαί τι τοῦ εἰς εὐδαιμονίαν συντελοῦντος, εἰ μὴ πρῶτα πρῶτον διδαχθείης, ἃ τὴν ψυχὴν ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν ἀφεσπάσῃ, καὶ τοῖς νοητοῖς αὐτὴν παρασκευάσῃ χρηστίμην, ὡς τὸ αὐτὸ κατιδεῖν τὸ καλὸν, καὶ αὐτὸ ὃ ἔστιν ἀγαθόν; πολλά τε ἐπαινέσας πρῶτα τὰ μαθήματα, καὶ ἀναγκαῖα εἰπὼν, ἀπέπεμπέ με, ἐπεὶ αὐτῷ ὡμολόγουν μὴ εἰδέναι. ἐδυσφόρουν δὲ, ὡς εἰκὸς, ἀποτυχὼν τῆς ἐλπίδος, καὶ μᾶλλον, ἢ ἐπίστευσθαί τι αὐτὸν ᾠόμην. πάλιν τε τὸν χρόνον σκοπῶν, ὃν ἔμελλον ὀκτίβειν παρὰ ἐκείνοις τὰ μαθήματα, ἀνεκαλούμην εἰς μακρὸν ἀποθέμενος. οὐ ἀμηχανίᾳ δὲ μᾶλλον, ἔδοξέ μοι καὶ τοῖς Πλατωνικοῖς ἐντυχεῖν. πολὺ γὰρ καὶ τούτων ἦν κλέος, &c.

Τὰς γραμματιστὰς] Heſychius: Γραμματιστὴς, γραμματοδιδάσκαλος. Suidas plenius: Γραμματιστὴς, ὁ τὰ πρῶτα στοιχεῖα διδάσκων. Et affert exempla ex hiſtoriis inter cætera hæc quoque: Οὐδὲ τὰ πρῶτα ἤδει τοῖς γραμματιστοῖς ὑπομεμαθηκὼς στοιχεῖα. Item: Οὐ γὰρ ἄλλο ἐδέησε ἢ γραμματιστοῦ φοιτῶν ἔμαθεν, ὅτι μὴ γράμματα, καὶ πῶς καλῶς, γράψαι.

Alii igitur à Grammaticis ſunt Grammatiſtæ: ut eleganter Suetonius lib. *De Illuſtribus Grammaticis*: cap. 4. *Sunt qui literatum a literatore diſtinguant; ut Græci Grammaticum a Grammatiſta: & illum quidem abſolute, hunc mediocriter doctum exiſtiment: quorum opinionem Orbilius etiam exemplis confirmat. Nam apud majores, ait, cum familia alicujus venalis produceretur, non temere quem literatum in titulo, ſed literatorem, inſcribi ſolitum eſſe: quaſi non perfectum literis, ſed imbutum*, &c. Sic *Literatoribus* utuntur Julius Capitolinus, Ael. Lampridius, & alii. Capitolinus de Marco Antonino Phi-

loſopho: *Uſus eſt magiſtris ad prima elementa Euphorione literatore, & Gemino Comœdo* &c. Deinde quatuor utriusque linguæ Grammaticos nominat, qui ejusdem fuerint præceptores. Lampridius in Alex. Severo: *In prima pueritia literatores habuit Val. Cordum & L. Veturium*, &c. Deinde ſeorſim ab his commemorat Grammaticos aliquot, cum Græcos, tum Latinos. Idem de Commodo: *Habuit literatorem Græcum Oneſicritum: Latinum, Capellam Antiſtium*, &c. In jure noſtro Grammatiſtæ hac notantur periphraſi: *Qui pueros primas literas docent: Qui primis literis pueros inducunt.* l. 11. §. ult. D. *Vacat. & excuſat. muner.* l. x1. *ut gradatim* §. ult. D. *De muner. & honor.*

Ἐναγ ∇ τὸ δὲ] Intellige figuram τριγώνου, ſeu Trianguli.

Τὸ ἓν] Quomodo inter τὸ ἓν & τὴν μονάδα diſtinxerint Pythagorei, vide apud Juſtinum Martyrem in Cohortatione ad Græcos. Τὴν Μονάδα dicebant eſſe ἐν τοῖς νοητοῖς, hoc eſt illis, quæ intelligentia comprehenduntur: τὸ δὲ Ἕν, in numeris. Similiter ignorabilis auctor vitæ Pythagoræ apud Photium pag. 722. Ὅτι διαφέρειν ἔλεγον οἱ ἀπὸ Πυθαγόρου μονάδα καὶ ἕν· μονὰς μὲν γὰρ παρ' αὐτοῖς ὀνομάζετο ἡ ἐν τοῖς νοητοῖς οὖσα· ἓν δὲ τὸ ἐν τοῖς ἀριθμοῖς. Ὁμοίως δὲ καὶ δύο τὸ ἐν τοῖς ἀριθμητοῖς· ἔλεγον δὲ τὴν μονάδα (alias δυάδα) ἀόριστον.

Διακρητικὰ] Erratum eſt typographicum. In MSC. recte eſt perſcriptum διακρατητικάς.

NUM. 50.

Ταύτης ἤαγεν] Divinabam, ταύτην εἰσηγάγον.

NUM. 51.

Δεκάδα, οἷον δεχάδα. Et mox: Τέλειον ἀριθμὸν τὸν δέκα εἶναι, μᾶλλον δὲ τελειόζωον] Eadem eſt Doctiſſimi Hebræorum Philonis originatio περὶ τῆ Δέκα λόγων: ubi pulchre de numero Denario philoſophatur, & Δεκάδα ſimiliter vult eſſe dictam quaſi δεχάδα, παρὰ τὸ δέχεσθαι καὶ συγκεχωρηκέναι τὰ γένη πάντα τῶν ἀριθμῶν, καὶ λόγων τῶν κατ' ἀριθμὸν, καὶ ἀναλογιῶν, ἁρμονιῶν τε αὖ καὶ συμφωνιῶν. *Primi*, inquit, *impoſitores nominum, viri ſapientes, meritò videntur appellaſſe hanc δεκάδα quaſi δεχάδα, quod capiat comprehendatque omnia numerorum genera, & rationum proportionumque arithmeticarum, ac inſuper harmoniarum ſymphoniarumque. Hæc ſunt, quæ denarium faciunt admirabilem, qui complectitur naturam & indimenſam & dimenſionibus obnoxiam. Indimenſa ad ſolum punctum pertinet. Dimenſiva tres habet ſpecies, lineam, ſuperficiem, & ſolidum*, &c. Idemque paulo ante: *Illud ante omnia admirandum occurrit* (in Decalogo, ſeu decem præceptis ſummariis) *quod abſolvuntur Denario numero, omnium perfectiſſimo, complectente cunctas numerorum differentias, parium & imparium, parium duorum, imparium trium, pariter imparium quinque*, &c. Rurſus idem Philo in lib. De congreſſu quærendæ eruditionis gratia, ſcribit, *Totius ſapientiæ compagem ſortitam eſſe numerum perfectum denarium.* Porro de perfectione tam ſeptenarii, quam denarii multa præclara videre licet apud Macrobium lib. 1. in *ſomnium Scipionis* cap. 6. & Agellium lib. 111. cap. 10. ex Varronis *Hebdomadibus*: & Alexandrum in 2. *Problem.* 47. ubi quærit, cur infantes ſeptimo menſe editi vitales ſint (quod pertinet ad l. 12. *Septimo menſe*, D. *de ſtatu hominum*: & Paul. lib. IV. *Sentent.* tit. 9. ubi additur: *Ratio enim Pythagorei numeri hoc videtur admittere*) octavo non item. Inter alia autem ſic ait: Ὅτι ὁ ἑπτὰ ἀριθμὸς τέλειος ἐν τῇ φύσῃ, ὡς μαρτυρεῖ Πυθαγόρας, καὶ οἱ ἀριθμητικοὶ, καὶ οἱ μουσικοί. Et mox: Ὅτι τέλειος ὁ ἑπτὰ καὶ ὁ δέκα τῇ φύσῃ ἀριθμός. &c. Et paulo inferius: Ὁμοίως δὲ καὶ ὁ δέκα ἀριθμὸς παρὰ Ἀριστοτέλῃ καὶ τοῖς φιλοσόφοις συμπεπλαμβάνῃ τὰ ὄντα γενέσῃ καὶ φθορᾷ, καὶ πᾶς δὲ ἀριθμὸς διὰ τοῦ δέκα μονάδος κατὰ ἀνακύκλωσιν, &c. Ibidem hoc quoque ut memorabile annotavit Alexander, priſcos illos mortales juſtitiæ obſervantiſſimos, hanc ipſam ob cauſam illum morem introduxiſſe, ut firmandæ fidei copularent dextras: qua copulatione denarius, numerorum ille per-

NUM. 52.

fectiſſimus efficitur, quinis videlicet digitis ad quinos adjunctis, &c. Ignotus auctor vitæ Pythagoræ apud Photium pag. 712. Ὁ δὲ ἀριθμὸς συμπληρῶται τοῖς δέκα. ὁ δὲ δέκα σύνθεσις τῶν τεσσάρων, κατὰ τὸ ἑξῆς ἀριθμούντων ἡμῶν· καὶ διὰ τοῦτο τὸν ἀριθμὸν πάντα τετρακτὺν ἔλεγον. S. Maximus Myſtag. cap. 5. Δεκὰς δυνάμει ἐστὶν ἡ πτὰς, ἀπὸ τῆς μονάδος εἰρμῷ καὶ πρόοδον συνθεμένη. Hoc eſt, *Decas potentia eſt quaternio, ab unitate per ſeriem progreſſione compoſita.* Si enim addendo conjungas unum, duo, tria, & quatuor, effici videbis numerum denarium. Et Ammonius in *Categor.* Ariſtotelis, ubi cauſas inveſtigat, cur 10. prædicamenta à Philoſopho ſint conſtituta, ſic ſcribit inter cætera: Μέλλων τὴν εἰς δέκα διαίρεσιν τῶν πραγμάτων ἡμῖν παραδίδναι, πρότερον ἀπόδεται τὴν εἰς τέσσαρα τούτων διαίρεσιν. παραδὺς γὰρ πρότερον τὴν εἰς δύο τῶν φωνῶν διαίρεσιν, πρέσεισιν ἐπὶ τὴν τετραδικὴν πυθὴν τομήν, εἰκότως. ὁ γὰρ δύο ἀριθμὸς ἐφ' ἑαυτὸν πολυπλασιαζόμενος, ποιεῖ τὸν τέσσαρα. μεθ' ὃν δὲ πύθην τὴν διαίρεσιν παραδώσει τὴν εἰς δέκα. ὁ γὰρ ἀπὸ μονάδος ἀρχόμενος ἀριθμὸς, συνθέμενος μέχρι τοῦ τέσσαρα, ποιεῖ τὸν δέκα. α. β. γ. δ. καὶ γίνεται δέκα. Huc pertinet χλευασμὸς ille Luciani in *Vitarum auctione*: ubi cum Pythagoras Mercatori pollicitus eſſet doctrinam artis numerandi, & hic reſpondiſſet, ſe vero jam nunc ſcire numerare, juſſusque à Pythagora, edere ſuæ artis ſpecimen, dixiſſet, ἓν, δύο, τρία, τέτταρα: Excipiens atque interpellans Pythagoras, Vides, inquit, Decem eſſe illa, quæ tibi videntur Quatuor, & perfectum Trigonum, noſtrumque jusjurandum, &c. Atque ut liceat homini profano & leviſſimo ſcurræ ſanctiſſimum graviſſimumque virum adjungere; S. Hieronymus eodem alluſit, cum iſta ſcripſit lib. 12. Comment. in Ezechiel (mihi pag. 456. in Edit. Plant.) *Decem, perfectus eſt numerus, & vel Decalogo continetur, vel Evangeliorum quatuor Sacramento, qui ab uno incipiens ita ad quatuor pervenit, ut denarium impleat numerum.* Et rurſum lib. XIII. (p. 466.) *Decem, qui & ipſe perfectus eſt numerus, vel propter Decalogum, vel propter Evangelii Sacramentum. Si ab uno per duos & tres ad quartum numerum venias; decenarius Evangelicorum numerus efficitur*, &c. Vide conſimilia apud eundem lib. XIV. (pag. 491.) De eodem ait lib. 11. Commentar. in Eſaiam (pag. 19.) *Denarium numerum in ſcripturis ſanctis myſticum atque perfectum eſſe.* Idem lib. VI. Commentar. in Hieremiam (pag. 303.) *Denarium eſſe myſticum numerum, oſtendit Decalogus, qui ſcriptus fuit in tabulis lapideis digito Dei.* Ubi in ſeqq. & de Septenario agit, ſimiliter & illum myſticum eſſe docens. Idem Commentar. in Job. cap. 38. *Decimus* (inquit) *numerus perfectus eſt quia per ipſum iterando omnis numerus in infinitum multiplicatur.* Denique notetur ejusdem Hieronymi admonitio ad cap. 19. Jobi: *Hoc ſolido numero & perfecto manente, pro diverſitate locorum in ſcripturis divinis nunc majorem numerum, nunc minorem ſignificari noverimus.* Philo ἐν τῷ περὶ τῶν μεπνομαζομένων pag. 1. Edit. Wechel. Πρωτοπῆς μὲν Δεκάς· Ἑκάποντὰς δὲ, πλειότητος σύμβολον. Idemque Philo etiam de Septenarii perfectione præclare philoſophatur in libro περὶ κοσμοποίας, hoc eſt, *de opificio Mundi*: ubi vide. Macrobius dicto capite 6. lib. 1. *Cum Decas, qui & ipſe perfectiſſimus numerus eſt, perfecto numero, id eſt ἑπτάδι jungitur, ut aut decies ſeptem, aut ſepties deni computentur anni; hæc a phyſicis creditur meta vivendi, & hoc vitæ humanæ perfectum ſpatium terminatur*, &c. Denique de Septenarii numeri myſteriis ac perfectione videri quoque poteſt Gregorius Nazianzenus Homilia in Sanctam Pentecoſtem; ubi & Maximus Margunius in Sermone αὐτοχεδίῳ hoc eſt, *extemporaneo* quidem, ſed doctiſſimis & priſcis illis Patribus ſuppari in idem feſtum, quem ἀνέκδοτον aliquando mihi donatum ex Græco Latinum faciebam.

Πᾶν τὸ γενόμενον] Legendum γενώμενον.

Περὶ τῶν ἀριθμῶν πραγματεία τοιαύτη τοῖς Πυθαγορείοις] Addendum ſuperiori- NUM. 53.

bus, quæ de Pythagoreorum numeris allata jam ſunt, etiam hoc Ciceronis teſtimonium è. 4. *Acad. Quæſt. Pythagorei ex numeris & mathematicorum initiis proficiſci volunt omnia*, &c. Quid quod Pythagoras etiam ſummum bonum in perfecta numerorum ſcientia collocabat? Sic enim Theodoretus Sermone XI. de fine & judicio, in *Therapeutic.* ad Græc. Ὁ δὲ πολυθρύλλητος Πυθαγόρας τὴν τελεωτάτην τῶν ἀριθμῶν ἐπιστήμην ἔχοντα ὑπελάμβανεν ἀγαθόν.

Δωριδί] Scilicet διαλέκτῳ. Niſi forte legendum δωριστί. De hac Dialecto Dorica notanda ſunt diverſa judicia doctorum virorum. Malchus enim hic ἀσαφῆ eam vocat. Jamblichus autem cap. 34. conferens ipſam cum aliis, ut Æolica, Jonica, & Attica, pronuntiat cum Metrodoro, Doricam omnium optimam linguam: (ſicut & harmoniam Doricam in Muſicis) ideoque & à Pythagora & Epicharmo hanc præ cæteris fuiſſe ait electam. Omnino pulcer eſt locus de Græcorum dialectis, ſed ſemel atque iterum deformatus: ut cum legitur Num. 243. τὸ πρεσβυτάτην εἶναι τῶν διαλέκτων τὴν Δώρα: ubi aut Δωρίδα legendum, aut Δώριον: ut paulo ante τὴν δὲ Δώριον διάλεκτον σύμμιγον εἶναι. Antiquitatem vero hujus dialecti repetit ibidem etiam ex fabula de Doride nympha, Oceani filia, Nerei uxore, &c. Denique & hoc pro argumento antiquitatis affert, quod Orpheus (quem Poëtarum omnium apud Græcos antiquiſſimum eſſe conſtat) hac dialecto fuerit uſus. Κεχρῆσθαι δὲ τῇ Δωριακῇ διαλέκτῳ καὶ τὸν Ὀρφέα, πρεσβύτερον ὄντα τῶν ποιητῶν, &c. Ὀρφέα legendum, non Ὀρφέϑον, vel pueri animadvertant.

Τὰ μὲν κάρπιμα σφετερίσασθαι] Hunc σφετερισμὸν, quo alii aliorum dogmata vel dia & præclara reperta ſublegunt & in ſe transferunt, eleganter compoſito vocabulo λογκλοπίαν vocare poſſumus, cum Diogen. Laërt. in Empedocle, pag. 602. ubi ex Timæo ait, Ὅτι καταγνωσθεὶς ἐπὶ λογκλοπίᾳ τότε (καὶ καὶ Πλάτων) τῶν λόγων ἐκωλύθη μετέχειν.

Χλευασμὸν τὸ διδασκαλεῖον] Διδασκαλεῖον Vetus Gloſſarium vertit, *Doctrinum*. Eſt autem ludus literarius. Cæterum quod hic Malchus ait de irriſione & & calumnia atque ſycophantia, qua invidi ac malevoli Pythagoram cum ſua ſchola & ſectatoribus appetiverint, ab aliis quoque confirmatur auctoribus, qui pro impoſtore, præſtigiatore & plano habitum & proclamatum fuiſſe à multis tradiderunt. Sed hanc calumniam refellit Jamblichus cap. 32. Πολλῷ γε (malim τε) ἔδει, γόητα νομίζειν Πυθαγόραν, τὸν παῦρα παιδευόντα: (ſcilicet, cum doceret, ἐρανόθεν ἠρτῆσθαι καὶ εἱκῇ νομεῖσθαι τὰ πάντα: *Cœlitus omnia dependere & gubernari*: quam ſententiam & Seneca Tragicus uſurpavit, ſic efferens: *Quicquid faciamus, mortale genus, Quicquid patimur venit ex alto*) ὅτας γε (lege ὥστε) καὶ αὐτὸν ἐθαύμαζεν (ſcilicet Abaris) ὡς ἂν (malim ὡσανεὶ) Θεὸν ὑπερφυῶς. Ex eodem capite plura quoque ſuſtuli errata, alias cum ipſius Jamblichi nova editione proferenda. De calumniis, quibus aſperſus fuerit Pythagoras, locum Dionis Chryſoſtomi alibi annotavi.

Ἐθαυμάζετο αὐτός τε, καὶ οἱ συνόντες] Quantæ admirationi fuerint hominibus Pythagorei, etiam Iſocratis ævo, ex his ſuaviſſimi Rhetoris verbis in *Buſiride* intelligi datur: Καὶ τίνος ἂν οἷόν τε ἀπιστεῖν, (quæ ſcilicet de Pythagora prædicantur) ἔτι γὰρ καὶ νῦν τοὺς ἐκείνου μαθητὰς εἶναι, μᾶλλον σιγῶντας θαυμάζομεν, ἢ τοὺς ἐπὶ τῷ λέγειν μεγίστην δόξαν ἔχοντας. Ait, Eos qui ſe illo etiam ævo pro diſcipulis Pythagoræ geſſerint, majore in admiratione fuiſſe etiam dum tacerent, quam alios, qui vel maximam eſſent eloquentiæ gloriam conſecuti. Inde æſtimari probarique facile poſſe, quam libenter & adoleſcentes Pythagoram fuerint ſectati, & ſenes ſuos liberos cum eodem verſari cupiverint, adeo ut illius inſtitutioni etiam rei familiaris curam poſthabuerint. Eodem pertinet proverbium:

De numero ſunt Pythagoreorum: Τῶν Πυθαγορείων εἰσί: quod ſuo quoque ævo duraſſe ſcribit Jamblichus cap. 33. Porro ad æſtimationem auctoritatemque Pythagoræ maximam declarandam hoc quoque facit, quod in proverbium abiit: Αὐτὸς ἔφα: hoc eſt, *Ipſe dixit*. Cicero lib. I. *De Natura Deorum*: *Non tam auctores in diſputando, quam rationis momenta querenda ſunt. Quin etiam obeſt plerumque iis, qui diſcere volunt, auctoritas eorum, qui ſe docere profitentur. Definunt enim ſuum judicium adhibere; id habent ratum, quod ab eo, quem probant, judicatum vident. Nec vero probare ſoleo id, quod de Pythagoricis accepimus*: *quos ferunt, ſi quid affirmarent in diſputando, cum ex eis quæreretur, Quare ita eſſet? reſpondere ſolitos*, IPSE DIXIT. *Ipſe autem erat Pythagoras. Tantum opinio præjudicata poterat, ut etiam ſine ratione valeret auctoritas*, &c. S. Cyrillus lib. III. Comment. in Eſaiam, cap. 32. viro doctiſſimo Laurentio Humfredro Anglo Interprete: *Narrant moris fuiſſe, cum Pythagoræ diſcipuli loquerentur, interdum frigida, & ridicula, & multis incredibilia, illud dicere*, IPSE DIXIT: *h. eſt, ſile, & fidem adhibe dogmatis inventori, etiam citra examen*. &c. Diverſus nonnihil ab his abit Suidas, ſignificans, non Pythagoræ diſcipulos de magiſtro ſic dicere ſolitos, Αὐτὸς ἔφα; ſed ipſum Pythagoram de Deo. Hæc enim ſunt Lexicographi ejus verba: Αὐτὸς ἔφα. τοῦτο παροιμιακὸν ἐπὶ (forte λέγ) Πυθαγόρᾳ τῷ φιλοσόφῳ εἰσῆλθεν εἰς τὸν βίον. ὅτος γὰρ λέγειν τοὺς ἑαυτοῦ λόγον καὶ βίον, ἐν ταῖς ὁμιλίαις ἔλεγεν· Αὐτὸς ἔφα, ἀντὶ τοῦ, ἔφην. οὐκ ἐμὸς ὁ λόγος, ἀλλὰ τοῦ θεοῦ. Quod autem Eraſmus putat, morem hunc loquendi ſumpſiſſe Pythagoram ab Ægyptiis, rectius fortaſſe dixiſſet ab Hebræis, quorum Prophetis familiares ſunt hæ formulæ: *Hec dicit Dominus*: Item, *Os Domini locutum eſt*, &c.

Κύλων] De hoc Cylone, ejusque potentia, opibus, faſtu tyrannico, quomodo item & quare à Pythagora repulſam tulerit, adverſus quem propterea capitale concepit odium, quod aliis quoque conjuratis inſtillavit, vide & Jamblichum cap. 35. Idem tamen Jamblichus, Συβαειτῶν ἔξαρχον vocat Cylonem.

Τῇ τῶ πλέτῳ δυνάμῃ πρὸς ἰσχὺν ἀδικημάτων χρώμενος] Non eſt hæc χρῆσις, hoc eſt, legitimus uſus, ſed potius abuſus opulentiæ, quando ſecundum Iſocratem in *Paræneſi*: Ὁ πλέτος τῆ κακίας ὑπηρέτης ſit, qui κακοκαγαθίας eſſe debebat.

Ἀ πάντων, ἃ ἐδόκει καλὰ, ἑαυτὸν ἠξίε] Eſt hæc quidem nota magnanimi apud Ariſtotelem in *Ethicis*, ſeipſum ſummis quibusque honoribus ac præmiis dignum judicare. Non tamen quisquis hoc facit (poteſt autem etiam indignus) is pro magnanimo ſtatim habendus erit. Non certe iſte Cylo, quem tantum abeſt ut Pythagoras cenſuerit eſſe magnaminum, ut potius indignum judicarit, quem in diſcipulatum familiaritatemque admitteret.

Πρόσεισι] Videtur hic deeſſe orationi σύνδεσμος, & ſupplendum γὰρ.

Ibidem, Ἑαυτὸν ἐπαινῶν] Huc pertinet proverbium apud Suidam: Αὐτὸς αὐτὸν αὐλεῖ. Seipſum vero laudare atque extollere, φορτικὸν eſt, ἰδιωτικὸν eſt, invidioſum eſt, ineptum eſt, ſive id fiat à privatis hominibus, ſive etiam ab ipſis principibus ac regibus. Soleo equidem ridere, quoties illam βαρβαιωπλογίαν lego apud Herodotum lib. IV. in cippo, quem Darius ſibi ipſi erexit ad fontes Teari fluvii, cum hac epigraphe: VIR OPTIMUS ATQUE PULCHERRIMUS CUNCTORUM HOMINUM DARIUS HISTASPIS FILIUS. Rideo etiam Acamatium illum Heliopolitam, de quo ſcribit Suidas: Οὕτω ἰδιωτικῶς ἔσχεν, ὥστε οὐδὲν σεμνοῦν οὐδὲ ἐπιμηθῆναι τῶν ἐς λόγους ἡκόντων οἰκειοδήπους, ἠξίε καλεῖσθαι φιλόσοφος. Καὶ τῷ ὀνόματι τούτῳ πρὸς ἅπαντας ἑαυτὸν κατεμήνυε. καὶ οὐδὲ τῶν Ἡλιοπολιτῶν ἄλλῳ (forte ἄλλως) οὐδεὶς αὐτὸν ἐπῃνόμαζεν ἢ τὸν φιλόσοφον. τοῦτο μὲν νῦν ἄνε-

δος ἴσχε τ ἀνθρωπίνης ἀπαιδευσίας. παραγενόμενον δὲ ἡμῶν εἰς Ἠλιόπολιν, ἀπίβη τῷδε σχεδὸν τὸ πλάσμα τ Ἀνημμαίου φιλοσοφίας. ἠβούλετο δέ πις εἶναι κὴ τ ἰεροσκόπων. τοῦτο μέντοι συγγνώμης ἄξιον, ὅτι κὴ ὑπωσοῦν ἠδύνατο τοιαῦτα ὠφελαβεῖν, ἄλλως τε κὴ ὡς ἰδιώτης. Recte autem Cicero lib. 1. *de Officiis*: *Deforme etiam eſt de ſeipſo prædicare, falſa præſertim, & cum irriſione audientium imitari militem gloriosum*, &c. Non ſolum autem riſui, verum etiam odio haberi ſolent tales, qui ſuarum ipſimet laudum ſunt præcones. Etenim moleſte ferunt homines ſui ipſorum laudatores alios, quod exiſtiment, ſe ab ipſis accuſari, ſibique in comparatione quadam exprobari, quaſi illis dotibus ipſi careant, quæ aliis aſſunt. Simplicius Commentario Enchiridii Epicteti: Βαρύνται γὰρ οἱ ἄνθρωποι τοῖς ἑαυτὸς ἐπαινοῦσιν, ὡς αὐτοὶ διὰ τύπων ὑπ' αὐτῶν κατηγορούμενοι, κὴ ἀνειδιζόμενοι κατὰ σύγκρισιν. &c. Plutarchus tamen proprio hac de re ſcripto commentario docet, quo pacto quis ſeipſum citra invidiam laudare queat. Cæterum qualis hic & apud Jamblichum deſcribitur Cylo iſte, talem etiam æſtimare poſſumus fuiſſe L. Corn. Syllam, ὃς ἐπιλογισμὸν τ ἑαυτῷ πράξεων ποιήσας, Εὐτυχῆ ἑαυτὸν ὠνόμαζε κὴ ἔγραφε: ut eſt apud Suidam: ex quo hanc quoque juvat aſſcribere memorabilem hiſtoriam de Laberia & Sylla. Καί ποτε Λαβερία, Ῥωμαία γυνὴ ἐκ ἀφανῆς, ἐξόπισθεν τῷ Σύλλᾳ πορευομένη, ἐπιβάλλει τὴν χεῖρα, κὴ κροκίδα τῇ ἱματίῳ ἀπᾶ. τῷ δὲ ἐπιστραφέντι, Οὐδὲν δεινὸν, εἶπεν, Λεύκιε αὐτοκράτωρ· ἀλλὰ βούλομαι καίγω τ σῆς μικρὸν εὐτυχίας μεταλαβεῖν. τὸν δὲ ὑπερηδέως τε τῷ ῥητίνῃ, κὴ μετὰ μικρὸν ἀγαλέαν ταύτην γυναῖκα, τ Μετέλλης ἤδη τεθνηκύας.

Φυσιογνωμονήσας τὸν ἄνδρα] Habebat enim Pythagoras quaſi pro lapide Lydio in explorandis idoneis auditoribus ac familiaribus hanc artem, quæ ex lineamentis oris conjecturam de cujusque indole & animi moribus facit: ut ſupra dixit Malchus Num. 13. ubi vide Notas: & adde iſta ex Agellio lib. 1. c. 9. *Jam à principio adoleſcentes, qui ſeſe ad diſcendum obtulerant*, ἐφυσιογνωμόνει. *Id verbum ſignificat, mores naturasque hominum conjectatione quadam de oris & vultus ingenio, deque totius corporis filo atque habitu ſciſcitari. Eum, qui exploratus ab eo idoneusque fuerat, recipi in diſciplinam ſtatim jubebat, & tempus certum tacere.* &c. Adde etiam iſta ex Lud. Cœlio Rhodig. lib. 6. *Antiq. Lectionum* cap. 1. *Eſt autem phyſiognomia mantices pars ea, quæ ex ore omniumque corporis membrorum facie, motu, ac filo, hominum conjectat mores*, &c. *In eo genere ſunt metopoſcopi, quos ex facie addivinantes Plinius interpretatur.*

Ἐν τῇ Μίλωνος οἰκίᾳ] Recte Μίλωνος. Rejicula ergo eſt ſcriptura Jamblichi cap. 35. Μύλωνος. Nec melior vel Diogenis Laërtii, Μύλωνος: vel tranſſcriptoris ejus Suidæ, Μήλωνος. De hoc celeberrimo athleta, ejusque diſcipulatu Pythagoræ; itemque inuſitato & quaſi Samſonio robore, atque interitu, memorabilia ſunt quæ ſcribit Strabo lib. VI. cujus ipſa verba ſubjicio: Καὶ Μίλων, ἐπιφανέστατος μὲν τ ἀθλητῶν γεγονὼς, ὁμιλητὴς δὲ Πυθαγόρᾳ, διατρίψαντος ἐν τῇ πόλει (Κρότωνι) πολὺν χρόνον. φασὶ δὲ ἐν τῷ συσσιτίῳ ποτὲ τ φιλοσόφων πονήσαντος γύλα, τὸν Μίλωνα ὑποδύνα σῶσαι ἅπαντας, ὑποπιάσαι δὲ ἑαυτόν. τῇ δ' αὐτῇ ῥώμῃ πεποιθότα εἰκὸς κὴ τὴν ἰσορμοῦσαν ὑπό τινος εὐρέαν καταγράφειν τὸ βίβ. λέγεται γὰρ ὁδεύων ποτὲ δι' ὕλης βαθείας, παραβῆναι τὴν ὁδὸν ἑπαλέον. εἶθ' εὑρὼν ξύλον μέγα ἐσφηνωμένον, ἐμβαλὼν χεῖρας ἅμα κὴ πόδας εἰς τὴν διάσπασιν, βιάζεσθαι ὡς τὸ διασπᾶσαι πλέον. τοσοῦτον δ' ἰσχύσαι μόνον, ὡς ἐκπεσεῖν τὰς σφῆνας, εἶτ' εὐθὺς συμπεσεῖν τὰ μέρη τοῦ ξύλου· ἁλῶναι δ' αὐτὸν ἐν τοιαύτῃ παγίδι θηρεύτου γενέσθαι. Ne Rejicula ergo eſt ſcriptura Jamblichi cap. 35. Μύλωνος. Nec melior vel Diogenis Laërtii, Μύλωνος: vel tranſſcriptoris ejus Suidæ, Μήλωνος. De hoc celeberrimo athleta, ejusque diſcipulatu Pythagoræ; itemque inuſitato & quaſi Samſonio robore, atque interitu, memorabilia ſunt quæ ſcribit Strabo lib. VI. cujus ipſa verba ſubjicio: Καὶ Μίλων, ἐπιφανέστατος μὲν τ ἀθλητῶν γεγονὼς, ὁμιλητὴς δὲ Πυθαγόρᾳ, διατρίψαντος ἐν τῇ πόλει (Κρότωνι) πολὺν χρόνον. φασὶ δὲ ἐν τῷ συσσιτίῳ ποτὲ τ φιλοσόφων πονήσαντος γύλα, τὸν Μίλωνα ὑποδύνα σῶσαι ἅπαντας, ὑποπιάσαι δὲ ἑαυτόν. τῇ δ' αὐτῇ ῥώμῃ πεποιθότα εἰκὸς κὴ τὴν ἰσορμοῦσαν ὑπό τινος εὐρέαν καταγράφειν τὸ βίβ. λέγεται γὰρ ὁδεύων ποτὲ δι' ὕλης βαθείας, παραβῆναι τὴν ὁδὸν ἑπαλέον. εἶθ' εὑρὼν ξύλον μέγα ἐσφηνωμένον, ἐμβαλὼν χεῖρας ἅμα κὴ πόδας εἰς τὴν διάσπασιν, βιάζεσθαι ὡς τὸ διασπᾶσαι πλέον. τοσοῦτον δ' ἰσχύσαι μόνον, ὡς ἐκπεσεῖν τὰς σφῆνας, εἶτ' εὐθὺς συμπεσεῖν τὰ μέρη τοῦ ξύλου· ἁλῶναι δ' αὐτὸν ἐν τοιαύτῃ παγίδι θηρεύτου γενέσθαι.

Πεπόρευτο] Legendum, Ἐπεπόρευτο.

Ibidem, περιπετὴ γενόμ.] Apud Jamblichum cap. 30. ubi eadem de re iisdem fere verbis agitur, editum eſt, περιπαθὴ γενόμ. Sed περιπετὴ utrobique legendum puto. Περιπετὴς eſt qui incidit. Suidas: Περιπετὴ γενέσθαι, περιπεπτωκέναι (lege

(lege περιπτωκείαν) πλήρη. Et paulo ante : περιπτεῖς, περιπίπτοντες. Idemque Suidas : Περιπτὲς ἔγχος, quod eſt apud Sophoclem Ajace, exponit, περιπτηγὸς αὐτῷ, ἤγουν, ᾧ περίπεσοι ὁ Αἴας. Inde & περιπτεια, hoc eſt, *ſubitus & inopinatus caſus*. Suidas : Περιπέτεια, περίπτεια, ἡ σύμπτωμα, ἡ σύμβασις. De eodem horrendo morbo & morte Pherecydis, deque Pythagoræ fide erga ipſum, & officioſa curatione, & humatione, quam magiſtro ſuo præſtitit, ſupra quoque dictum eſt.

Πάνυ παυσαχῆ συνέπεσαν] Oratio ἀνακόλουθον habet: niſi quis dicat omiſſam ab librario particulam ὡς, vel ὅπ, ante πάνυ. Præceſſit enim Parentheſin, οἱ μὲν φασι. Quare ſequi debebat infinitivus ἐμπεσεῖν, vel indicativa oratio, ſed non ſine ὡς, aut ὅπ. Hæc de lectione conſtituenda. Ad rem ſeu hiſtoriam ipſam quod attinet, hujus incendii, quo domus, in qua ſodalitium Pythagoricorum fuerat congregatum, una cum ipſis exuſta ſit, multi meminerunt auctores. Diogenes Laërtius pag. 591. Ἐπλεύσε δ' ὅ Πυθαγόρας τὴν τὸν τρόπον. συνεδρεύοντος μετὰ τῶν συνήθων ἐν τῇ Μύλωνος (ſcribendum Μίλωνος, ut apud Malchum) οἰκίᾳ τινὶ, ὑπὸ τῶν μὴ παραδοχῆς ἀξιωθέντων (his verbis indicatur Cylo, de quo Jamblichus & Malchus ut notabam ad Num. 55.) διὰ φθόνον ὑποπεσεῖν τὴν οἰκίαν συνέβη. Addit deinde, à quibusdam traditum, ipſos Cronatiatas ignem ædibus injeciſſe, quod metuerent, ne tyrannidem affectarent Pythagorici : qua in ſententia & Trogus Pompejus fuit, ut ex Epitomatore ipſius Juſtino videre eſt lib. xx. *Trecenti ex juvenibus cum ſodalitii jure ſacramento quodam nexi ſeparatam à cæteris civibus vitam exercerent, quaſi cætum clandeſtinæ conjurationis haberent, civitatem in ſe converterunt, quæ eos, cum in unam domum convenisſent, cremare voluit. In quo tumultu* LX. *ferme periere ; cæteri in exilium profecti.* Vide & Polybium lib. 11. hiſtoriarum, pag. 126. Edit. Caſauboni (quo pretioſiſſimo munere me Vir Clariſſimus liberaliter donavit : μεγάλη χάρις αὐτῷ) ubi innuit, plura etiam collegia fuiſſe incenſa : niſi quis τὰ συνέδρια de una capaci domo (quam ὁμωκήϊον alibi Malchus & Jamblichus nominant) intelligere malit. Verba graviſſimi auctoris ſunt: Καθ' ὃς γὰρ καιρὸς ἦν τοῖς κατὰ τὴν Ἰταλίαν τόποις, κατὰ τὴν Μεγάλην Ἑλλάδα τότε περιεργορευομένην, ἐνέπρησε τὰ συνέδρια τῶν Πυθαγορείων. μεθ' ἃ παῦλα δὲ γενομένη κινήματος ὁλοχερὴς περὶ τὰς πολιτείας, ὅπερ εἰκὸς, ὡς ἂν τῶν πρώτων ἀνδρῶν ἐξ ἑκάστης πόλεως ὄντων παραλόγως διαφθαρέντων, συνέβη τὰς κατ' ἐκείνους τοὺς τόπους ἑλληνικὰς πόλεις ἀνατεθραφθῆναι φόνῳ καὶ ταραχαῖς καὶ παντοδαπῆς περιοχῆς· ἐν οἷς καιροῖς δὴ τῶν πλείστων μερῶν τῆς Ἑλλάδος πρεσβευόντων ἐπὶ τὰς διαλύσεις, Ἀχαιοῖς καὶ τῇ τούτων πίστει συνέχρησαν πρὸς τὴν τῶν περιόντων κακῶν ἐξαγωγήν. Aſteriſcus appoſitus poſt περιεργορευομένην, indicat, aut deeſſe aliqua verba, quis ſcilicet fuerit incendii auctor, aut pro συνέπεσαν legendum συνεπέσθη. Jamblichus dicto capite 35. duos tantum ex illo incendio elapſos ſcribit, Archiphum & Lyſidem (quos & Malchus hic nominat) cæteros autem concrematos periiſſe. Ἐν τῇ Κρότωνι συνεδρευόντων Πυθαγορείων, καὶ βουλευομένων περὶ πολεμικῶν πραγμάτων, ὑφάψαντες τὴν οἰκίαν, κατέκαυσαν τοὺς ἄνδρας, πλὴν δυοῖν, &c. Plus etiam dicit Auſonius Idyllio xv. ſcholam totam iſto incendio abſumptam fuiſſe :

Vive, & amicitias ſemper cole : Crimen ob iſtud
Pythagoreorum periit ſchola tota Sophorum.

Sed hoc ποιητικώτερον καὶ ὑπερβολικώτερον ita ſcriptum accipimus. Cave autem putes, de hac ipſa Cylonia conjuratione adverſus Pythagoreos accipiendum eſſe, quod ſcribit Cicero lib. 11. *de Legibus* : *Athenienſes Cylonio ſcelere expiato, ſuadente Epimenide Crete* (quem Pythagoræ fuiſſe diſcipulum ſupra dictum eſt) *fanum feciſſe Contumeliæ & Impudentiæ* : (quod tamen factum reprehendit ibidem Cicero, ut vitioſum, cum virtutes non

vitia, deceat conſecrare.) Longe enim diverſus ab hoc Crotoniata fuit ille Cylo Atticus Olympionica & tyrannidis in ſuos cives affectator: de quo vide Thucydidem lib. 1. & Adrianum Turnebum Commentario in Ciceronem dicto loco lib. 11. *de Legibus.*

Αὐτὸ τε] Putabam aliquando legendum αὐτόθι. Sed hoc retractavi, quam primum ad Jamblichum recurrens dicto capite 35. (quæ hinc deſumpta eſſe liquet) ibi legi, αὐτοί τε: neque hoc tantum, ſed etiam quædam Malcho deeſſe animadverti, & pro καπέλευσαν reponendum καπελεύθησαν. Verba Jamblichi ſunt: Τότε δὴ δὴ οἱ ἀπηνωδέντες ἀπ' αὐτῶν, (δηλονότι τῶ Πυθαγορείων) καὶ ζηλιτευθέντες ἐπέζευτο αὐτοῖς, καὶ πάντως παντάχη ἐνέπηγνον, αὐτοί τε ὑπὸ τῶ Ἰταλιωτῶν καπελεύθησαν ἐπὶ τούτῳ, καὶ ἐξερρίφησαν ἄταφοι. Ubi hoc in ſumma dicit Jamblichus: Quamvis Pythagorei ex inſidiis oppreſſi & nefarie exuſti ſint ab illis; quos à ſuo commercio velut indignos repulſos notatosque in ſe proritarant, tamen non inultos mortuos eſſe: quippe cum contigerint vindices necis ipſorum Italiotæ, qui incendiarios illos Pythagoreorum obruerint lapidibus, atque inſepultos abjecerint, ἐλώεια πύξαντες κύνεσσιν, ut cum Homero loquar. Hic quare infarcire Interpres voluerit illa, quorum in Græco textu nec vola nec veſtigium apparet, (*hominibus impudicis Græcisque, Italiotis dictis, quod Italiam incolerent*) equidem plane non capio. Et qui tantæ contumeliæ nota inurendi ſint, ut impudici homines vocentur, quos veriſimile eſt non minus omnis honeſtatis, ſanctitatis, pudoris virtutisque cultores, quam Pythagoræ & ſectatorum ejus ſtudioſos fuiſſe, quod ultione necis ipſorum ſatis ſuperque declararunt?

Ἀρχίππᾳ τε καὶ Λυσίδι] Duorum iſtorum Pythagoræ auditorum S. Hieronymus quoque junctim meminit Apologia adverſus Ruffinum: & quidem utrumque Thebis ſcholas habuiſſe ſcribit. Alii tamen Archippum Thebas perveniſſe negant.

Ἐπαμινώνδᾳ τε συγγένεσθαι, καὶ παιδεύσαι.] Lyſidem Pythagoreum Thebas veniſſe, & Epaminondæ doctorem fuiſſe, præter Diogenem Laërtium (cujus ſunt iſta lib. VIII. p. 571. Λυσίδος τε Ταραντίνου Πυθαγορικοῦ φυγόντος εἰς Θήβας, καὶ Ἐπαμεινώνδᾳ καθηγησαμένου.) teſtatur & Jamblichus cap. 35. qui quidem addit, in tanto honore habitum ab ſuo diſcipulo, ut patrem quoque appellare ſolitus ſit. Οὗπερ ἐγένετο Ἐπαμινώνδας ἀκρατὴς, καὶ πατέρα τὸν Λύσιν ἐκάλεσεν. Cicero de eodem Lyſide & Epaminonda extremo lib. 1. *de Officiis. Atque illi quorum ſtudia vitaque omnis in rerum cognitione verſata eſt, tamen ab augendis hominum utilitatibus & commodis non receſſerunt: nam & erudiere multos, quo meliores cives utilioresque rebus ſuis publicis eſſent, ut Thebanum Epaminondam Lyſis* (ita legendum non Lyſias, ut eſt in quibusdam editionibus) *Pythagoreus, Syracuſium Dionem Plato, multique multos.* Idem lib. III. *de Orat. Aliisne artibus* (ſcilicet quam doctrinis omnibus) *Pythagoreus ille Lyſis Thebanum Epaminondam inſtituit, haud ſcio an ſummum virum omnis Græciæ?* &c. Meminit ejusdem Lyſidis etiam Cornelius Nepos (qui vulgo Æmilius Probus) in vita Epaminondæ: *Philoſophiæ*, inquit, *præceptorem habuit Lyſim* (in MSC. quibusdam eſt, Lyſiam, non recte. Alius enim Lyſias Orator Athenienſis; alius Lyſis Philoſophus Pythagoricus) *Tarentinum Pythagoreum: cui quidem ſic fuit deditus, ut adoleſcens triſtem & ſeverum ſenem omnibus æqualibus, ſuis in familiaritate antepoſuerit: neque prius eum a ſe dimiſerit, quam doctrinis tanto anteceſſit condiſcipulos, ut facile intelligi poſſet, pari modo omnes in cæteris artibus ſuperaturum.* &c. Habent in hoc præſtantiſſimo fortiſſimoque Thebanorum duce (qui pro patria quoque in prælio ad Mantineam occubuit, & cum quo Thebarum gloria occidit) habent, inquam, viri principes quod imitentur: tum ut exiſtiment, literarum & Philoſophiæ ſtudia ſuo ordine haud quaquam eſſe indigna:

tum ut grati ſint erga ſuos doctores, eos que patrum habeant loco, memores illius quoque, qui dicebat, plus etiam deberi præceptori quam patri, quod per hunc vitam ſolummodo acceperimus; illius vero beneficio atque inſtitutione etiam honeſtam vitæ degendæ rationem didicerimus. Quam bene autem & feliciter fideliterque inſtitutus a Lyſide fuerit Epaminondas, Theanorem Simmiæ referentem introducit Plutarchus lib. *de Dæmonio Socratis*: Καὶ μέν τοι καὶ συμβαλὼν ἔωθεν Ἐπαμινώνδᾳ, καὶ τὸν τρόπον ἀκέσας, ᾧ χάψειε Λύσιν, ἐπύθου, ὅπη καλῶς ἄχθοιτ' ἂν ἀπορρήτων πεπαιδευμένος ὑπ' ἐκείνου ἀνδρὸς εἴη, καὶ χρῶτο τούτῳ δαίμονι πρὸς τὸν βίον, εἰ μὴ κακὸς ἐγὼ πεπείρασαι τῷ ταλῶ τὸν κυβερνήτην. εὐρεῖαι μὲν γὰρ ἀτραπαὶ βίων, ὀλίγαι δὲ, αἳ δαίμονες ἀνδρώπους ἄγουσιν. &c. Habuit porro ille princeps Græciæ inter alia inſtituta Pythagorica hoc quoque, quod præclare fidibus cecinit: ut de eo teſtatur Cicero proœmio 1. *Tuſcul.* Nec mihi temperare poſſum, quin hic exemplum referam inſignis fidei atque obſervantiæ pactorum, quod de hoc ipſo Lyſide proditum eſt literis ac memoriæ. Eſt autem hiſtoria talis: Erat Lyſidi familiaris quidam, Euryphamus Syracuſanus, cui templum Junonis aliquando adorationis gratia petenti, ipſe ab eodem jam perfecto cultu egrediens, circa veſtibulum templi forte occurrit. Jubet Euryphamus, paulisper ut præſtoletur Lyſis reditum ſodalis, donec & ipſe eundem cultum abſolviſſet. Annuit ei Lyſis, & ſedile quoddam lapideum, quod ibi erat, occupat. Quid fit? Euryphamus in templo profundioribus immerſus meditationibus, Lyſidis oblitus, alia porta & parte templi egreditur, domum repetens, Lyſide in altera parte relicto. At Lyſis, memor pacti, ſeu conſtituti, quod cum ſodali habebat, ibidem perſeverans, nec ſe loco movens quoquam, non ſolum illius diei reliquum, ſed & noctem inſequentem, & majorem proximi diei partem exegit, ſodalis reditum expectans, adeoque etiam diutius ibidem permaniſſet, niſi Euryphamus, tandem ipſius in memoriam atque ad ſe rediens, eum abduxiſſet. Cum enim poſtridie Lyſis in auditorio communi a cæteris ſodalibus deſideratus fuiſſet, ibi demum Euryphamus ipſius recordatus, quid ſibi in templo Junonis contigiſſet, retulit, & ad Lyſidem reducendum profectus, eodem in loco eum invenit aſſidentem, quo reliquerat. Cui oblivionem ſuam excuſans, hanc ipſam, inquit, Deum mihi quispiam idcirco immiſit, ut hac occaſione tua in ſervanda pactorum fide conſtantia probaretur. Deſcribit hoc σύμβαμα Jamblichus cap. 30. ſed & lectio ibi depravata eſt (pro συνήκας enim editur, συνεχὰς) & multo magis peccat diſtinctio, quæ & interpreti impoſuit, ut diverſas periodos confundens, conjungeret non copulanda.

Διηκιάρχος] Vide Notam ſuperiorem, ad Num. 18. Num. 56.

Τῶν δὲ ἑταίρων ἀφῆρες μὲν πεπαρόντα] Eundem numerum XL. reperio etiam apud alios: ut Diogenem Laërtium pag. 592. Οὕτω δὲ καὶ τὰς τελείας τῶν ἑταίρων ὡσεὶ δι' ἀφαιρήσεως, ὅτας ὡσὶς πεπαρόντα. An ergo apud Juſtinum quoque mutandus eſt numerus, & pro LX. reſcribendum. XL. inverſis tantum literis numeralibus? Ita putarem, niſi vidiſſem, apud Joannem Saresberienſem lib. VII. *Policratici*, ſeu *de Nugis Curialium* cap. IV. ubi ille Juſtini locus refertur, plene & per conſequentiam literarum ſcriptum, *Sexaginta*. Apud eundem compilatorem, pro illo ſeculo ſatis eruditum, & Pontificis Romani familiarem, legitur, *ſodalitii juris*: pro quo apud Juſtinum hodie in editis lib. VI. eſt *ſodalitii jure*. Eſt autem illa Saresb. lectio fortaſſe non contemnenda, & ex ea etiam apud Juſtinum ita reſcribendum, ut intelligamus, *Sodalitium jus* adjective dictum, & ſacramentum quoddam juris ſodalitii, οἱονεὶ τὸν ὅρκον τῆς ἑταιρικῆς δικαίας, ut Græci talem neceſſitudinem vocarent.

Τὸ μὲν πρῶτον] Sequi debet, εἰς Καλλιαν τὸν ὅρκον: quæ verba inter impri-

mendum & corrigendum ſunt omiſſa. Suidas, Καυλωνία, χώρα. Malchus hic ὅρμον, hoc eſt, *portum* vocat. Stephanus tres hoc nomine urbes ponit: Unam in Italia: Alteram in Locrorum regione: Tertiam in Sicilia. Ab Hecatæo autem ait fuiſſe Αὐλωνίαν dictam.

Ἐπὶ τοῖς ἰδίοις νόμοις ἀδὲν ἔχομεν ἐγκαλεῖν] Ut hic Locrenſes in ſuis legibus nihil deſiderant aut reprehendunt, ideoque eas a Pythagora mutari nolunt: ita ingenium eſt plerorumque omnium hominum: ſuas unaquæque gens & natio & civitas leges, ſuos ritus, ſuos mores, ſua inſtituta pro optimis habet, aliisque omnibus præfert. Præclare Herodotus *Thalia*, ſeu *Muſa* 3. *Si quis* (inquit) *univerſis hominibus præbeat facultatem optima ex ex omnibus legibus eligendi, profecto cunctas unusquisque rimatus, ſuas eligeret.* Addit deinde, *Patrios ritus non ſolere niſi a dementibus ludibrio haberi*: idque inter alia eſſe ait documento, Cambyſem vehementer inſaniiſſe. Ita quoque de ſuis legibus unumquemque ſentire, & usque adeo hic etiam ſuum cuique pulchrum eſſe, probat cum hiſtoria quadam Darii, tum teſtimonio Pindari ſapientiſſimi. Hiſtoria talis eſt, (quam & Origeni placuit inſerere lib. v. contra Celſum pag. 261.) *Darius accitos, qui in ſua ditione erant, Græcos percontatus eſt, quantum pecuniæ mereri vellent, ut defunctis parentibus veſcerentur; illis negantibus, ulla ſe pecunia hoc eſſe facturos, Darius dehinc Græcis præſentibus, & quæ dicebantur, per interpretem diſcentibus, interrogavit eos Indos, qui Callatiæ nominantur, qui veſcuntur parentibus, quantum accipere pecuniarum vellent, ut parentes defunctos igne comburerent. Indi vehementer reclamantes, meliora illum ominari jubebant. Atque ita moribus comparatum eſt.* Deinde Pindaricum teſtimonium hoc eſt apud Herodotum & Origenem dictis locis: recte mihi videtur Pindarus feciſſe, ut diceret, *Legem omnium eſſe regem.* Ubi non recte Latinus Interpres *morem* vertit. Græca enim ſic habent: Καὶ ὀρθῶς μοι δοκεῖ Πίνδαρος ποιῆσαι, Νόμον πάντων βασιλέα φήσας εἶναι. Plenius refert ſententiam Thebani illius Lyrici Clemens Alexandrinus *Stromat.* 1. pag. 154. & *Stromat.* 2. pag. 158. Νόμος ὁ πάντων βασιλεὺς, θνατῶν τε καὶ ἀθανάτων, ὡς ὁ Βοιώτιος ᾄδει Πίνδαρος. Nec dubium mihi, quin Chryſipus in ſua legis definitione, quam refert Marcianus in l. 11. *Digeſt. de Legibus*, ad illa Pindarica reſpexerit, cum ait: Ὁ νόμος πάντων ἐστὶ βασιλεὺς, θείων τε καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων. &c. Similiter & Jamblichus *in Protrept.* cap. 7. pag 41. Νόμον vocat ἄρχοντα καὶ κύριον: cum iſta ſcribit: Πάντες γὰρ ὁμολογοῦμεν, ὅτι δεῖ μὲν τὸν ἀνδριάντα ἄρχειν, καὶ τὸν τὴν φύσιν κρατίστην, τὸν δὲ νόμον ἄρχοντα καὶ κύριον εἶναι μόνον. Mirum vero cur ita Locrenſes hic dicantur averſati fuiſſe Pythagoram, ut palam profeſſi fuerint, ſe in ſuis acquieſcere legibus, nec pati velle eas ab ipſo reformari aut corrigi: cum tamen per Zaleucum ipſis leges tuliſſe Pythagoras ab aliis perhibeatur. Ita enim diſerte Jamblichus cap. 30. Νομοθέτην πάντων ἄριστοι γενόμενοι οἱ Πυθαγόρειοι πρῶτον μὲν Χαρώνδαν ὁ Καταναῖος· ἔπειτα δὲ Ζάλευκος, καὶ Τιμάρατος, οἱ Λοκροῖς γράψαντες τοὺς νόμους. Vide quoque eundem Jamblichum cap. 7. & 27. Et Senecam Epiſt. 91. *Zaleuci leges Charondæque laudantur. Hi non in foro, nec in Conſultorum atrio, ſed in Pythagoræ tacito illo ſanctoque ſeceſſu didicerunt jura, quæ florenti tunc Siciliæ & per Italiam Græciæ ponerent*, &c. Fortean ita hæc poterunt conciliari, ſi dicamus, primo quidem æquis animis paſſos Locrenſes ſibi a Pythagoræ auditore Zaleuco leges imponi: ſed poſtea illis jampridem receptis in uſum ac mores, ab omni earum mutatione, utpote quæ rebus publicis plerumque noxia ſit, ſæpe etiam ξενατηφόρους, alienos fuiſſe: cumque a Pythagora adventante ſibi metuerent, ne quid in legibus innovaret, rogaſſe ipſum, ut ſe miſſos faceret, ſuisque uti legibus, quibus jam aſſueviſſent, pateretur.

KUM. Ἀλυπήσαντα ἑαυτὸν τῷ βίῳ ἐξαγαγεῖν] Si vera hæc eſt hiſtoria de Pythagoræ exitu, qui præ mœrore animi ſemetipſum rebus humanis extraxerit (quam εὔλογον ἐξαγωγὴν vocabant Stoici, exiſtimantes, licere cuique cum non amplius liberet vivere, ſibimet ipſi vitam finire) tum vero contra ſuum ipſius præceptum fecit, quod erat: *Piis omnibus retinendum eſſe animum in cuſtodia corporis, nec injuſſu ejus Imperatoris, a quo ille datus eſt, ex hominum vita cuiquam migrandum eſſe, ne minus a Deo ſibi aſſignatum defugiſſe videatur*: ut eſt apud Ciceronem *Cat. Maj.* & 6. *de Republica*, & Macrobium lib. 1. cap. 13. De quo illuſtri præcepto Pythagoræ, τῇ αὐτοχειρίᾳ oppoſito, alibi non indiligenter commentatus ſum.

Οὔτε γὰρ τῷ Πυθαγόρᾳ σύγγραμμα ἦν] Puto legendum ἔτι γάρ. Pythagoram vero nullum reliquiſſe poſteritati proprium ab ſe ſcriptum opus, alii quoue teſtantur auctores: quamvis eos διαπαίζοντας vocet Diogenes Laërtius, pag. 157. eosque refellat auctoritate Heracliti, qui Pythagoræ imitatione tria ſcripſerit opera: Σοφίην, πολυμαθίην, κακοτεχνίην. Inter cætera ſic ait: Ἔνιοι μὲν οὖν Πυθαγόραν μηδὲν ἐν καταλιπεῖν σύγγραμμα φασι, διαπαίζοντες. &c. Sic Lucianus in Defenſione errati in ſalutando admiſſi, mihi Tom. 3. pag. 198. Ὁ μὲν γὰρ Θεσπίσιος Πυθαγόρας, εἰ καὶ μηδὲν αὐτὸς ἴδιον καταλιπὼν τῶν αὐτοῦ κτίσεων, Ὀκέλλῳ τῷ Λευκανῷ, καὶ Ἀρχύτᾳ, καὶ τοῖς ἄλλοις ὁμιληταῖς αὐτοῦ πικμήρεσι, &c. Quod ſi ita eſt, qui potuit Plato, ſive juſſu hujus, Dion Syracuſanus, tres ejus libros centum minis mercari? qua de re Jamblichi locus eſt, (ſimul corrigendus ſemel atque iterum) cap. 31. Θαυμάζεται δὲ καὶ ὁ τῆς φυλακῆς ἀκρίβεια. οὐ γὰρ τοσαύταις γενεαῖς ἐτῶν ὕστερος ὢν φαίνεται τῶν Πυθαγορείων ὑπομνημάτων ὡς ἐπιτυχὼν (lege ὡς ἐπιτυχὼς) ὑπὸ τῆς Φιλολάου ἡλικίας· ἀλλ' ὃς (lege ὃς, deleto ἀλλ') πρῶτος ἐξήνεγκε τὰ θρυλλούμενα παῦτα τρία βιβλία, ἃ λέγεται Δίων ὁ Συρακούσιος ἑκατὸν μνῶν πρίασθαι, Πλάτωνος κελεύσαντος, εἰς πενίαν τινὰ μεγάλην τε καὶ ἰσχυρὰν ἀφικνουμένου (lege ἀφικομένου) τῷ Φιλολάου, ἐπειδὴ καὶ αὐτὸς (Dion, inquit Arcerius: imo, inquam, Philolaus. Peccat hic alia quoque Latinus Interpres) ἦν ἀπὸ συγγενείας τῶν Πυθαγορείων, καὶ διὰ τοῦτο μετέλαβε τῶν βιβλίων. Ait Jamblichus, Philolaum tria celeberrima Pythagoræ opera conſecutum jure cognationis, in quæ diu in arcanis habita nemo extraneus Philoſophiæ Pythagoricæ incidere potuerit, tandem paupertatis onere miſero & gravi preſſum vendidiſſe Dioni Platonis amico atque proxenetæ. Idem teſtatur Diogenes Laërtius lib. VIII. pag. 577. Μέχρι δὲ Φιλολάου οὐκ ἦν τι γνώριμα Πυθαγόρειον δόγμα. ὅτος δὲ μόνος ἐξήνεγκε τὰ διαβόητα τρία βιβλία· ἃ Πλάτων ἐπέστειλεν ἑκατὸν μνῶν ὠνηθῆναι. Trium iſtorum Pythagoræ operum meminit quoque idem Diogenes p. 170. Γέγραπται δὲ τῷ Πυθαγόρᾳ συγγράμματα γ'. παιδευτικὸν, πολιτικὸν, φυσικόν: unde ſimul & argumentum ſingulorum facile fuerit conjicere. Ac phyſici quidem operis Pythagoræ (cujus exordium ponit Diogenes dicto loco) partem unam egiſſe de herbarum viribus, colligo ex Plinio lib. XXV. cap. 2. *Ab Homero Pythagoras clarus ſapientia, primus volumen de Herbarum effectu compoſuit, Apollini Æſculapioque, & in totum Diis immortalibus inventione & origine aſſignatâ.* Vide eundem Plinium lib. XXIV. cap. 17. Aut quomodo carmina illa, quæ χρυσᾶ ἔπη Πυθαγόρου inſcribuntur, Pythagoram poſſunt habere auctorem, ſi is nullum reliquit opus?

Ἐκφυγόντες Λύσις τε καὶ Ἄρχιππος] Plutarchus *de Dæmonio Socratis*, pro Archippo Philolaum nominat, in quo a Jamblicho pariter & Malcho diſſentit, ſicut etiam de loco hujus incendii, quod Metaponti vult contigiſſe, non Crotone. Ecce ejus verba: Ἐπεὶ γὰρ ἐξέπεσον αἱ κατὰ πόλεις ἑταιρίαι τῶν Πυθαγορικῶν τότε κρατηθέντων, τοῖς δ' ἔτι συνεσῶσιν ἐν Μεταποντίῳ συνεδρεύουσιν ἐν οἴκῳ, πῦρ οἱ Κυλώνειοι (quædam editiones perperam habent Κυκλώνειοι, & mox Κυκλωνείαν) ἐπείνη-

σιν, καὶ διέφθειραν ἐν τούτῳ πάντας, πλὴν Φιλολάου καὶ Λύσιδος, νέων ὄντων ἔτι, ῥᾳθυμίᾳ καὶ κακότητι διωτυμένων τὸ πῦρ. Φιλόλαον μὲν εἰς Λευκανὸς φυγὼν, ἐκεῖθεν ἐσώθη πρὸς τοὺς ἄλλους φίλους, ἤδη πάλιν ἀθροιζομένους καὶ κρατοῦντας τῶν Κυλωνείων. Λύσις δὲ ὅπως γέγονεν, ἠγνόηται πολὺν χρόνον. &c. Sequuntur ibi quædam de Lysidis jam defuncti dæmonio. Philolai autem hujus mentionem facit Diogenes Laërtius lib. VIII. pag. 577. Μέχρι δὲ Φιλολάου ἐκ ἦν παραλαβεῖν Πυθαγόρειον δόγμα. ὅτος δὲ μόνον ἐξήνεγκε τὰ διαβόητα τρία βιβλία, ἃ Πλάτων ἐπίστειλεν ἑκατὸν μνῶν ἐωνῆσθαι. Hujus est illa de animæ in corpus luendorum suppliciorum causa, immissione, nobilis, sed falsa sententia, ad quam & Cicero in libro *de Consolatione* allusit: Ὅτι διά τινας ποινὰς ἡ ψυχὴ τῷ σώματι συνέζευκται, καθάπερ ἐν σήματι τούτῳ τεθαπται: quam auctoritate veterum Theologorum & vatum comprobat. Vid. Clementem Alexandrinum 3. *Stromat.* pag. 186.

Ὅσοι ἀποδημοῦντες ἐτύγχανον] Jamblichus: Τινὲς ἐν ἀποδημίαις τότε τυχόντες. Quod Arcerius vertit: *Nonnulli in aliis nationibus tum versati.* Rescribo: ἐν ἀποδημίαις, vertoque, *tunc peregrinati.*

NUM. 58. Ἐξ ἀνδρῶπων ἀπώλοντο] Hinc redintegrandus Jamblichus, apud quem deest ἀπόλοιτο: quod verbum proinde ei restituendum quasi interdicto unde vi, seu mavis, ex canone *redintegrandæ.*

Συναγαγόντες] Apud Jamblichum est, συναλίσαντες. Verbum elegans, συναλίζεσθαι, quo & S. Lucas utitur *Actorum* 1. v. 4.

Καταλειπεν ἕκαστος] Apud Jamblichum est, καταλιπὸν ἕκαστος, ὃ ἐτύγχανον. τελευτῶν ἐπισκήψ. &c. Sed corrigenda illa sunt ex præsente loco Malchi ad hunc modum: Καταλιπὼν ἕκαστος ὃ ἐτύγχανε τελευτῶν, ἐπισκήψαντες. &c.

Μηδενὶ δῶναι] Apud Jamblichum est, διδομέναι, hinc corrigendum.

Μέχρι πολλοῦ χρόνου] Jamblichus: Μέχρι παμπόλλου χρόνου. Eodem capite 35. pro ἐπεὶ δὲ μόνοις ἐτύγχανε τοῖς μαθηταῖς: legendum moneo, ὡς ἐτύγχανε. Et mox: ὅσων ὑπὲρ τελαυτήσας, addenda est particula ἢ post ἦσαν. Eod. cap. Ἐξεβράγη τὸ σωπώμενον μῖσος, legendum σωπώμενον: ut pueri didicimus. Et, Οὐ προσήκειν αὐτὰς λέγειν: reponendum ἐᾶν, pro ἐάν. Et pro πιφεῖσιν, legendum πιφειῶσιν. Ibidem mox pro ἀναχρᾶπται, non διαχρᾶπται, sed ἀπαχρᾶπται repono. Et mox ibidem: ὃ φάσκουσι δεῖν ἐκ τὰς παῖδας ἀπὸ τῶν γονέων διαπᾶν: absit, ut cum Arcerio legamus φάσκουσιν; sed verum est, ὃ φάσκοιτες. Puto etiam, pro συνεφυμάδευσι rescribendum συνεφυμάδευσαν. Verum hæc quasi in transcursu. Aliud erit tempus, cum totum Jamblichum serio repurgatum dabimus, nisi ab alio quopiam hic quoque præveniamur, quod in aliis istiusmodi cœptis jam olim non raro nobis contigit.

Φησὶ Νικόμαχον] Nicomachum hunc inter alios Philosophos Pythagoricos nominat Porphyrius, sive Malchus, etiam in 3. Commentariorum contra Christianos. Vide Eusebium *Histor. Ecclesiast.* lib. VI. cap. 19.

Τὰς ἀλλοτρίας συγκλίνειν φιλίας] Etsi amicitiam maxime faciebant Pythagorei, adeoque inter amicos omnia communia, & ipsum amicum *alterum eundem* esse volebant, ut supra annotavimus Num. 33. itaque inter sese mutuo affecti erant, ut erga liberos suos honestus pater esse solet (Jamblichus cap. 31. Πάντας τοὺς Πυθαγορείους ὅτως ἔχειν πρὸς ἀλλήλους, ὡς αἱ πατὴρ ἀπροδαίτως πρὸς τέκνα ἔχοι] Imo amicos pro Diis quoque habebant, teste eodem Jamblicho cap. 35. Tamen inter se tantum erant amici; externas amicitias plane respuebant, quantumvis ex splendidæ, imo etiamsi regiæ essent. Jamblichus cap. 31. Οὕτως δυσκαθέκτει πρὸς τὰς ἐξωτερικὰς φιλίας ἦσαν, εἰ μὴ βασιλικαὶ τυγχάνοιεν. Atque ut habent versus apud eundem relati cap. 35.

Τὰς μὲν ἑταίρας ἦγεν ἴσας μακαρέσσι Θεοῖσι·
Τὰς δ' ἄλλας ἡγεῖτ' ἔτ' ἐν λόγῳ, ἔτ' ἐν ἀριθμῷ.

Erat ipsis hæc lex, solis licere Pythagoreis dextram injicere; cæterorum vero (exceptis parentibus) nemini. Jambli-

chus dicto capite 35. Μόνοις τοῖς Πυθαγορείοις τὴν δεξιὰν ἐμβάλλειν, ἑτέροις δὲ μηδενὶ τὸ οἰκείων, πλὴν τὸ γνησίων. Quæ rectius fortaſſe habebunt ſi ita transponantur: πλὴν τὸ οἰκείων γνησίων. Inde quoque in proverbium, quod Jamblichi quoque ævo in uſu remanſit, ut aliquorum inter ſe ſummam benevolentiam ſignificaturi, dicerent de ipſis, ὅτι τῶν Πυθαγορείων εἰσί: hoc eſt, *De numero Pythagoreorum ipſos eſſe.* Jamblichus cap. 33. Ea verò res, & hoc quaſi faſtidium aliorum hominum, qui Pythagorei non eſſent, maximam ipſis invidiam, tandemque & perniciem concitavit, ac fere παναλεθρίαν attulit: quod Auſonius quoque Idyll. 15. de ambiguitate eligendæ vitæ obſervavit, cujus verſus ſupra jam retuli.

Quod autem hic ὀκκλίνειν φιλίας, idem mox eodem ſignificatu dicit ἀπεκόμπιν αὐτάς: eademque verba apud Jamblichum extant dicto capite 33. Ubi non recte Interpres mutare nobis vult lectionem in ἀπεκόπτειν, idque vertit, *amputare. Non enim* (inquit in Caſtigationibus) *circumflectendæ ſunt alienæ & noxiæ amicitiæ; ſed plane amputandæ erunt.* Imo retinendum ajo verbum elegans ἀπεκόμπιν, quod idem valet τῷ ὀκκλίνειν. In Euangelica hiſtoria eſt eadem notione poſitum σκανδαλίσθητε.

Porro ad ea quæ ſupra Num. 33. annotavi de Amicitia, quanto eam ſtudio coluerint Pythagorei; non poſſum quin addam hic illuſtrem Simplicii locum in Commentario ad Enchiridium Epicteti pag. 65. edit. Venet. ubi inter alia memorabiliter ait: Pythagoreos amicitiam vocaſſe vinculum omnium virtutum, tantique boni capacem non eſſe, qui non ſit omni virtute præditus, adeoque vel una careat. Ἡ κρείττων φιλία τὰς φίλας ψυχὰς εἰς ἕνωσιν συνάγουσα μελέτη κρείττων γίνεται τοῦ θεοῦ ἢ τὸν ἐνώσεως. κρείττων γὰρ ἀδύνατον θεοῦ τὰς ἐμφύλους ψυχὰς κρείττονος ἑνώσεως τυχεῖν. καὶ καλῶς οἱ Πυθαγόρειοι τελεστῶς τὸ ἄκρον ἀρετῶν τὴν φιλίαν ἐτίμων, καὶ σύνδεσμον αὐτὴν πιστῶν τὸ ἀρετῶν ἔλεγον. Καὶ μιᾶς γὰρ ἡνιοστρόφου τὸ ἀρετῶν ἁπλεπομένης, ἂν ἐθέλῃ πορεύεσθαι φιλία. τίς γὰρ ἄδικος, ἢ ἀκόλαστος, ἢ δειλὸς, ἢ ἔτι μᾶλλον ἀνόητος, δύναται τὸ τῆς φιλίας ἄγαλμα ὑποδέχεσθαι;

Ἀνένδοτον διατετηρηκέναι] Apud Jamblichum editur, ἀνενδότως: quod Arcerius geſtit mutare in adverbium ἀνενδότως. Sed reponendum ibi ex Malcho, ἀνένδοτον.

Ἐξ ὧν Ἀελιάξειος] Laudatur etiam Agellio quidam Ariſtoxenus (lib. IV. cap. 11.) ut Muſicus, & vir literarum veterum diligentiſſimus, & Ariſtotelis auditor, & qui librum de Pythagora reliquerit. Cum autem hic & ſupra, Num. 61. ſcribat Malchus, fuiſſe eum Dionyſio Syracuſano familiarem, ex quo etiam ipſe narrationem audiverit de Damone & Phintia; hinc fit ut ſubdubitem, idemne Ariſtoxenus potuerit Ariſtotelis eſſe auditor: an vero duo diverſi hoc eodem nomine fuerint: quod veriſimilius facit temporum ratio.

Γραμματικὸν ὄντα Κορίνθῳ διδάσκειν] Ita MSC. noſter. Sed legendum ἐδίδασκεν: ut eſt apud Jamblichum cap. 33. Cicero 3. *Tuſcul. Quæſt. Dionyſius quidem Tyrannus Syracuſis expulſus Corinthi pueros docebat: usque eo imperio carere non poterat.* Ammian. Marcellinus lib. XIV. *Fortuna mutabilis & inconſtans fecit Agathoclem Siculum ex figulo regem, & Dionyſium gentium quondam terrorem, Corinthi ludo literario præfecit.* &c. Dedit autem notiſſima hæc hiſtoria proverbio locum: *Dionyſius Corinthi*: quo ſignificatur aliquis e ſumma dignitate atque imperii faſtigio ad privatam humilemque fortunam redactus, a ſceptro proprie dicto, & regiæ majeſtatis inſigni illo, ad *virgas, ſceptra pædagogorum*, ut vocat Martialis. De proverbio iſto vid. Eraſm. *Chil.* 1. Cent. 1. Adag. 83. ubi præter Plutarchum ἐν τῷ περὶ ἀδολεσχίας, & Quintilianum lib. VIII. allegat etiam Ciceronem lib. IX. Epiſt. ad Atticum. Eſt & alterum proverbium: Διὸς Κόρινθος: quo utitur Pindarus.

Φησὶ δ' ὡς οἴκτου καὶ δακρύων &c.] Hæc ipſius Ariſtoxeni verba fuiſſe, apparet ex Jamblicho de V. P. Num. 234. Num. 60.

Ποτὲ Διονύσιος] Hic in MSC. una & altera lacuna erat, quæ ut ſit explenda, facile videbit lector, ſi contulerit Jamblichum cap. 33. ubi eadem hiſtoria de Damone & Phintia refertur. Vide & Ciceronem lib. III. *De officiis* & 5. *Tuſcul. Quæſt.* Valerium Maximum lib. IV. cap. 7. Lactantium lib. V. cap. 17. Plutarchum, & alios.

Ἐπεὶ ὅπως σοι δέδεκται] Male apud Jamblichum δέδικται: quod & Arcerius recte animadvertit, monuitque mutandum in δέδεκται. Venit hic mihi in mentem Agrippinus ille, cui cum pranſuro denuntiatum eſſet exilium, quo multatus eſſet à Nerone: *Bene*, inquit, *habet, Ariciam ergo migremus, & ibi prandeamus.* Vide ab Epicteto deſcriptam hiſtoriam apud Stobæum Sermone 7. de Fortitudine. In hunc Agrippinum exulem fortiſſimum tale fecit Epigramma Matthias Bergius, avunculus noſter p. m. Vir optimus & doctiſſimus in ſua quadam calamitate:

Sors Agrippino vitæ placet omnis: & ut res
Forsque tulere, exin mentem animumque gerit.
Toſtus febre jecur, ſua febri encomia cantat:
Probra ferens, probris monſtrat ineſſe decus.
Paupertate gravi preſſo, penuria laudes
Dictat, in hasque ſtylum ſolvit & ora viri.
Denique pranſurum patria Nero privat. Ibi ille:
Recte: in Aricina paſcimur ergo caſa.

O ſingularem animi æquitatem & præſentiam!

Τὸ λοιπὸν τῆς ἡμέρας] Similiter Malcho Jamblichus Num. 235. Secundum hos ergo paucarum duntaxat horarum dilationem ad mortem ſubeundam petiit Phintias condemnatus. A quibus Cicero diſcrepat in loco mox allegando, qui paucos dies eum ſibi poſtulaviſſe ſcribit.

Ὅπως οἰκονομήσηται] Diſponere domui ſuæ, eſt Teſtamentum ordinare, ſive ultimam voluntatem ſuam condere. Sic in Sacris literis: Ἔντειλαι τῷ οἴκῳ σου: in Hiſtoria Ezechiæ regis 4. Reg. cap. 20. in pr. & Eſaiæ cap. 38.

Ἐγγυητὴν παρασχών] Fidejuſſor, ſeu vas, in capitalibus an admittatur, diſputant juris noſtri Interpretes. Vide de hac quæſtione Clariſſimi Viri Domini Antonii Heringii, veteris mei Commilitonis & amici honorandi, Tractatum luculentiſſimum de Fidejuſſoribus, cap. x. Num. 335. & plur. ſeqq.

Καὶ ἔμεινεν] Quod eſt apud Jamblichum, Num 236. Καὶ μὲν δή, vitioſum, & hinc emendandum eſt: aut fortaſſe ibi legendum καὶ μένειν.

Ὡς ἐγκαταλειφθησόμενον] Apud Jamblichum additur: καὶ σκώπτοντες, ἔλαφον ἀντιδιδόναι λέγειν. Cujus ſcommatis vim nemo intelliget, qui non animadvertet, alluſum fuiſſe ab inſultatoribus ad fabulam de *cerva*, quæ pro Iphigenia ſubſtituta & immolata eſſe traditur.

Ἀξιῶσαι τοίνυν αὐτὸν εἰς τὴν φιλίαν παραδέξασθαι] O vim magnam amicitiæ atque pulchritudinem inſignem quam, & Tyranni ſibi ducant expetendam! Ciceronis locus huc pertinet lib. III. *de Offic. Damonam & Pythiam* (legendum Phintiam) *Pythagoreos ferunt hoc animo inter ſe fuiſſe, ut cum eorum alteri Dionyſius Tyrannus diem necis deſtinaviſſet, & is, qui morti addictus eſſet, paucos ſibi dies commendandorum ſuorum cauſa poſtulaviſſet, vas factus eſt alter ejus ſiſtendi, ut, ſi ille non revertiſſet, moriendum eſſet ipſi. Qui cum ad diem ſe recepiſſet, admiratus eorum fidem Tyrannus, petivit ut ſe in amicitiam tertium adſcriberent.* Eodem & illa pertinent Ciceroniana lib. II. *de Finibus. Vadem te ad mortem tyranno dabis pro amico, ut Pythagoreus ille fecit Siculo Tyranno?* Eandem hiſtoriam pulchre deſcribit etiam Valerius Maximus lib. IV. cap. 7. *de Amicitia*: ubi eam ſic concludit: *Hæ ſane vires amicitiæ, mortis contemptum ingenerare, vitæ dulcedinem extinguere, crudelitatem manſuefacere, odium in amorem convertere, pœnam beneficio penſare potuerunt: quibus*

pene

pene tantum venerationis, quantum Deorum immortalium ceremoniis debetur, &c.

Εἰς τοιοῦτο] Divinabam legendum εἰς τοῦθ'. Sed apud Jamblichum d. l. edi video εἰς τὸ τοιοῦτο. Unde adducor in hanc conjecturam, utrobique legi rectius, εἰς τοιοῦτο.

Ἱππόβοτος δὲ καὶ Νεάνθης] De Hippoboto iſto quærendum amplius quis fuerit. Neanthen vero ſupra quoque laudavit Malchus, tanquam ſcriptorem rerum & dogmatum Pythagoricorum. Narratio autem, quæ hic promittitur de Myllia Crotoniotata, & ejus uxore Timycha Lacedæmonia, ſane quam memorabilis eſt, cumque hinc deperierit (ut forſan alia quoque non pauca ad libelli hujus integritatem deſunt, imo & totus liber ſecundus periiſſe videtur, cum Porphyrium, qui idem eſt cum Malcho, plures uno ſcripſiſſe libros de hiſtoria Pythagoræ, demonſtraverimus ſupra ad Num. 42. ex Cyrillo libr. IX. contra Julianum, ubi quædam ex libro Porphyrii primo laudat) facile reſarciri poterit ex Jamblicho cap. 31. Summa hæc eſt. Cum iſtud par conjugum Pythagoricum captum atque ad Dionyſium tyrannum eſſet adductum, omnia ille ſumma ultro ipſis detulit, quaſi etiam in ſocietatem regni ab ſe cooptandis. Sed ipſis magnificas iſtas pollicitationes Tyranni abnuentibus, rogavit is primo Virum, deinde & fæminam, quid tandem cauſæ fuiſſet, cur Pythagorei maluiſſent mortem oppetere, quam fabas in agro conculcare. Hoc ubi ex ipſis cognoviſſet, honeſtiſſimam eis dimiſſionem, quandoquidem apud ſe manere nollent, diſceſſuris repromiſit. Ibi tum nihil cunctatus Myllias, Illi, inquit, ne fabas conculcarent, mori præoptabant: At ego ne tibi cauſam hujus rei aperire cogar, fabas conculcare malo. Remoto viro, aggreſſus Tyrannus fœminam Timycham, ab hac ſe & propter ſexus infirmitatem, & quod uterum eo ipſo tempore geſtaret, & quod ei tormenta ſe adhibiturum comminaretur, facilius, quicquid ſcire avebat, expreſſurum confidebat. Verum longe eum ſua ſpes fefellit. Timycha enim ſtupendæ pertinaciæ exemplo linguam dentibus ſibi præmorſam in os ipſi Tyranno exſpuit, ne ſilentio premenda vi tormentorum ſuperata forte detegeret. Vide Jamblichum dicto capite 31. Qua in re ſimilis fuit Timycha fortitudini Leænæ, ſcorti Athenienſis. Nam & hæc defeſſo jam tormentis inferendis carnifice, tandem linguam ſuam comeſtam in faciem Tyranni Hippiæ Piſiſtratidæ exſpuit, ut exſpueret & vocem, ne conjuratos prodereret, ſi etiam victa voluiſſet. Vide Tertullianum in *Apologet.* & libro *ad Martyres*, Plutarchum *in vita Hyperidis*, & lib. Περὶ Ἀδολεσχίας, Pauſan. in *Atticis*, Plin. lib. VII. cap. 23. & lib. XXXIV. cap. 8. Agell. lib. IX. cap. 2. & lib. XVII. cap. 21. Athen. lib. XIII. Lactant. lib. I. cap. 20. Similia quoque de Theodoro quodam Syracuſano leguntur apud Livium lib. 24. & Valerium Maximum lib. III. cap. 3. *de Patientia*: Ubi & de Anaxarcho, & aliis incredibilis pertinaciæ & duritiei exemplis.

Porro ibidem apud Jamblichum dicto capite 31. paulo ante, ἀνανεύοντων, redditur, *annuentibus*. Reſcribe, *abnuentibus*: hoc enim valet ἀνανεύειν, ſicut & ἀπανεύειν. At annuere eſt ἐπινεύειν. Ex eodem capite aliud quoque mendum obiter tollo de inſigni hac ſententia, cui ſimilia ſunt apud Terent. Ὡς ἁδὺ δεῖπνον ἀνθρωπίνων συμπτωμάτων ἀπεσδόκητον εἶναι πρὸ τοῖς νῦν ἔχουσιν, ἀλλὰ πάντα προσδοκᾶν, ὧν μὴ τυγχάνουσιν αὐτοὶ κύριοι ὄντες. Legendum δεῖ τὸν ἀνδρ. Sic enim recte idem Jamblichus habet cap. 32. ubi idem παραγγελμα totidem verbis repetitur, & eleganter vocatur μίτρον τῆς γενναιότητος ἔρμα. Ita enim ibi legere malim, quam vel, ut editum eſt, ἢν δὲ καὶ τοῦτο μίτρον εἰς γενναιότητος ἔρμα: vel, quomodo Arcerius divinat, μίτρον εἰς γενναιότητος ἔρμαιον. Poſſis etiam ſimplicer legere, μίτρον γενναιότητος ἔρμα: omiſſo εἰς.

Notarum Conradi Rittershuſii in Vitam Pythagoræ finis.

PARALIPOMENA

Quædam notarum RITTERSHUSII, ſuis locis inſerenda.

AD Num. 1. Ubi obſervo, quanto in pretio habitus fuerit Pythagoras non ſolum à ſuis, ſed etiam ab exteris, addi velim S. Auguſt. locum Tom. 1. pag. 495. extremo libro ſecundo *de Ordine ad Zenobium*: ubi cum Alipius mirabilem ac proprie divinam Pythagoræ diſciplinam prædicaſſet, quæ jure & habita ſit & probata: excipiens ſermonem ejus Auguſtinus, poſt alia ſic ait: *Quod Pythagoræ mentionem feciſti, neſcio quomodo illo divino ordine occulto in mentem veniſſe credo. Res enim multum neceſſaria mihi prorſus exciderat, quam in illo viro, ſi quid literis memoriæ mandatis credendum eſt (quamvis Varroni quis non credat?) mirari & pene quotidianis, ut ſcis, efferre laudibus ſoleo, qui regendæ Reipublicæ diſciplinam ſuis auditoribus ultimam tradebat, jam doctis, jam perfectis, jam ſapientibus, jam beatis. Tantos enim ibi fluctus videbat, ut eis nollet committere, niſi virum, qui & in regendo pene divine ſcopulos evitaret, & ſi omnia defeciſſent, ipſe illis fluctibus, quaſi ſcopulus fieret. De ſolo enim ſapiente veriſſime dici poteſt: Ille velut pelagi rupes immota reſiſtit: & cætera, quæ luculentis in hanc ſententiam verſibus dicta ſunt*, &c. Hæc ibi Auguſtinus (Tom. 1. pag. 5.) quæ tamen retractanda ſibi cenſuit lib. 1. *Retractationum* cap. 3. prope finem. *Nec illud placet* (inquit) *quod Pythagoræ Philoſopho tantum laudis dedi, ut qui hanc legit vel audit, poſſit putare, me credidiſſe, nullos errores in Pythagorica eſſe doctrina, cum ſint plures, iidemque capitales.*

Ad eund. Num. 1. Ubi ago deſtatuis Pythagoræ & Alcibiadi Romæ poſitis, addo teſtimonium Plinii lib. xxxiv. cap. 6. *Invenio & Pythagoræ & Alcibiadi in cornibus Comitii poſitas ſtatuas, cum bello Samniti Apollo Pythius fortiſſimo Græcorum gentis juſſiſſet, & alteri ſapientiſſimo ſimulacra celebri loco dicari, donec Sylla Dictator curiam ibi faceret. Mirumque eſt, illos Patres Socrati cunctis ab eodem Deo ſapientia prælato Pythagoram prætuliſſe, aut tot aliis virtute Alcibiadem, aut quemque utroque Themiſtocli.* Ibidem, ubi de tempore ago, quo Pythagoras floruerit, addo eundem Plinium lib. xxxvi. cap. 9. *Semneſerteo* (inquit) *regnante Pythagoras in Ægypto fuit*, &c. Ibidem ubi refero ſententiam quorundam, qui Numam habuerint pro Pythagoreo, addo Plinium lib. xiii. cap. 14. *In his* (inquit) *libris ſcripta erant philoſophiæ Pythagoricæ.*

Ad eundem Num. 1. Ubi de Pherecyde Syro, Pythagoræ doctore; addo locum S. Auguſtini Epiſt. 3. ad Voluſianum tom. 2. pag. 12. *Quis nunc extremus idiota, vel quæ abjecta muliercula non credit animæ immortalitatem, vitamque poſt mortem futuram? Quod apud Græcos olim primus Pherecydes Aſſyrius* (forte Syrus) *cum diſputaſſet, Pythagoram Samium illius diſputationis novitate permotum ex athleta in philoſophum vertit.*

Ad Num. 15. Σῦκα σπαμένων] Plinius lib. xxiii. cap. 7. *Corpus & vires adjuvant* (*ſici*:) *ob id ante athletæ hoc cibo paſcebantur. Pythagoras exercitator primus ad carnes eos tranſtulit.* &c. Videtur tamen Plinius hic Exercitatoris epitheto alium quendam Pythagoram à

Philoſopho noſtro diverſum innuere: ſicut plures, & quidem 4. Pythagoras eodem ævo vixiſſe teſtatur Diogenes Laërtius l. 8.

Ad Num. 19. Ubi de ſilentio Pythagorico; addo locum Plutarchi περὶ Πολυπραγμοσύνης. Τῇ μὲν ὂν πολυμαθίᾳ τὴν πολυλογίαν ἕπεσθαι συμβαίνει. διὸ καὶ Πυθαγόρας ἔπεμψε τοῖς νέοις πενταετῆ σιωπήν, ἐχεμυθίαν ἀσκησαγωγούσης.

Ibid. Quod aliquando facta fiant iterum, nihilque plane ſit novum, addo iſta Imperatoris M. Antonini cognom. Philoſophi lib. x. *de vita ſua*, pag. 284. edit. Argent. Συνεχῶς ἐπιποεῖν, πῶς πάντα τοιαῦτα νῦν γίνεται, καὶ πάλαι ἐγίνετο, καὶ ἐπιγοεῖν μελλόμενα, καὶ ὅλα δράματα καὶ σκηνὰς ὁμοειδεῖς, ὅσα ἐκ πείρας τῆς σῆς, ἢ τῶν πρεσβυτέρας ἱστορίας ἔγνως, ἀπὸ ὁμοιότητα πάσαν οἷον αὐλὴν ὅλην Ἀδριανοῦ, καὶ αὐλὴν ὅλην Φιλίππου, Ἀλεξάνδρου, Κροίσου. πάντα γὰρ ἐκεῖνα τοιαῦτα ἦν. μόνον δὲ ἑτέρων. Ita hæc diſtinguenda ibi ſunt: quod non animadvertit doctiſſ. Xylander, conjungens, δὲ ἑτέρων φαντάζου. Hoc dicit Imperator: Easdem fuiſſe actiones; tantum alias perſonas quaſi in ſcenam productas, quæ fabulam agerent eandem.

Ad Num. 20. Τετρακτὺν, δι' αὐτῆς ἐπώμνυον] Lucianus lib. pro lapſu inter ſalutandum: Εἰσὶ δὲ, οἳ καὶ τὴν τετρακτὺν, τὸν μέγιστον ὅρκον αὐτῶν, ἢ τὸν σύνταξιν αὐτοῖς ἀριθμὸν ἀπτελεῖ. Lego, ἢ, & ἀπτελεῖ. Quomodo autem Tetractys ſive Quaternio Pythagoreis efficiat numerum perfectum, hoc eſt, Denarium, ſupra docui cum ex aliis auctoribus, tum ex Ammonio, & ipſomet Luciano Βίων πράσει. Vide & Sext. Philoſoph. & Stobæum *Ecl. Phyſic.* cap. 13. pag. 27.

Ad Num. 26. Quod hic ex conjectura propono de nomine Malchi, Porphyrium videlicet eo notari, ipſa eſt veritas, confirmata non ſolum Suidæ, ſed etiam ipſius Porphyrii teſtimonio, quod extat in vita Plotini ab eo deſcripta. Sic enim ait: *Æmilius* (cujus ut diſcipuli Plotini Suidas quoque meminit) *librum hunc dicavit mihi, meque in ipſa inſcriptione Baſilea* (i. e. Regem) *nominavit. Id enim mihi nomen erat: & patria quidem lingua nominabatur* Malchus: *quo nomine vocabatur & Pater.* Malchus *autem in Græcam tranſlatus linguam, Baſileus, hoc eſt, Rex appellatur.*

Ad Num. 35. Ποτὲ μὲν παιόμενον] Quod hic de Pythagora Malchus, idem in genere de Pythagoreis ſcribit Jamblichus cap. 31. inſigni eoque non uno mendo nobis per iſtam occaſionem liberandus. Προσεῖχον γὰρ ἅτοι, τὰ σώματα ὡς ἂν ἐπὶ τῶν αὐτῶν διακείοντα καὶ μὴ ποτὲ μὲν ῥικνὰ, ποτὲ δὲ πολύσαρκα· ἀνωμάλου γὰρ βίου ὄντος εἶναι δεῖγμα. *Operam*, inquit, *hi* (*Pythagorei*) *dabant, ut corpora in eodem ſemper ſtatu eſſent, nec aliquando quidem rugoſa à macie, aliquando autem nimia carnis mole laborantia. Hoc enim pro indicio habebant victus rationis inæqualis.* Peſſime hunc locum acceperant & librarii, & illis nimis credulus Interpres Friſius. Sic enim erat editum, qua interpunctione, qua lectione vitioſiſſima, Προσεῖχον γὰρ ἅτοι τὰ σώματα, ὡσὰν ἐπὶ τῶν αὐτῶν διακείοντα, καὶ μὴ ποτὲ μεμιμὰ, ὅτε δὲ πολύσαρκα. Sic autem verterat Arcerius: *Si quidem illi hiſce corpora adhibebant, perinde ac ſi in iis conſtituta & affixa forent, minimeque ſollicita, quum quidem carne gravida vel carnoſa ſint.* &c. Sed nemo dubitabit, quin recte reſtituerim (ut de cæteris nihil dicam) ῥικνά: quo vocabulo præter Homerum & Hippocratem, Oppianus quoque noſter uſus eſt in V. *Halieut.* ℣. 406. ῥικνὰ πόδων: ubi de teſtitudine marina in aprico corrugata loquitur. Eleganter autem Jamblichus opponit σώματα ῥικνὰ & πολύσαρκα: macilenta, inquam, & rugoſa, carnoſis ac bene habitis. Deinde & poſt ἀλλὰ, ante ὡσαύτως, puto aliquid deeſſe: aut certe ſupereſſe, τὸ, ἀλλά. Ibidem legitur vitioſe: ἐκφύλων δὲ τὸν νηστείαν, παιδαρτῶν: pro quo reponendum ajo: τὸν νηστείων. Νηστεὶν probum eſſe nego. Atque hæc quoque Jamblicho data ſit opera, quem & aliis locis non paucis obiter in hoc Notarum opuſculo correximus, ex profeſſo alibi plenius id præſtituri.

PARALIPOMENA

Quædam notarum RITTERSHUSII, ſuis locis inſerenda.

AD Num. 1. Ubi obſervo, quanto in pretio habitus fuerit Pythagoras non ſolum à ſuis, ſed etiam ab exteris, addi velim S. Auguſt. locum Tom. 1. pag. 495. extremo libro ſecundo *de Ordine ad Zenobium*: ubi cum Alipius mirabilem ac proprie divinam Pythagoræ diſciplinam prædicaſſet, quæ jure & habita ſit & probata: excipiens ſermonem ejus Auguſtinus, poſt alia ſic ait: *Quod Pythagoræ mentionem feciſti, neſcio quomodo illo divino ordine occulto in mentem veniſſe credo. Res enim multum neceſſaria mihi prorſus exciderat, quam in illo viro, ſi quid literis memoriæ mandatis credendum eſt (quamvis Varroni quis non credat?) mirari & pene quotidianis, ut ſcis, efferre laudibus ſoleo, qui regendæ Reipublicæ diſciplinam ſuis auditoribus ultimam tradebat, jam doctis, jam perfectis, jam ſapientibus, jam beatis. Tantos enim ibi fluctus videbat, ut eis nollet committere, niſi virum, qui & in regendo pene divine ſcopulos evitaret, & ſi omnia defeciſſent, ipſe illis fluctibus, quaſi ſcopulus fieret. De ſolo enim ſapiente veriſſime dici poteſt: Ille velut pelagi rupes immota reſiſtit: & cætera, quæ luculentis in hanc ſententiam verſibus dicta ſunt*, &c. Hæc ibi Auguſtinus (Tom. 1. pag. 5.) quæ tamen retractanda ſibi cenſuit lib. 1. *Retractationum* cap. 3. prope finem. *Nec illud placet* (inquit) *quod Pythagoræ Philoſopho tantum laudis dedi, ut qui hanc legit vel audit, poſſit putare, me credidiſſe, nullos errores in Pythagorica eſſe doctrina, cum ſint plures, iidemque capitales.*

Ad eund. Num. 1. Ubi ago de ſtatuis Pythagoræ & Alcibiadi Romæ poſitis, addo teſtimonium Plinii lib. XXXIV. cap. 6. *Invenio & Pythagoræ & Alcibiadi in cornibus Comitii poſitas ſtatuas, cum bello Samniti Apollo Pythius forti ſſimo Græcorum gentis juſſiſſet, & alteri ſapientiſſimo ſimulacra celebri loco dicari, donec Sylla Dictator curiam ibi faceret. Mirumque eſt, illos Patres Socrati cunctis ab eodem Deo ſapientia prælato Pythagoram prætuliſſe, aut tot aliis virtute Alcibiadem, aut quemque utroque Themiſtocli.* Ibidem, ubi de tempore ago, quo Pythagoras floruerit, addo eundem Plinium lib. XXXVI. cap. 9. *Semneſerteo* (inquit) *regnante Pythagoras in Ægypto fuit*, &c. Ibidem ubi refero ſententiam quorundam, qui Numam habuerint pro Pythagoreo, addo Plinium lib. XIII. cap. 14. *In his* (inquit) *libris ſcripta erant philoſophiæ Pythagoricæ.*

Ad eundem Num. 1. Ubi de Pherecyde Syro, Pythagoræ doctore; addo locum S. Auguſtini Epiſt. 3. ad Voluſianum tom. 2. pag. 12. *Quis nunc extremus idiota, vel quæ abjecta mulierecula non credit animæ immortalitatem, vitamque poſt mortem futuram? Quod apud Græcos olim primus Pherecydes Aſſyrius* (forte Syrus) *cum diſputaſſet, Pythagoram Samium diſputationis novitate permotum in philoſophum verti*

Ad Num. [illegible] nius lib. XX[illegible] *juvant* [illegible] *paſc*[illegible]

Ad eund. Num. 1. Ubi ago de ſtatuis P[illegible]

Philosophio nostro diversum immerere: sicut plures, & quidem 44 Pythagoras coëtervo vixisse refertur Diogenes Laertius l. 8.

Ad Num. 19. Ubi de silentio Pythagorico; addo locum Plutarchi ex Ἀποφθεγμασιν. Τὴν μὲν οὖν πολυφωνίαν καὶ πολυλογίαν ἐπαχθῆ συμβαίνειν. Διὸ καὶ Πυθαγόραν ἐπαινοῦμεν τοῖς νέοις σιωπὴν ἐπιτάττοντα, καὶ μακρὸν ἀποσιωπῆσαι χρόνον.

Ibid. Quod aliquando factum fuerit verum, nihilque plane sit novum, addita Imperatoris M. Antonini cognomento Philosophi lib. xi. de vita sua, quæ edit. Argent. Σπουδῆς ἄξιον, τὸ τοῦ ἀνδρὸς μὴ μιμεῖσθαι, μὴ ἐκκλίνειν ἐφ' ἑκάστου πραγματείου, ἐὰν ἐπιτήδειος ᾖ πρὸς ἐμπειρίαν τοῦ κατὰ φύσιν βιοῦν, ἐν οἷς ἀνθρώπινα ἐστὶν, ἢ θεῖα ἐπιτρέπειν ἐκείνοις, ὧν ἐν πᾶσιν ἡ μετοχὴ ἀπρόσκοπος ἔσται, ἐὰν μὴ πρὸς ἄλλο τι ἀποβλέπῃς, ἢ ταῦτα μόνα, ἃ ἐπιτηδεύεις, ἵνα ἐν τοῖς θείοις καὶ ἀνθρωπίνοις ἀκώλυτος ᾖς. Hinc obiter discenda illa sunt: quod non animadverterit doctiss. Xylander. conjungendo, ἐν τοῖς θείοις. Hinc dicit Imperator: Studuisse actiones; tantum illas petisse, quæ in scenam prodibant, quæ hominem agerent eruditum.

Ad Num. 20. Τετράκις ἐν ἡμέρᾳ ἑαυτὸν ἐπανορθοῦν] Lucianus lib. πρὸς τὸν εἰπόντα μὴ λοιδορεῖσθαι: Ἐγὼ δὲ, ὅταν μὲν ἐπανορθῶσθαι δέῃ, τὸν μέγιστον ἐμαυτὸν ἐπιτιμῶν, καὶ τὰ ἀκόλαστα ἐκκαίων. Lego, ἐπανορθῶσθαι. Quomodo autem Terentius sive Quintio Pythagoreis efficiat numerum perfectum, hoc est, Denarium, superiori cum ex aliis auctoribus, tum ex Nicomacho, & ipsumet Luciano. Vide & Senec. Philosoph. in Prooemio Physic. cap. 13. [illegible] 17.

Ad Num. [illegible] ea propono de [illegible] rium videlicet [illegible] confirmata [illegible] ipsius Porp[illegible] in vita Pl[illegible] ait: Æ[illegible] milii nomen erat: & patria quidem lingua nominabatur Malchus, quod nomen ex vocabatur & Peter, Malchus autem in Græcam transfertur linguam, Basileus, hoc est, Rex appellatur.

Ad Num. 33. [illegible] Quod hic de Pythagora Malchus, idem in genere de Pythagoreis scribit Iamblichus cap. 31. milegi eoque non uno modo nobis per illam occasionem ἐξ ἑκατόν. Ἡσυχίαν δ' ἄγειν, καὶ ἀκούειν, καὶ ἐν τοῖς αὐτοῖς διατρίβειν, καὶ ἐν τοῖς αὐτοῖς ἀναστρέφεσθαι, καὶ ἐσθῆτι χρῆσθαι μιᾷ καὶ εὐτελεῖ. Quæ quidem, inquit, ei (Pythagoræi) dabant, ut semper sibi similes essent, & immutabiles quidem ratione à malis, & quæ ex corpore male laborantibus. Ita enim pro indicio habebant virtutem animæ. Petimus hunc locum accuratius à Græcis, & illis simul eruditis interpretibus. Sic enim erat illum, qui interpretationem, quæ latine est vulgata, [illegible]

I N-

Ad Num. 32. Ubi de abſtinentia ab animatis, addo, quod eſt celebratum de Ara Delia incruenta, cui ſolus propinquare auſus fuerit Pythagoras, utpote nulla cæde pollutus. Clemens Alexandrinus *Stromat.* 5. p. 304. Ἀλλὰ τὸν μὲν ἀχραύστῳ βωμὸν ἐν Δήλῳ ἅγιον εἶναι πεφυκήκασι, τοῦτος δὲ δὴ μέγιστον τῶν Πυθαγόρᾳ δοκούντων ἀποστηλεῖν φασὶ, φόνου καὶ θανάτου μὴ μιαινόμενα. Subjungit autem, βωμὸν ἀληθῶς ἅγιον τὴν δικαίαν ψυχὴν, καὶ τὰ ἀπ' αὐτῆς θυμιάματα, τὴν ὁσίαν εὐχήν.

Ad Num. 42. Ubi de Symbolica doctrina Pythagoræ, addo locum minime prætermittendum è Stobæo Serm. 5. pag. 59. Καὶ μὴν ἔδει ἐστὶν ὅτου τῆ Πυθαγορικῆς φιλοσοφίας ἴδιον, ὡς τὸ συμβολικὸν, οἷον ἐν πέλτῃ μεμιγμένον φωτὶ καὶ σιωπῇ διδασκαλίας γένος, ὥστε μὴ λέγειν, Ἀεὶσω ξυνετοῖσι, θύρας δ' ἐπίηδε βέβηλοι· ἀλλ' αὐτόθεν ἔχειν φῶς καὶ χαρακτῆρα τοῖς συνήθεσι τὸ φραζόμενον, τυφλὸν δὲ καὶ ἄσημον εἶναι τοῖς ἀπείροις. ὡς γὰρ ὁ ἄναξ ὁ ἐν Δελφοῖς οὔτε λέγει, οὔτε κρύπτει, ἀλλὰ σημαίνει, καθὰ τὸν Ἡράκλειτον· οὕτω τῶν Πυθαγορικῶν συμβόλων καὶ τὸ φράζεσθαι δεκτὸν, κρυπτόμενόν ἐστι καὶ τὸ κρύπτεσθαι, νοούμενον.

Verſus Ἀείσω συνετοῖσι. &c. extat etiam apud Stobæum Serm. 39. Similiter Orpheus apud Juſtinum Martyrem, Clementem Alexandrinum, Euſebium, & alios: Φθέγξομαι, οἷς θέμις ἐστί· θύρας δ' ἐπίηδε βέβηλοι. Quorum imitatione fecit Virgilius. *Procul ô, procul eſte profani.* Et Horatius: *Odi profanum vulgus & arceo.*

Ad Num. 48. Ubi de numeris, addo Stobæum *Eclog. Phyſic.* cap. 2. pag 2, & cap. 13. pag. 27. Item Sextum Philoſophum.

Ad Num. 52. Denarii myſterium & perfectionem non uno loco etiam S. Auguſtinus inculcat: ut imprimis lib. 11. *de Conſenſu Euangeliſtarum* cap. 4. pag. 401. & *Quæſt. Euangel.* lib. 11 cap. 6. pag. 339 Tom. 4. & lib. xx. *de Civitate Dei* cap. 23. & in lib. ſing. contra Epiſt. Manich. cap. 10. Ubi denario ſignificari ſcribit perfectionem, eumque effici adjunctione ad ſeptenarium, quo condita univerſa conſiſtunt, Trinitatis conditoris: *De quibus* (inquit) *rebus inter ſpiritales viros pie cauteque multa tractantur.* Non ſolum autem Denarium perfectum vocabant Pythagorei, ſed etiam ſenarium, quem & Μεσυὴν appellabant: διὰ τὸ μέσον αὐτὸν εἶναι τῶν εὐθέων, τουτέστι τοῦ δέκα, καὶ τοῦ δύο: quod latius explicat Clemens Alexandrinus *Stromat.* 6. pag. 290.

Ad Num. 56. Illis, qui Pythagoram nihil ſcripſiſſe putant, aſſentitur etiam S. Auguſtinus, ita inquiens lib. 1. *De Conſenſu Euangeliſtarum* cap. 7. Tom. 4. pag. 376. *Cum quærunt* (*pagani*) *quare ipſe* (*Chriſtus*) *non ſcripſerit, videntur parati fuiſſe hoc de illo credere, quod de ſe ipſe ſcripſiſſet, non quod alii de illo pro ſuo arbitrio prædicaſſent. A quibus quæro, cur de quibusdum nobiliſſimis Philoſophis ſuis hoc crediderunt, quod de illis eorum diſcipuli ſcriptum memoriæ reliquerunt, cum de ſe ipſi nihil ſcripſiſſent? Nam Pythagoras, quo in illa contemplativa virtute nihil tunc habuit Græcia clarius, non tantum de ſe, ſed nec de ulla re aliquid ſcripſiſſe perhibetur. Socrates autem* &c.

Porro, ubi in Notis de fano Contumeliæ & Impudentiæ Athenis conſecrato, obiter addo, repertum etiam fuiſſe, qui duas ſtatueret aras ad rem divinam faciendam: Impietatis unam; & alteram Iniquitatis. Fuit is Dicæarchus, dux claſſis à Philippo Macedonum rege conſtitutus contra Cycladas inſulas: de quo poſt alia ſic ſcribit Polyb. lib. xvii. Hiſtor. Ὡς δ' ὁρμίσειε τὰς ναῦς, δύο κατεσκεύαζε βωμούς· τὸν μὲν Ἀσεβείας, τὸν δὲ Παρανομίας· καὶ ἐπὶ τούτοις ἔθυε· καὶ τούτοις ἀθυσικύῃ καθαπερεῖ δαίμοσιας. Sed addit, eundem etiam ſcelerata vita dignum inveniſſe exitum: Παρὰ φύσιν ἐνησάμενον τὸν αὐτῦ βίον, εἰκότως παρὰ φύσιν καὶ τὴν εἱμαρμένης ἔτυχε.

Symbolis, quæ ſunt apud Malchum Num. 42. & Jamblichum in *Protreptico* pag. 131. & ſeqq. cum alia addi

poterant (de quibus alias videro) tum ista:

Ἐπὶ γῆς μὴ πλεῖν, Πυθαγόρειόν ἐστι σύμβολον. Clem. Alexandr. refert lib. 11. *Stromat.* pag. 239.

Μελάνυρον μὴ ἐσθίειν. Theodoretus Serm. 8. ad Gentes. Jamblichus de V. P. cap. 24. Χρὴ τὸ Σειρήνων ᾠσπῆναι τὰς Μούσας. Theodoretus dicto Sermone 8. in pr. Quod ita Clemens Alexandrinus *Stromat.* Μούσας Σειρήνων ἠδὺς ἠλίαξ Πυθαγόρας παρῳνεῖ.

PARALIPOMEN. FINIS.

INDEX
IN
PORPHYRIUM.

Numerus Sectiones, non paginas indicat.

A.

ABaris Sacerdos Apollinis Hyperborei. 28.

Abaris cognomento appellatus Αἰηροβάτης, quia ſagittæ Apollinis Hyperborei ſibi donatæ inequitans, & flumina & maria & alia loca inacceſſa tranſivit, quaſi per aërem volitaret. 29.

Adoratio Deorum non debet obiter fieri & quaſi aliud agendo. 38.

Adyta ſeu Penetralia Deorum ſubiturus, ibique aliquamdiu commoraturus Pythagoras, quali ciborum genere ſe præpararit ad famem ſitimque abigendam. 34.

Ægyptii Geometriæ ab antiquis temporibus ſtudioſi fuerunt. 6.

Æthalides olim fuit Pythagoras. 45.

Αἰηροβάτης cognomentum Abaridis Hyperborei ſacerdotis Apollinis. 29.

Æris pulſationem Pythagoras vocem eſſe ajebat alicujus dæmonis. 41.

Ἀκουσματικοὶ diſcipuli Pythagoræ quinam fuerint. 37.

Ἀλεξάνεμος, cognomentum Empedoclis. 29.

Ἄλιμος & ἄδιψος τροφὴ Pythagoræ, qualis fuerit. 34.

Ambitio & gloriæ ſtudium fugiendum, quia invidiam maxime efficiunt. 32.

Amicus alter idem, a Pythagora primum dictus. 33.

Amicorum amantiſſimus fuit Pythagoras. 33.

Amicorum omnia eſſe communia, primus dixit Pythagoras. 33.

Anaximandro operam dedit Pythagoras. 2.

Anaximandro in Geometricis & Aſtronomicis operam dedit Pythagoras adoleſcens. 11.

Androclis Samii filii tres, Eunoſtus, Tyrrhenus, & Pythagoras. 10.

Anima immortalis. 45.

Animas immortales eſſe, & ex corporibus aliis in alia migrare, docuit Pythagoras. 19.

Antipho in libro de vita virorum virtute præſtantium. 7.

Antrum Pythagoræ extra urbem. 9.

Apollonius. 2.

Apophthegma Pythagoræ, de ſex rebus, quæ procul ut abigantur, ſumma ope niti decet unumquemque. 22.

Aquilam in ludis Olympicis ſupra caput Pythagoræ volitantem, cum is forte de auguriis & Symbolis ſignisque divinis diſſereret ad familiares, Pythagoras ex ſublimi ad ſe detraxit, manuque pertractatam dimiſit. 25.

Arabiæ regi familiaris fuit Pythagoras. 12.

Ἀρχὴ quid Pythagoræ. 43.

Arimneſtus filius Pythagoræ. 3.

Ex Ariſtoclea Delphica quædam didiciſſe dicebat Pythagoras, quæ deinde alios docebat. 41.

Ariſtoteles (ut & Ariſtoxenus) multa mutuatus eſt à Pythagora. 53.

Ariſtoxenus in libro de vita Pythagoræ qualia ſcripſerit ſe audiviſſe ex ipſomet Dionyſio, Siciliæ Tyranno, de Damone & Phintia, pari amicorum incredibilis fidei. 59. & 61.

Ariſtoxeni teſtimonium de Pythagora. 9.
Ariſtoxeni teſtimonium de Pythagoræ ſectatoribus. 22.
Arithmeticæ cur tantum operæ impenderit Pythagoras. 48. & 49.
Aſtræum Pythagoras quomodo ſuſceperit & inſtituerit. 13.
Athletarum veterum cibus fuit caſeus & ficus. 15.
Auditorum Pythagoræ duo fuere genera: alii μαθηματικοὶ, alii ἀκουσματικοὶ dicebantur. 37.
Αὔξησις quid fuerit Pythagoræ. 43.

B.

Βοῦν λαλεῖν οὐκ εἰδέναι. 24.
Bovem Tarentinum fabas virides in agro vaſtantem quomodo cicurarit Pythagoras, in aurem quædam ei inſuſurando, ut deinceps non ſolum ab agro fabis conſio abſtineret, ſed nec ullam fabam vellet amplius tangere. 24.
Brutis quoque beſtiis Pythagoras ſuis admonitionibus manſuetudinem inſerere potuit. 23.

C.

CAnes Proſerpinæ Planetæ dicti Pythagoræ. 41.
Carnibus rariſſime veſcebatur Pythagoras. 34.
Cauſus fluvius Pythagoram, cum ab eo tranſirerur, clare humana voce ſalutavit, multis ſodalibus ejus audientibus. 27.
Ceraunio lapide purgatus Pythagoras. 17.
Chaldæi aſtronomiæ & motuum cæleſtium ſtudioſi. 6.
Chaldæis à Patre commendatus Pythagoras. 1.
Characteres Grammatiſtarum elementa doctrinæ. 48.
Chœnici ne inſideto. 42.
Civitates Italicæ Pythagoreis olim ſeſe gubernandas tradiderunt. 54.
Civitatibus multis jugum ſervitutis depulit, & leges impoſuit Pythagoras. 21.
Cleanthes libro 5. Rerum fabuloſarum. 1. & 2.
Cœlitibus aliter ſacrificandum, aliter inferis. 38.
Communio rerum inter Pythagoreos conſtituta. 20.
Cor ne edas. 42.
Coronam ne vellica. 42.
Cretam adiit Pythagoras. 17.
Crotone ut exceptus Pythagoras, quid ibi & quanto in concurſu utriusque ſexus hominum, qua ſenum, qua juvenum profecerit. 18.
Crotoniatæ domum Pythagoræ dedicarunt Cereri, & in templum converterunt. 4.
Cylon Crotionates ob majorum ſplendorem & opes & amicitias &c. quibus erat ſuperior omnibus civibus, elatos gerens ſpiritus, ſeque cum aliis rebus præclaris omnibus; tum Pytharica diſciplina dignum æſtimans, à Pythagora vero, cui phyſiognomia ipſius diſplicuiſſet, repudiatus, immane adverſus eum concepit odium, quod & aliis tradidit, ad perniciem ipſi machinandam. 54.

D.

Δεκατεύειν δηλοῖ. 49.
Damon pro Phintia capitis condemnato expromiſſor factus liberatur Phintiæ reditu, cum omnium admiratione. 60.
Deambulationes Pythagoræ quales; cum quibus & ubi inſtituì ſolitæ. 32.
Δεκὰς, οἷον δεχὰς λέγεται. 52.
Denarii numeri perfectio ſupra omnes alios. 52.
Democriti magiſter. 3.
Deo ſimiles facit homines ſola veritas. 41.
Deorum imagines in annulis ne geſta. 42.
Deos non oportet obiter adorare, ſed ita, ut hujus ipſius cultus exhibendi cauſa domo ad eos proficiſcamur. 38.
Depoſitum non ſolum pecuniarum & rerum externarum, ſed etiam verborum ac ſermonum fideliter cuſto-

diendum deponenti, præcipiebat Pythagoras. 39.
Diæta Pythagoræ qualis fuerit, cum in prandio, tum in cœna. 34.
Dicæarchi locus de Pythagora. 18.
Διδασκαλίας Pythagoræ forma duplex: aut διεξοδική, aut συμβολική. 36.
de Diis, dæmonibus, & heroibus bona dicere verba recteque sentire fas est. 38.
Diogenes in libro de incredibilibus rebus ultra Thulen, qualia de Pythagora memoria prodiderit. 10.
Diogenes qualia scripserit de quotidiana Pythagoræ vivendi ratione. 32.
Dionysius Siciliæ Tyrannus optat se tertium in amicitiam recipi à Damone & Phintia, sed frustra. 61.
Diospolitæ quantis ærumnis fatigare conati sint Pythagoram, ut a studio religionis suæ ipsum deterrerent. 8.
Dogmata quædam præcipua Pythagoræ. 19.
Donarium Arimnestus redux quale obtulerit ædi Junonis. 3.
Dorica dialectus laborat vitio ἀσαφείας. 53.
Duris Samius lib. 11. Horarum, seu temporum. 3.
Δυὰς quid Pythagoræ. 50.
Δυνάμεις ἀπτικείμενον Pythagoræ quænam, 38.
Δυοειδὴς, ἀνισοειδὴς, & ἑπτρωειδὴς idem valent Pythagoreis. 50.

E.

EDere noli, quæ non est fas edere. 40.
Empedoclis cognomentum Ἀλέξανεμος. 29.
Empedocles, Epimenides, & Abaris miracula patrarunt exemplo sui magistri Pythagoræ. 29.
Empedoclis versus 6. de Pythagoræ præstantia. 30.
Epimenides cognomento dictus καθαρτής. 29.
Eudoxus libro 7. periodi terræ. 7.
Eunostus & Pyrrhinus duo seniores fratres Pythagoræ. 2.
Εὔφημον εἶναι δεῖ τὸν θεῖον καὶ δαιμόνιον καὶ ἡρῷον γένος. 38.
Euphorbus Panthi filius à Menelao ad Trojam cæsus, & spoliatus. 26.
Euphorbus olim fuit (si fas est credere) Pythagoras. 45.
Eurymenes athletha Samius, quomodo a Pythagora institutus sit. 15.

F.

FAbis abstinendum, & quare. 43 44.

G.

Γᾶ διερὰ patria Moderati. 48.
Geometræ quare ad schematum delineationem processerint. 49.
Geometrarum figuræ quorsum pertineant. 49.
Γένεσις quid Pythagoræ. 43.
Grammatistarum doctrinæ elementa characteres literarum. 48.

H.

HArmoniam seu concentum universi audire potuit Pythagoras, quem edunt Sphæræ & stellæ secundum illas motæ, quamvis hunc alii ob ingenii naturæque suæ parvitatem percipere nequeant. 30.
ab Hebræis quid didicerit Pythagoras. 11.
Hercules siticulosam Africam aditurus qualium ciborum ad abigendam sitim præparationem didicerit à Cerere. 35.
Hermodamanti Creophylio Sami familiaris fuit Pythagoras. 1. & 15.
Hermotinus olim fuit Pythagoras. 45.
Heliopolitæ sacerdotes Pythagoram ablegant Memphim ad sacerdotes ejus loci, quasi scilicet seniores. 7.
Hieroglyphicæ literæ. 12.
Hippobotus quid scripserit de Myllia & Timycha. 61.
Hirundines in ædes ne recipito. 42.
Homeri x. versus de Euphorbo quam suaviter ad lyram accinere solitus sit Pythagoras. 26.

I.

IDæum antrum ſubiit Pythagoras in Creta. 17.
Ignem ne gladio fodias. 42.
Jugum ſive ſtateram ne transgredere. 42.
Junoni Argivæ Mycenis ſuſpenſa ſpolia Trojanis detracta, & inter alia etiam ſcutum Euphorbi. 27.
Jusjurandum Pythagoreorum. 20.

K.

Καθαρτὴς cognomentum Epimenidis. 29. (apud Jamblichum cap. 28. male legitur καθαρεὺς.)

L.

LEges coronæ civitatum. 42.
Leges à Pythagora tanquam divina monita, quam multi acceperint. 20.
Legibus obtemperandum. 38.
Leuci teſtimonium de Pythagoræ patria. 5.
Libamina Diis fac apprehenſa auricula poculorum. 42.
Literarum differentia triplex: Epiſtolares, Hieroglyphicæ, & Symbolicæ. 12.
Λόγοι ἰσοπλεῖς, ἢ ἀνομοιόπλεις, ἢ ὑπερέπλεις apud Philoſophos. 50.

M.

MAgis Perſarum Deus maximus erat Oromazes. 41.
à Magis Deorum cultum & vitæ inſtitutæ didicit Pythagoras. 7.
Magia curavit Pythagoras qua corporis qua animi morbos. 33.
Magna Græcia pars Italiæ. 20.
Mare lachrymam vocabat Pythagoras. 41.
Mathemata media inter corporea & incorporea. 47.
Mathematicas ſcientias à quibus didicerit Pythagoras. 6.
Μαθηματικοὶ diſcipuli Pythagoræ qui fuerint. 37.
Melle Hymettio macerabat Pythagoras varias herbas & herbarum ſemina, quibus interdum veſcebatur. 34.
Melle inſulano ad quid uſus Pythagoras. 34.
Memphitæ ablegant Pythagoram ad Dioſpolitas. 7.
Mens videt, mens audit: cætera ſunt ſurda & cæca. 46.
Metapontium Italiæ. 27.
Milonis Crotoniatæ athletæ in ædibus congregati Pythagorei combuſti ſunt, & lapidibus obruti ab invidis & conjuratis Cylonianis. 55.
Mnemoſynen dicebat Pythagoras Symphoniam ſeu concentum, quem edunt ſuo motu Planetæ & ſtellæ fixæ. 31.
Mneſarchus Pythagoræ pater. 1.
Mneſarchus ut infantem ſub procero populo jacentem & rore ex arbore diſtillante nutritum invenerit, qui inconniventibus oculis ſolem intueretur, ſublatumque ſecum detulerit Samum, ubi Androcles homo locuples ipſum ſuſcepit, commiſſa ei domus ſuæ cura, inditoque Aſtræi nomine. 10.
Moderatus totos undecim libros valde prudenter ſcripſit de placitis Pythagoræ & Pythagoreorum. 48.
Morbos animi, triſtitiam, iram, cupiditates abſurdas, ut ſanarit Pythagoras. 33.
Muſas IX quas eſſe dixerit Pythagoras. 31.
Muſarum lyra Pythagoræ dicebatur Pleias. 41.
Muſica ſanandis ægrotis mentibus apta Pythagoræ viſa eſt. 33.
Muſica celebrandi ſunt Dii. 42.

N.

NAvis mortuum cadaver advehens, agnoſcitur à Pythagora, qui ſociis denunciat, quid illa vehat. 28.
Novum nihil eſt omnino. 19.
Numeris uſi ſunt Pythagorei facilioris doctrinæ ergo. 48.

O.

ODii & inſidiarum in Pythagoram & ſectatores ejus quæ fuerit occaſio. 54.

Ὁ μακρὸς, hoc est, commune auditorium magnum conditum à Pythagoræ sectatoribus. 20.
Onera portantes imponendo juvare oportet, non item in deponendo. 42.
Oromazem Deum Magi vocabant. 41.
Ὀσφῦν ὑπὸ ζῆν vocabat Pythagoras. 43.

P.

PÆonia carmina Pythagoræ, sanandis morbis apta. 33.
Parænesis Pythagoræ quales. 38. & 39.
Parentibus & benefactoribus nostris benevolum esse oportet. 38.
Peregrinatio ad varias gentes quantum ad sapientiam profuerit Pythagoræ. 12.
Peregrinans ne revertere. 42.
Periodos quasdam esse rerum, & aliquando facta iterum fieri docuit Pythagoras. 19.
Pherecydi Syrio familiaris in Jonia fuit Pythagoras. 1.
Pherecydes Syrus in insula Delo phthiriasi extinctus est. 55.
Pherecydem Præceptorem in Delo ægrotantem curavit & mortuum sepelivit Pythagoras. 15.
Philosophi complures à Pythagora & Pythagoreis aliqua (& quidem fructuosiora quæque) dogmata mutuati; cætera deinde ab invidis & sycophantis exagitata sunt.
Philosophiæ Pythagoricæ scopus, liberare mentem vinculis corporis inclusam. 46.
Philosophia Pythagorica cur extincta sit, plures afferuntur causæ. 53.
Phintias a Dionysio Siciliæ Tyranno capitis condemnatus, quasi qui in ipsum conjuravisset, dato fidejussore Damone de se iterum sistendo, paucarum horarum commeatum ab eo impetrat, ut possit res suas & socii prius disponere, seque ante solem occasum ad præfixam mortem oppetendam sistit, cum omnium admiratione. 60.
Phœnices numerorum & proportionum ab antiquo studiosi. 6.
Physiognomoniæ quantum tribuerit Pythagoras. 23.
Physiognomonia Cylonis non placuit Pythagoræ, ideoque ipsum a sua disciplina, ad quam aspirabat, repulit. 54.
Piscatoribus reti magnum onus extrahentibus ex profundo, prædixit Pythagoras piscium quos cepissent, numerum, omnesque vivos dimitti jussit post accuratam annumerationem. 25.
Planetæ, canes Proserpinæ dicti Pythagoræ. 41.
Plato multa mutuatus est à Pythagoreis. 53.
Plejas Pythagoræ dicta Lyra Musarum. 41.
Polycratis Tyrannidem, ut sibi ingenuo homini intolerabilem fugiens Pythagoras, discedit Samo in Italiam. 9 & 16.
Populari via ne incedito. 42.
Præceptores Pythagoræ Pherecydes, Hermodamas & Anaximander. 2.
Primarum specierum & primorum principiorum difficultatem, quo pacto Pythagoras conatus sit per numerorum doctrinam innuere suis auditoribus. 48.
Proserpinæ canes, vide Planetæ.
Pyrrhus olim fuit Pythagoras. 45.
de Pythagoræ εὐφυΐᾳ à teneris, adque omne disciplinarum genus aptitudo. 1.
Pythagoras Androclis filius adoptivus mittitur ad Citharisten, Ludimagistrum, & pictorem. 9.
Polycratis Samiorum Tyranni literis commendatitiis instructus ad Amasin Ægyptiorum regem proficiscitur, ut ab hoc porro commendetur sacerdotibus Ægyptiis. 7.
Pythagoræ καρτερία & μακροπάθεια, id est, tolerantia eximia in Ægypto. 7.
Pythagoras familiaris fuit Pherecydi Syrio, & Hermodamanti Creophylio. 1. Ad doctorem Pherecydem morbo pediculari laborantem in Delo curandum profectus est. 55. In patria scholam aperuit celebrem. 5.
Pythagoræ διαλέξεις seu πυθαγορίσεις duum generum fuerunt: vel ἀκροατικαὶ, vel συμβολικαί. 36.
Pythagoras cum suis sectatoribus quanta

in admiratione olim fuerit per Italiam. 54. Ita omnes in ſe convertit, ut unica acroaſi, quam in Italia habuit, duo millia hominum ad ſe pertraxerit. 20.
Pythagoram inter Deos numerant ſui ſectatores. 20.
Pythagoras aureum femur ſuum oſtendit, Abaridi Hyperboreo, a quo pro Apolline Hyperboreo habitus fuit. 28. Rhythmis & modulationibus & epodis ſeu incantationibus permulſit, leniit & curavit tam animorum quam corporum affectiones vitioſas. 30. Ægrotantes corpore vel animo amicos quo pacto, & quibus remediis curarit. 33. Ad lyræ modos animam ſuam reddebat bene compoſitam, accinens Thaletis Pæanas, & Homeri atque Heſiodi apta tranquillandis & manſuefaciendis animis carmina. 32. Saltationes quasdam uſurpabat, quibus & concinni motus & ſanitas corporis efficerentur. 32.
Pythagoræ & corpus & animus ſemper ſibi conſtans & ſui ſimilis fuit, quaſi in quodam æquilibrio, bonæ & accuratæ diætæ beneficio. 35.
Pythagoras nec voluptate diffuſus eſt unquam ſupra modum, nec mœrore contractus. 35. Nunquam nec ridere nec flere viſus à quoquam. 35. Qualem ſe geſſerit in ſacrificiis Deorum. 35. Bovem pinguem Diis immolavit, poſteaquam problematis cujusdam Geometrici ſolutionem invenit. 36. Nunquam propinquare voluit coquis & venatoribus, ob fugam cædis animatorum. 7. Euphorbum ſe olim in bello Trojano fuiſſe irrefragabilibus ſcilicet argumentis convicit. 26. Multis anteactam vitam in memoriam revocavit, quam anima ipſorum vixerit priusquam præſenti corpore alligaretur. 26. Uno die diverſis & multorum dierum itinere ab ſe invicem diſſitis in locis fuit ac diſſertationes ad ſocios habuit. 27. & 29.
Pythagoræ miraculoſæ prædictiones futurorum, & peſtilentiarum depulſiones, & ventorum ac grandinis tempeſtatum tranquillationes, & ſerenitatis reductiones ſtupendæ. 29.
de Pythagora tam multa admiranda, divina atque eximia prædicata ſunt, ut de nemine alio majora vel ſuſpicari quis potuerit. 29.
Pythais Samiarum formoſiſſima Pythagoram Apollini peperit. 2.

S.

SAcrificia cujusmodi Pythagoras obtulerit Diis. 36.
Samius Poëta anonymus de parentibus Pythagoræ. 2.
Seditione liberavit Pythagoras omnes & Italiæ & Siciliæ civitates. 22.
Silentium Pythagoricum. 19.
Simus Harmonicus ſuſtulit donarium Arimneſti ex æde Junonis, & pro ſuo venditavit. 3.
Sirenum cantilenis mortiferis ſimiles eſſe voluptates corporis, dicebat Pythagoras. 39.
Somnum volens carpere, & ex ſomno expergefactus, qualia carmina quiſque ſibi ipſi occinere debeat. 40.
Speuſippus multa mutuatus eſt a Pythagoreis. 53.
Stateram ſeu jugum ne transgedere. 42.
Studio dignas res in triplici eſſe differentia monebat Pythagoras. 39.
Symbola Pythagoræ quaſi XIII. 42.
Symichus Centoropiorum tyrannus, audito Pythagora, imperio ſeſe abdicavit, opesque ſuas qua ſorori, qua civibus donavit. 21.
Συζυγίαι Pythagorica bonorum & malorum inter ſe oppoſitorum. 38.

T.

TArentinus bos ad templum Junonis conſeneſcens, paſtus eſt cibis, qui ei à prætereuntibus offerebantur. 24.
Tauromenium Siciliæ. 27.
Tempora potiſſimum duo curæ nobis

esse debere monebat Pythagoras, & cum somno nos tradimus, & cum ex somno expergiscimur. 40.
Thaletis Pæanes. 32.
Θία τ' ὄντως ὄντων est ἠπιώτη φιλοσοφία, seu metaphysica. 47.
Theano Pythanactis filia, Cressa genus, Telaugen filium & Myiam filiam Pythagoræ peperisse dicitur. 4.
Theano sectatrix Pythagoræ celeberrima. 19.
per Thus divinatione primus usus est Pythagoras. 11.
Timæus de filia Pythagoræ. 4.
Triangulum. 49.

V.

VEritati, ut quæ sola homines Deo similes proximosque facere possit, maxime studendum, monebat Pythagoras. 41.
Unum quid vocarint Pythagorei. 49. & 50.
Voluptatum duo genera constituebat Pythagoras. 39.
Voluptates ventris, & eorum quæ sub ventre, cum Sirenum homicidis cantilenis comparabat Pythagoras. 39.
Voluptates, quæ ex rebus honestis & justis & ad vitam necessariis capiuntur; Musarum concentui similes esse dicebat Pythagoras. 39.
Ursa Daunia à Pythagora adjurata, ne cuiquam rei animatæ amplius noceret, mansues reddita est. 23.
Ursas manus Rheæ vocabat Pythagoras. 41.
Vulgi consuetudo declinanda. 32.

X.

XEnocrates multa mutuatus est à Pythagoreis. 53

Y.

Ὑπόθεσιν quid appellarit Pythagoras. 43.
Ὑποθήκαι κεφαλαιώδεις Pythagoræ. 37.

Z.

àZabrato purgatus Pythagoras. 12.
Ζάλμοξιν Thraces vocant pellem. 14.
Zamolxis Thrax adolescens ad Pythagoram pervenit, ab eoque dilectus & eruditus est. 14.
Zamolxis etymon duplex. 14. & 15.

FINIS INDICIS.